OPERVM HIPPOCRATIS COI, ET GALENI PERGAMENI, MEDICORVM OMNIVM PRINCIPVM,

TOMVS XI.

Τὰ διαιτητικά, ad ægrotantium victum spectantia.

RENATVS CHARTERIVS VINDOCINENSIS Doctor Medicus Parisiensis, REGIS Christianißimi Cons. Medicus, ac Professor Ordin. nec non SERENISSIMÆ MAGNÆ BRITANNIÆ REGINÆ Ἀρχίατρος *plurima interpretatus, vniuersa emendauit, instaurauit, notauit, auxit, digeßit, coniunctim Græcè & Latinè primus edidit.*





M. Van Lochem fecit

LVTETIÆ PARISIORVM.

M. DC. XLIX.

TOMO XI

Τὰ διαιτητικὰ, ad ægrotantium victum ſpectantia, continentur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ, ΗΤΟΙ ΠΕΡΙ ΠΤΙΣΣΑΝΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ εἰς τοῦτο ὑπομνήματα τέσσαρα. Πρῶτον.

HIPPOCRATIS DE ACVTORVM MORBORVM VICTV, AVT DE PTISANA LIBER, ET GALENI IN EVM Commentarij quatuor. Primus.

ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Περὶ τῶν τοῖς πάλαι ἰατροῖς ὑπὲρ τῆς τῶν ὀξέων νοσημάτων διαίτης εἰς ἀμφιλογίαν καλεσάντων διαλογίζεται ὁ Ἱπποκράτης, καὶ ἐξηγεῖται ὁ Γαληνὸς, πρῶτον δὲ περὶ πτισάνης.

ARGVMENTVM.

De ijs disserit Hippocrates, agitque Galenus, quæ veteres Medicos pro acutorum morborum victu in controuersiam vocabant, ac primùm de ptisana.

A

Cnidij Medici arguuntur, quòd vulgaria multa conscripserint, Medica verò tum ad rationalem coniecturam, tum curationem peropportuna prætermiserint; & quid sit coniectatio & coniectura.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 1.

QVI Cnidias appellatas sententias conscripserunt, hi sanè quæ singulis in morbis ægri patiantur, & quomodò eorum quædam succedant, rectè scripserunt. Ac certè quiuis ad hæc vsque etiam non Medicus scribere potuerit, si probè ex singulis ægrotis quæ patiantur resciuerit. Verùm quæ Medicum ægro non referente prædiscere oportuit, eorũ multa prætermissa sunt, in alijs alia, nonnullàq; ad coniectationẽ peropportuna. B

COMMENTARIVS GALENI.

C QVi Cnidias scripserunt sententias, non solùm quæ ægri patiuntur, eorum nihil prætermiserunt, verùm etiam vltra decentia, nonnulla memoriæ prodiderunt, vt paulò pòst sum demonstraturus. Ac nondum id artis opus est, si quæ ab idiotis cognosci queunt, eorùm nihil prætermiserint; non enim hic artificibus est scopus, *sed alius*, quæ *nimirùm* ad curationem idonea sunt, omnia scribere. Quare

Οἱ Κνίδιοι ἰατροὶ ἐλέγχονται, ὅτι ἰδιωτικὰ μὲν πολλὰ συγγεγράφασι, τὰ δὲ ἰατρικὰ τὰ εἰς τὴν τέκμαρσίν τε καὶ θεραπείαν ἐπίκαιρα παρέλιπον· καὶ τί τέκμαρσις, καὶ τεκμήριον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ α'.

ΟΙ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας, [1] ὁκοῖα μὲν πάσχουσιν οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων, ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινεν αὐτέων· καὶ ἄχρι μὲν [2] τουτέων, καὶ μηδὲ ἰητρὸς δύναιτό τις ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων [3] ἑκάστου πυθοίατο ὁκοῖα πάσχουσιν· [4] ὁκόσα δὲ προσκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥ μόνον οὐδὲν, ὧν οἱ κάμνοντες πάσχουσι, παρέλιπον οἱ τὰς Κνιδίας γράψαντες γνώμας· ἀλλὰ καὶ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἐνίων ἐμνημονεύκασιν, ὡς ὀλίγον ὕστερον δείξω. καὶ οὔπω τοῦτο τέχνης ἔργον, εἰ μηδὲν παρέλιπον τῶν καὶ τοῖς ἰδιώταις γνωσθῆναι δυναμένων· οὐ γὰρ οὗτος ὁ σκοπὸς τοῖς τεχνίταις ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ τὰ χρήσιμα πρὸς τὴν θεραπείαν ἅπαντα γράφειν· ὥστε

καὶ προσθεῖναί τινα δεήσει πολλάκις, ὧν μὴ γινώσκουσιν οἱ ἰδιῶται πάντως, ἀφελεῖν τε πολλὰ τῶν γινωσκομένων αὐτοῖς, ἐὰν μηδὲν [5] φαίνοιτο συνεργοῦντα πρὸς τὸ τῆς τέχνης τέλος. Καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα εἰς τεκμήρσιν. Τέκμαρσίς ἐστιν ἡ διὰ τεκμηρίου γνῶσις· τεκμήριον δὲ ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τὸ συλλογιστικὸν σημεῖον· τεκμήριον δὲ οὐχ ἁπλῶς ἅπαν σημεῖον, ὡς ἐν τῷ περὶ τεκμηρίου καὶ σημείου δέδεικται λόγῳ. τὰ οὖν εἰς τὴν τοιαύτην γνῶσιν ἀναγκαῖά τε καὶ χρήσιμα τοῖς ἰατροῖς, οὐχ ἅπαντά φησι γεγράφθαι κατὰ τὰς Κνιδίας γνώμας, ἀλλὰ παραλελεῖφθαι πολλά.

tum sæpiusculè nonnulla, quæ vulgus indoctum prorsus non agnouit, erunt adiicienda, tum multa, quæ ab eo cognoscuntur, si nihil ad artis finem conferre videantur, auferenda. *Nonnullaque ad coniectationem peropportuna.* Coniectatio est, quæ per coniecturam fit cognitio. Coniecturam verò veteres nominant ratiocinatiuum signum; coniectura autem non simpliciter omne signum existit, vt in libro de coniectura & signo demonstratum est. Quæ igitur Medicis ad huiusmodi cognitionem tum necessaria, tum vtilia existunt, ea non omnia Cnidiis in sententiis scripta, imò multa prætermissa esse, protulit.

Τῷ τεκμάρσεως ὀνόματι τὴν διάγνωσίν τε καὶ τὴν πρόγνωσιν τὰς πρὸς τὴν θεραπείαν τὸ τέχνης τέλος ἀναγκαιοτάτας, περιέχεσθαι· καὶ τί ἡ θεραπεία, ἡ δι' ἑαυτὴν τοῖς ἰατροῖς ἀσκουμένη.

Coniectationis nomine tum dignotionem tum prænotionem, ad curationem, artis finem, maximè necessarias, comprehendi; & quid curatio, quæ à medicis per se instituitur.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. β'.

Ὁκόσον δὲ ἐς τεκμήρσιν [7] λέγηται, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τουτέοισι πολλὰ ἑτεροίως γινώσκω, ἢ ὡς ἐκεῖνοι ἐπεξίεσαν.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 2.

QVum autem ad coniectationem refertur, quomodò singula curare oporteat, in his multa aliter, quàm illi disseruerint, sentio.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐπειδὴ πολλὰ παραλελεῖφθαι τοῖς Κνιδίοις ἰατροῖς εἶπεν, εἰς τεκμήρσιν χρήσιμα, τίνα λέγει τεκμήρσιν, αὐτὸς ἐφεξῆς ἐδίδαξεν, ὡς χρὴ, εἰπὼν, ἕκαστα ἰητρεύειν. εἰς γὰρ τὴν τούτων εὕρεσιν ὅ, τι περ ἂν ᾖ χρήσιμον, ἐκ τῆς τέχνης ἐστίν. Ἴσως οὖν τις δόξειε, παραλελεῖφθαι τὰ πρὸς τὴν διάγνωσίν τε καὶ πρόγνωσιν διαφέροντα τεκμήρια· τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, περιέχεται γὰρ ἐξ ἀνάγκης ταῦτα τοῖς εἰς θεραπείαν διαφέρουσιν, ὡς εἴ γε μηδὲν [8] εἰς τὴν τῆς ἀρίστης θεραπείας εὕρεσιν ἡ διάγνωσις τῶν νοσημάτων, ἢ ἡ πρόγνωσις τῶν ἀποβησομένων [9] συνετέλουν, παντάπασιν ἂν ἦσαν περιτταί· νυνὶ δὲ ὅτι συντελοῦσι, διὰ τοῦτο εἰσὶ [10] χρήσιμαι. ὅτι μὲν οὖν διάγνωσις τῶν παθῶν ἀναγκαιοτάτη πρὸς τὴν θεραπείαν ἐστὶν, οὐδὲ λόγου δεῖ· πρῶτον γὰρ διαγνῶναι χρὴ, τί ποτέ ἐστι τὸ πάθος, εἶθ' οὕτως ἐπιχειρεῖν αὐτὸ θεραπεύειν· ὅτι δὲ καὶ ἡ πρόγνωσις εἰς τὴν θεραπείαν χρήσιμος, κατὰ τὸ προοίμιον ἐδίδαξεν αὐτὸς τοῦ προγνωστικοῦ. ὥστε ἄν τις λέγῃ πάντα, τὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν, ἤτοι γε [13] εἰς διάγνωσιν, ἢ εἰς θεραπείαν εἶναι χρήσιμα, ἢ εἰς πρόγνωσιν, δυνάμει λέγει ταὐτόν· ἡ μὲν γὰρ θεραπεία, δι' ἑαυτὴν ἀσκεῖται τοῖς ἰατροῖς, ἡ δὲ πρόγνωσις καὶ διάγνωσις, ἕνεκα τῆς θεραπείας· ὅθεν οὐδὲ τὸ τέλος τῆς τέχνης, διάγνωσιν ἢ πρόγνωσιν εἴπειεν εἶναί τις, ὥσπερ τὴν θεραπείαν· ἄκουε δὴ νῦν τὴν θεραπείαν, τὴν τῶν νοσημάτων ἀναίρεσιν ἤδη γεγενημένων, οὐ γινομένων ἔτι. γέγραπται δὲ περὶ τούτων ἁπάντων ἱκανῶς ἐν τῷ περὶ τοῦ τέλους τῆς ἰατρικῆς βιβλίῳ, καὶ νῦν οὐ χρὴ τὸ πάρεργον ἔργον ποιεῖσθαι, [14] τὴν γνώμην τοῦ παλαιοῦ κατανοήσαντας ἤδη καὶ χωρὶς τῆς περὶ τοῦ τέλους ἀκριβολογίας. Γεγραμμένης δὲ τῆς προκειμένης ῥήσεως καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἐν πολλοῖς τῶν ἀξιοπίστων ἀντιγράφων, οὐκ ἄκαιρόν ἐστι κἀκείνης μνημονεῦσαι· διαφέρει δὲ τῆς προγεγραμμένης ἑνὶ γράμματι τῷ ἢ, κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσα·

COMMENTARIVS GALENI.

POstquàm multa ad coniectationem vtilia à Cnidiis Medicis prætermissa esse protulit; quam dicat coniectationem, ipse deinceps docuit his verbis, *quomodo singula curare oporteat.* Nam quodcunque ad horum inuentionem vtile fuerit, id ex arte est. Forrassis igitur aliquis censuerit coniecturas tum ad dignotionem, tum ad prænotionem conferentes, esse prætermissas. Verùm non ita se res habet, hæ nanque necessariò in rebus ad curationem idoneis continentur. Quòd si ad optimæ curationis inuentionem nihil conferrent morborum dignotio, ac futurorum prænotio, hæ prorsus forent superuacaneæ; nunc autem quòd conferant, ob id existunt vtiles. Ergo quòd affectuum dignotio ad curationem maximè necessaria sit, ratione perpendere non opus est. Primùm enim quisnam sit morbus, dignoscere oportet, deinde ipsius curationem ita suscipere. Quòd verò prænotio ad curationem quoque sit vtilis, in prognostici præfatione demonstrauit *Hippocrates.* Quare siquis quæ ad Medicinam spectant omnia, aut ad dignotionem aut ad curationem, aut prænotionem vtilia esse dicat, potentiâ idem dicit. Curatio siquidem per se à Medicis instituitur; at prænotio & dignotio propter curationem. Quare nemo finem artis dignotionem, vel prænotionem, quemadmodum curationem, asseuerauerit. Iam verò percipe curationem, morborum euersionem iam obortorum, non autem etiamnùm oborientium esse. Sed de his omnibus, libro de fine Medicinæ, abundè scriptum est. Atque nunc præter propositum opus nos construere non oportet, qui iam senis mentem etiam citra accuratam de fine tractationem deprehendimus. Quum autem proposita dictio, alio quoque modo plerisque in exemplaribus fide dignis scripta sit, eius mentionem facere non intempestiuum est. Differt autem à præscripta dictione vnicâ literâ, *hoc est vel*, vt ad hunc modum textus sit.

Quum autem ad coniectationem referatur, *vel quomodò singula curare oporteat.* Qui ita scribunt, per coniectationem, dignotionem & prænotionem intelligunt; & per hæc verba, *quomodò singula curare oporteat*, curationem, nolentes eam coniectationis nomine contineri. Quod si ita habet, in antè scripta dictione quâ dicit, *multa prætermissa sunt in alijs alia*, *nonnullaque ad coniectationem peropportuna*, non rectè curatricem artis partem prætermiserit. Patet autem quòd isti asserent, ob id ipsum sequentem dictionem repetiuisse ac scripsisse, quò curatricem artis partem adderet. Verùm vbi B de re ad curationem vtili disceptatio non est, sermonem protrahere superfluum est. Quare ad ea, in quibus ad curationem vtilia etiam docet, properemus.

A ὁκότων δὲ εἰς τέκμαρσιν λέγηται, ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν. οἱ δὲ οὕτω γράφοντες, τέκμαρσιν μὲν τὴν διάγνωσίν τε καὶ πρόγνωσιν ἀκούουσι, τὸ δὲ, ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, τὴν θεραπείαν, οὐ βουλόμενοι ταύτην περιέχεσθαι ἐν τῷ τῆς τεκμάρσιος ὀνόματι. εἰ δέ γε τοῦθ' οὕτως ἔχει, κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, ἐν ᾗ φησιν, πολλὰ παρεῖται ἄλλα ἐν ἄλλοισι, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν, οὐκ ὀρθῶς ἔσται παραλελοιπὼς τὸ θεραπευτικὸν μέρος τῆς τέχνης. εὔδηλον δ' ὅτι φήσουσιν ἐκεῖνοι, δι' αὐτὸ τοῦτο πάλιν ἐπαναλαβεῖν, καὶ γράψαι B τὴν ἑξῆς ῥῆσιν, ἵνα προσθῇ καὶ τὸ θεραπευτικόν. ἔνθα δὲ οὐκ ἔστι περὶ πράγματος εἰς θεραπείαν χρησίμου διαφωνία, περιττὸν τὸ μακρολογεῖν· ἐπ' ἐκεῖνα τοίνυν σπεύσωμεν, ἐν οἷς καὶ διδάσκει τὰ πρὸς τὴν θεραπείαν χρήσιμα.

Medicos ob pauca, quæ conferunt ac sufficiunt, remedia, magis celebrari.

Τοὺς ἰατροὺς δι' ὀλίγα καὶ συμφέροντα καὶ αὐτάρκη ὑπάρχοντα φάρμακα μᾶλλον ἐπαινεῖσθαι.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 3.

ATque non solũ ob id non laudo, verũ quòd & paucis numero remedijs vsi sint. Nã plurima ab ipsis relata sunt (præterquã in morbis acutis) medicamenta deorsùm purgantia exhibenda, tum serũ, tum lac pro tẽpestate propinandũ. Hæc igitur si bona essent, & morbis in quibus dari monuerunt, conuenientia, longè laude digniora essent, quòd paucissima sufficerent. Sed nunc non ita se res habet. C

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. γ'.

C ΚΑὶ οὐ μόνον διὰ [16] τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσιν ἀκέεσιν ἐχρέοντο· τὰ γὰρ πλεῖστα [17] αὐτέοισιν [18] εἰρέαται, πλὴν τῶν [19] ὀξέων νούσων, φάρμακα ἐλατήρια διδόναι, καὶ ὀῤῥὸν, καὶ γάλα [20] τὴν ὥρην πιπίσκειν. εἰ μὲν οὖν ταῦτ' ἦν ἀγαθὰ, καὶ ἁρμόζοντα τοῖσι νουσήμασιν, ἐφ' οἷσι παρῄνεον διδόναι, πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἦν ἐπαίνου, ὅτι [21] ὀλίγιστα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστιν· νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει.

COMMENTARIVS GALENI.

D PAucis quoque numero medicamentis ipsos ait, præterquã in acutis morbis, vsos fuisse; ac si in his multa enarrauerint. Etenim ita protulerunt. Quæ verò de diuturnis morbis dixerunt, hęc reuerà contra se habent. Etenim per medicamẽta aluum deorsùm purgantia, tum serum, tum lac potui exhibita, ab illis perficiuntur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑὶ ὀλίγοις τὸν ἀριθμὸν τοῖς ἰάμασιν αὐτούς φησι κεχρῆσθαι, πλὴν τῶν ὀξέων νοσημάτων, ὡς ἐν τούτοις εἰρηκότων πολλά· καὶ γὰρ οὕτως εἰρήκασι· τὰ δὲ ἐπὶ τῶν χρονίων [22] ὄντως πάλιν ἐστὶ ταῦτα, καὶ γὰρ δι' ἐλατηρίων, καὶ ὀῤῥοῦ, καὶ γάλακτος ὡραίως πινομένων αὐτοῖς περαίνεται.

Secundas Cnidias sententias prioribus medicas magis esse.

Τὰς Κνιδίας γνώμας τὰς δευτέρας, τῶν προτέρων εἶναι ἰατρικωτέρας.

TEXTVS HIPPOCRATIS 4.

E *QVi verò secundum librum recognouerunt, de ijs sanè quæ singulis assumenda sint, medicè magis disseruerunt.*

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. δ'.

ΟΙ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες, ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισιν.

COMMENTARIVS GALENI.

SEcundum priori succedentem librum scriptum recognosci dicimus, qui quum documentum idem, easdemque plurimas dictiones habeat, nonnulla quidem è priore libro detracta, quædam verò addita, alia denique permutata continet. Huius rei exemplum si F desideres, perspicuitatis gratiâ, secundum Eupolidis Autolycum ex priore compositum habes. Ita verò & Cnidias sententias Cnidii Medici à prioribus secundas ediderunt, quæ nonnulla quidem prorsus eadem, quædam verò addita, alia denique detracta, ac etiam immutata continebant. Hunc itaque secundum librum primo magis medicum esse Hippocrates asserit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΠιδιεσκευάσθαι λέγεται βιβλίον, ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένῳ, τὸ δεύτερον γραφὲν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχον τὴν αὐτὴν, καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτὰς, F τινὰ μὲν ἀφῃρημένα τῶν ἐκ τοῦ προτέρου συγγράμματος ἔχει, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα· παράδειγμα δ' εἰ βούλει τούτου σαφηνείας ἕνεκα τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλιδος ἔχεις ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. οὕτως δὲ καὶ τὰς Κνιδίας γνώμας, ἐπὶ ταῖς προτέραις δευτέρας ἐξέδοσαν οἱ ἀπὸ τῆς [23] Κνίδου ἰατροὶ, τινὰ μὲν ἐχούσας τὰ αὐτὰ πάντη, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ἀφῃρημένα, καθάπερ γε καὶ ὑπηλλαγμένα· τοῦτ' οὖν τὸ δεύτερον βιβλίον ὁ Ἱπποκράτης ἰατρικώτερον συγκεῖσθαί φησι τοῦ προτέρου.

A

Ὅτι τριπλασία τῆς θεραπευτικῆς μοίρας, διαιτητικὴ (περὶ ἧς οὐδὲν οἱ Κνίδιοι ἰατροὶ συγγεγράφασι) καὶ χειρουργικὴ, καὶ φαρμακευτική.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ε΄.

Ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέγραψαν οὐδὲν ἄξιον λόγου, καίτοι μέγα τοῦτο παρῆκαν. B

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἡ διὰ τῶν συνήθων ὑλῶν ἀγωγὴ τῆς θεραπείας, ὀνομάζεται δίαιτα, καθάπερ ἡ διὰ τῶν συνήθων τομῶν τε καὶ καύσεων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργεῖται, χειρουργία· καὶ τρίτη γε ἐπ᾽ αὐταῖς μοῖρα τῆς ἰατρικῆς ἐστιν ἡ φαρμακευτική, διὰ φαρμάκων καὶ αὐτὴ δηλονότι περαινομένη. μέμφεται δὲ τοῖς [24] ἑαυτοῦ πρόσθεν ὁ Ἱπποκράτης, ὡς οὐδὲν ἄξιον λόγου περὶ διαίτης γεγραφόσιν· τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ ὡς οὐδὲν αὐτῶν συγγραψάντων διαιτητικὸν θεώρημα [γράφουσι γὰρ] ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἄξιον λόγου· δείξει δ᾽ αὐτὸς, ὁποῖόν τι τὸ ἄξιον λόγου, διὰ τῶν ἐφεξῆς. C

Τοὺς Κνιδίους ἰατροὺς τὰς τῶν νοσημάτων πολυτροπίας, καὶ πολυσχιδίας οὐκ ἀγνοῆσαι, ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτῶν περαιτέρω τοῦ προσήκοντος γράψαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ϛ΄. D

Τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων, καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων, οὐκ ἠγνόεον ἔνιοι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὐ μόνον οὐκ ἠγνόουν τὰς πολυτροπίας τῶν νοσημάτων, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ὑπὲρ αὐτῶν ἔγραψαν, ὡς ἐφεξῆς δείξω.

E

Τοὺς ἀπὸ Κνίδου ἰατροὺς ἐν τῇ τῶν νοσημάτων ἀριθμήσει ἡμαρτηκέναι· τοὺς τῶν νοσημάτων ἀριθμοὺς περιγράφειν δυσχερές· τὰ καλῶς ποιούμενα, ὀρθῶς ποιεῖσθαι· καὶ τὸν ἰατρὸν ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις δοκιμάζεσθαι· καὶ τί καὶ τίνα τὰ ὀξέα νοσήματα.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ζ΄.

[25] Ἔνιοι δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νουσημάτων [26] σάφα ἐθέλοντες φράζειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. [27] μὴ γὰρ καὶ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, F εἰ τουτέῳ [28] τις σημαίνεται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, [29] τῷ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, καὶ μὴ τωὐτὸ νούσημα δοκέει εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ ὄνομα ἔχῃ. Ἐμοὶ δὲ ἁνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα ἥκει καλῶς, ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς· καὶ ὁκόσα ἔργα ταχέως, ταχέως· καὶ ὁκόσα καθαρείως, καθαρείως·

Triplicem curationis partem esse, diætam (de qua nihil Cnidii Medici scripserunt) chirurgiam, & pharmaciam.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 5.

Sed neque de victûs ratione quicquam effatu dignum veteres conscripserunt, quanquam magnum id prætermiserunt.

COMMENTARIVS GALENI.

Is qui per consuetas materias fit curationis ductus, diæta appellatur; quemadmodum qui per consuetas tum sectiones, tum vstiones, & cæteras quæ manibus fiunt, operationes, chirurgia; ac tertia ab his medicinæ pars est pharmaceutice, quæ nimirùm medicamentis absoluitur. Accusat autem priscos Hippocrates, quòd de victûs ratione nihil effatu dignum conscripserint; idque protulit, non quod nullum diæteticum documentum conscripserint (scripserunt enim) sed quòd non effatu dignum. Quid autem sit effatu dignum, sequentibus docebit.

Cnidios Medicos morborum genera ac species non ignorasse, sed de his vltra modum conscripsisse.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 6.

Varia tamen singularum morborum genera, multiplicémque eorum diuisionem non ignorarunt quidam.

COMMENTARIVS GALENI.

Non solùm varia morborum genera non ignorarunt, verùm etiam vlteriùs quàm deceat, de ijs scripserunt, quemadmodùm deinceps sum demonstraturus.

Cnidios Medicos in morborum numeratione aberrasse; morborum numeros definire perarduum; opera rectè facta, rectè procedere; medicum in morbis acutis probari; quid & qui sint morbi acuti.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 7.

Nonnulli verò singulorum morborum numeros dilucidè pronuntiare volentes, non rectè scripserunt. Neque enim eos numerare facilè fuerit, si quis ex eo ægrotantium morbum signis coniectet, quòd alter ab altero re quadam differat, neque eundem esse morbum reputet, nisi idem nomen sortiatur. Mihi verò placet in omni arte animum aduertere. Etenim quæ rectè procedunt opera, ea quoque singula rectè facere oportet; quæ celeritatem postulant, ea quoque celeriter; & quæ purè,

purè; & quæ citra dolorem administrari desiderant, ea quammaximè sine dolore facere; cætera quoque huius generis omnia, aliter quàm proximi, ad meliorem formam reducere oportet. Sed maximè medicum probauero, qui acutis in morbis, quibus plurimi homines enecantur, longè meliùs cæteris se gerat. Sunt autem hi acuti morbi, quos prisci nominarunt pleuritidem, peripneumoniam, phrenitidem, lethargum, febrem ardentem, & quicunque alij morbi ad hos consequuntur, quorum febres omninò continuæ interficiunt.

A καὶ ὁκόσα ἀνωδυνίως δεῖ διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα, διαφερόντως τῶν πέλας, ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή· μάλιστα δὲ ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅστις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασιν, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν, B καὶ περιπλευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα, ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστιν, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσιν.

COMMENTARIVS GALENI.

Dixit paulò antè Cnidios medicos statim per initia de morbis plusquàm deceat scripsisse, hi sunt bilis morbi septem; ad hunc autem modum, ac rursum in partibus inferioribus, vesicæ morbi duodecim; in iisdem quoque partibus inferioribus, renum morbi quatuor; ac posteà iterum, vesicæ morbi stranguriæ duodecim; mox etiamnùm deinceps, tetani tres; posteáque, icteri quatuor; præterea denique, tabes tres. Ad corporum enim varietates, quæ multas ob causas immutabantur, respexerunt, prætermittentes affectuum identitatem perpendere, quemadmodùm accuratè perpendit Hippocrates, ad eorum inuentionem methodo vsus, quâ duntaxat morborum numerum inuenire conceditur. Methodus autem ipsa statim per initia librorum methodi medendi à nobis demonstrata est. Prodita quoque est paucis in libro de elementis secundum Hippocratem. Habes etiam nostrum conciso sermone vnum de morborum differentiis commentarium. Sed nunc dictiones obseruandæ sunt, is enim explicationis scopus existit. Quod si quis in explicationibus demonstrationes scripserit, longam orationem conficiens, præcipuam (quæ curationis morborum causa existit) partem prætermittet, quæ ad maximè lethalium morborum curationem præstantissima est. Summa quidem præsentis dictionis hæc est; particularia verò dictionis deinceps explicabo.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

[30] Εἶπεν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὅτι καθ' ἀρχὰς εὐθέως ἔγραψαν οἱ ἀπὸ [31] Κνίδου [32] ἰατροὶ περὶ νοσημάτων ἀκριβέστερον τοῦ προσήκοντος, χολῆς νόσοι C ζ'· κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ κατωτέρω πάλιν, ἀπὸ τῆς κύστεως νόσοι ιβ'· καὶ πάλιν ἔτι κατωτέρω, νεφρῶν νοσήματα δ'· καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν, ἀπὸ τῆς κύστεως νόσοι στραγγουριῶν τέσσαρες· εἶτα πάλιν ἐφεξῆς, τέτανοι γ'· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν, ἴκτεροι δ'. εἶτα μετὰ τοῦτο, φθίσεις γ'. εἰς γὰρ τὰς τῶν [33] σωμάτων ποικιλίας ἔβλεπον ὑπὸ πολλῶν αἰτίων ἐξαλλασσομένας, παρέντες σκοπεῖσθαι τῶν διαθέσεων τὴν ταυτότητα, καθάπερ ὁ Ἱπποκράτης ἐποίησε, μεθόδῳ χρησάμενος εἰς τὴν εὕρεσιν αὐτῶν, ᾗ μόνον δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν νοσημάτων ἀριθμόν. D ἐπιδέδεικται δὲ ὑφ' ἡμῶν ἡ μέθοδος αὕτη κατ' ἀρχὰς εὐθέως τῶν τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίων· εἴρηται δὲ κἀν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐπ' ὀλίγον· ἐν συντόμῳ δὲ λόγῳ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς ἓν ἔχεις ὑπόμνημα ἡμέτερον. νυνὶ δ' ἀκολουθεῖν προσήκει ταῖς ῥήσεσιν, ἔστι γὰρ ὁ σκοπὸς τῆς ἐξηγήσεως, ὡς εἴ γέ τις ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι τὰς ἀποδείξεις γράφοι, μακρὸν ἀνύσας λόγον ἕνεκα τῆς τῶν νοσημάτων ἰάσεως, τὸ κυριώτατον ἀφεὶς ἔσται μέρος, ὅπερ αὖ εἰς τὴν ἴασιν τῶν ὀλεθριωτάτων E νοσημάτων διαφέρει. Τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς προκειμένης ῥήσεως τοῦτό ἐστι· τὸ δὲ κατὰ μέρος τῆς λέξεως, ἐφεξῆς δίειμι.

Morbos communes esse epidemios aut sporadicos; epidemios perniciosos, esse pestem; mitiores verò, epidemios, aut endemios; & quid quisque sit.

Τὰ κοινὰ νοσήματα εἶναι ἐπιδήμια ἢ σποραδικά· τὰ ἐπιδήμια, τὰ μὲν ὀλέθρια εἶναι λοιμόν· τὰ δὲ ἐπιεικέστερα, ἐπιδήμια ἢ ἐνδήμια· καὶ τί τούτων ἕκαστον.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 8.

II *Qvum enim nullus cõmunis pestilentis morbi modus populariter grassatus fuerit, sed sporadici morbi, ac similes fuerint, ab his morbis plures, quàm ab alijs omnibus, moriuntur.*

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. η'.

F Ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νόσοι, καὶ παραπλήσιοι, [35] ὑπὸ τουτέων τῶν νουσημάτων ἀποθνήσκουσι πλείους, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν συμπάντων.

COMMENTARIVS GALENI.

Declarat hac oratione, morbos quosdã multis hominibus vno tempore oboriri, quos, quum perniciosi fuerint, pestem appellant; quũ verò mitiores, alterâ quâdam explicant appellatione, epidemios vocantes; vt epidemius quidẽ morbus sit, qui quodam tempore aliqua in regione vehementiùs grassatur; pestis verò, epidemia perniciosa. Est autem & aliud morborum genus multis commune, quod in regione obo-

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Δηλοῖ δὲ διὰ τοῦ λόγου τούτου, τὰ μέν τινα πολλοῖς γίνεσθαι νοσήματα καθ' ἕνα χρόνον, ἅπερ ὅταν μὲν ὀλέθρια ᾖ, λοιμὸν ὀνομάζουσιν· ὅταν δὲ ἐπιεικέστερα, ἑτέρᾳ τινὶ προσηγορίᾳ δηλοῦσιν, ἐπιδήμια καλοῦντες· ὥστε εἶναι τὸ μὲν ἐπιδήμιον νόσημα τὸ κατὰ χρόνον τινὰ πλεονάσαν ἔν τινι χωρίῳ, τὸν δὲ λοιμὸν, ἐπιδημίαν ὀλέθριον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο γένος νοσημάτων κοινὸν πολλοῖς, ὅπερ ἐστὶ τὸ [36] κατὰ χώραν ἐπι-

γινόμενον, τὰ ἔνδημα καλούμενα. τούτοις δὲ ἀντίκειται πᾶσιν αἱ σποράδες νόσοι, διαφερόντως ἐνοχλοῦσαι τοὺς νοσοῦντας, οὐ κατὰ τὸν κοινὸν τρόπον συνιστάμεναι. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι, καὶ παραπλήσιοι; τοὐναντίον γὰρ ἐχρῆν εἰρῆσθαι, καὶ μὴ παραπλησίας αὐτὰς ἀλλήλαις ὑπάρχειν, ὅπερ ἐστὶ μὴ ὁμοίας, εἴγε τῇ τῶν νοσημάτων ὁμοιότητι, τὸ ἔνδημον, καὶ τὸ ἐπίδημον, καὶ τὸ λοιμῶδες ἐκρίνετο. δυοῖν οὖν θάτερον, ἢ βελτίονα νομιστέον τὴν τοιαύτην γραφὴν, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιοι· ἢ παραπλησίας αὐτὰς εἰρῆσθαι χρὴ δοκεῖν, οὐκ ἀλλήλαις, ἀλλὰ ταῖς ἔμπροσθεν εἰρημέναις, τουτέστι ταῖς συνήθεσιν· ἐπεὶ σπανιώτερα μὲν ἐπιδήμιά τε καὶ λοιμικὰ γίνεται νοσήματα, τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ καλούμενα σποραδικὰ, συνήθως· ὑπὲρ ὧν καὶ νῦν ὁ λόγος αὐτῷ γενήσεται, καθάπερ ὑπὲρ τῶν ἐπιδημίων μὲν ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις· τῶν ἐνδήμων δὲ, κατὰ τὸ περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τόπων· ἴδιον δὲ οὐδὲν ἐξαίρετον ἐποίησε σύγγραμμα περὶ [37] λοιμῶν, ἐπειδὴ τῶν ἐπιδημίων ἓν ὑπάρχειν αὐτὸ δι' ἐκείνων ἐδίδαξεν.

Ὅτι οἱ ἰδιῶται οὐ γινώσκουσι τοὺς ἰατρούς.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ θ'.

Οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται οὐ κάρτα γινώσκουσι τοὺς [38] ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τοὺς εἰς ταῦτα τὰ νοσήματά φησι διαφέροντας τῶν πέλας ἰατροὺς, οὐ πάνυ τι γινώσκειν τοὺς ἰδιώτας· δῆλον δὲ ὅτι τὰ ὀξέα λέγει, περὶ ὧν προείρηκει.

Τοὺς ἰδιώτας οὐκ εἶναι τῶν προσηκόντων ἰαμάτων διαγνωστικοὺς, διὸ καὶ μὴ ὀρθοὺς αὐτῶν τοὺς ἐπαίνους ἢ ψόγους εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ι'.

Ἑτεροίων τε μᾶλλον ἐπαινέται ἰημάτων, καὶ ψέκται εἰσίν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὐ τῶν προσηκουσῶν, οὐδὲ τῶν ἀξίων ἐπαινεῖσθαι θεραπειῶν διαγνωστικοὺς εἶναί φησι τοὺς ἰδιώτας, ἀλλὰ τῶν ἑτέρων μᾶλλον, ὅθεν οὐδ' ἐπαινεῖν αὐτοὺς ὀρθῶς, οὐδὲ ψέγειν· εἶτ' ἐφεξῆς ὡς προστιθεὶς ἀπόδειξιν ὧν εἶπεν, τάδε γράφει.

Παρὰ τοὺς ἰατροὺς εἶναι, οὐ παρὰ τοὺς ἰδιώτας, τὸ τὰς διαιτητικὰς ὕλας ἐπιτάττειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ια'.

[39] Ἐπεί τα μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημόται ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τουτέων τῶν νουσημάτων εἰσὶν, ὥστε [40] μαθητέα εἶναι· οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ, ἰητροὶ δοκέουσιν εἶναι μάλιστα διὰ ταύτας τὰς νούσους. ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμανθάνειν ἐστὶν, ὁκοῖα νενόμισται προσφέρεσθαι πρὸς τοὺς τὰ τοιάδε κάμνοντας· ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης χυλὸν, καὶ οἶνον τοῖον ἢ τοῖον, ἢ καὶ μελίκρητον, [41] ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσιν οἱ ἰητροὶ ταὐτὰ λέγειν, οἵ τε βελτίους καὶ οἱ χείρους· τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων.

ritur, endemiúmque appellatur. His autem omnibus opponuntur ſporadici morbi, qui ægrotos vehementer vexant, non communi conſuetudine conſtantes. Sed quid eſt quod ab Hippocrate dicitur, *ſed ſporadici morbi, ac ſimiles fuerint?* Nam contrarium dicendum erat, *& diſsimiles eos inter ſe eſſe*, quod eſt non ſimiles, ſiquidem morborum ſimilitudine, & endemium, & epidemium, & peſtilens iudicabatur. Duorum igitur alterum, aut meliorem hanc ſcriptam ſententiam augurandum eſt, *ſed morbi ſporadici, ac non ſimiles fuerint*; aut ſimiles eos dictos eſſe cenſendum, non inter ſe, ſed morbis prædictis, hoc eſt, conſuetis; quoniam rariùs quidem tum epidemij, tum peſtilentes morbi oboriuntur; vocati verò ab eo ſporadici, frequentiùs: de quibus & preſens liber ab ipſo habetur; vt & de epidemiis in libris epidemiorum morborum; & de endemiis in libro de aquis, aëre, & locis. Nullum autem proprium de peſte cofecit librum, quoniam ex epidemiis vnum eſſe illam per libros epidemiorum demonſtrauit.

Vulgus indoctum medicos non cognoſcere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 9.

IDiotæ igitur non admoduum cognoſcunt eos, qui in his, proximis præſtant.

COMMENTARIVS GALENI

IDiotas ait eos non omninò cognoſcere medicos, qui ad huiuſmodi morbos proximis præſtant. Quod autem acutos dicat, palam eſt, de quibus ante diſſeruit.

Curationes idoneas ab idiotis non diſcerni, ac proinde neque probè laudari, neque vituperari poſſe.

TEXTVS HIPPOCRATIS 10.

ALiarumque curationum magis laudatores, aut vituperatores exiſtunt.

COMMENTARIVS GALENI.

NOn conſentaneas, neque laudibus dignas curationes diſcernere poſſe idiotas enunciat, ſed alienas magis; proindéque ipſos neque probè laudare, neque vituperare. Deinceps tanquam eorum quæ protulit demonſtratione additâ, hæc ſcribit.

Penes medicos, non indoctum vulgus, diæteticam materiam præſcribere.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 11.

DEinde magnum id indicium, quòd hi populares huiuſmodi morborum intelligentiâ minimè fruantur, ut quos ſtudio conſequi oportet. Nã qui Medici non ſunt, Medici eſſe videntur maximè propter hos morbos. Facile eſt enim nomina, quæ apud ægrotos his morbis affectos proferri conſueuerunt, ediſcere. Siquis enim ptiſanæ cremorem nominauerit, & vinum hoc aut illud, aut etiam mulsũ, hæc omnia eadẽ plebeis tum præſtantiores, tũ deteriores medici dicere videtũr. At non ita ſe res habet, verùm in his ſanè alij ab alijs magnopere differunt.

COMMENT.

COMMENTARIVS GALENI.

Qvandoquidem huiuſmodi materijs ad victûs rationem ſpectantibus Medici tum præſtantiores, tum deteriores vtuntur, propterea quis ſit præſtantior, haud ab idiotis diſcernitur, qui diſcernere nequeunt, quinam tempeſtiuè ac decenti quantitate præſidiorum materias ægrotantibus adminiſtrent, & quinam citra hæc. Verùm Hippocrates hîc deſcripto ſecundo procemio, à præſenti oratione conſequentia exorditur.

Quæ ſcitu neceſſaria ſunt, ea ſcribenda eſſe, vt iuuantia & lædentia, qualis eſt ptiſanæ vſus, quem plerique medici ignorant; ac medicis ex faciendorum ſcientia, vt bene medeantur, ſuppetere.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 12.

Videntur autẽ mihi ſcripto digna eſſe potiſſimũ, quæ à Medicis ignorantur, ijs ſcitu neceſſaria, & quæ magnas vtilitates, aut magnas læſiones adferũt. Quæ itaq; ignorantur, hæc ſunt. Curnam in acutis morbis quidam medici totum æuũ ptiſanas non colatas exhibentes traducunt, ac ſeſe medicinã rectè facere arbitrantur? Quidã verò pre omnibus moliuntur, vt nullũ hordeũ æger deuoret (magnæ enim læſionis eſſe illud exiſtimãt) ſed cremorem linteo colatũ exhibent. Quidã præterea ipſorũ neq; craſſã ptiſanam, neq; cremorem exhibẽt; & hi quidem quouſque ad diem ſeptimum æger peruenerit; illi autem aſſiduè, quoad morbus iudicatus fuerit.

COMMENTARIVS GALENI.

Qvod à præceptore propoſitum eſt, id ſanè logicum magis eſſe videbitur, quum nos etiam citra huiuſmodi ſpeculationes rectè mederi poſſimus. *Probè nanque morbis mederi ex faciendorum ſcientia ſuppetit medicis*, non ex indagatione cauſæ controuerſiæ inter eos ortæ, qui pugnantes ipſorum morborum curationes ſcripſerunt. Eſt autem ſecundum veritatem non ſolùm perutile, verùm etiam omnium primùm quæſitu neceſſarium, vt progreſſu ſermonis ſum demonſtraturus. Primum enim quòd quæſtione dignum ſit quod proponit, & quemadmodum id ſoluat, percurrere ſatius eſt. Quòd igitur quæſtione dignum ſit, hinc diſces. Nullam enim de philoſophorum controuerſia euidentem habemus coniecturam. Neque enim ſi ortus ſit mundus; neque ſi interiturus; neque ſi extra ipſum non ſit vanum; neque ſi immenſus, neque ſi is ſolus vnus ſit, neque ſi plures; neque quot numero, ſi plures, neque ſi horum multitudo incomprehenſibilis ſit, aut infinita, manifeſta coniectura dari poteſt. Sic verò & aliorum multorũ, quæ in philoſophia quæruntur, nonnulla quidem iudicare prorſus non poſſumus, quædam verò non ſine multa cõtemplatione. Verùm de ægros iuuantibus, vel lædentibus non ſimili modo ſe res habet. Nam ad ipſa inuenienda longo opus eſt tempore, viroq; ſupra vulgus excellente; quæ tamen ſeſe reperiſſe quidam profitentur, ea facilem habere iudicationem videbuntur.

A

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐπεὶ ταῖς αὐταῖς ὕλαις τῶν διαιτημάτων οἵ τε βελτίους ἰατροὶ, καὶ οἱ χείρους χρῶνται, [41] διὰ τοῦτο τοῖς ἰδιώταις ἀδιάγνωστός ἐστιν ὁ βελτίων, οὐκ εἰδόσι διακρῖναι, τίνες μὲν ἐν καιρῷ καὶ μετὰ τῆς δεούσης ποσότητος τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων τοῖς κάμνουσι προσφέρουσι, τίνες δὲ ἄνευ τούτων. ἀλλ' οὖν ἐνταῦθα παραγράψας ὁ Ἱπποκράτης τὸ δεύτερον προοίμιον, ἄρχεται τῶν ἐχομένων [43] ἐπὶ τῆς προκειμένης ῥήσεως.

B

Ὅσα εἰδέναι ἐπίκαιρα, ἄξια ταῦτα γραφῆς εἶναι, ὥσπερ τὰ ὠφελοῦντα καὶ τὰ βλάπτοντα, οἷα ἡ τῆς πτισάνης χρῆσις τοῖς πλείστοις ἰατροῖς ἀκαταμάθητος οὖσα· καὶ ὅτι τοῖς ἰατροῖς ἐκ τοῦ μαθεῖν τὰ ποιητέα τὸ καλῶς ἰᾶσθαι περιγίνεται.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιβʹ.

Δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖσιν ἰητροῖσιν, ἐπίκαιρα ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας. (C) ἀκαταμάθητα μὲν οὖν καὶ τάδε ἐστί· διὰ τί ἄρα ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν, οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελοῦσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους, καὶ νομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν· οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιέονται, ὅπως κριθὴν μηδεμίην καταπίῃ ὁ κάμνων, μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγέονται εἶναι, ἀλλὰ δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν διηθέοντες διδόασιν· οἱ δὲ αὖ τινες αὐτέων οὐδ' ἂν πτισάνην παχείην δοῖεν, οὔτε χυλόν, οἱ μὲν μέχρις ἂν (D) ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων, οἱ δὲ καὶ διὰ τέλεος ἄχρις ἂν κριθῇ ἡ νόσος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

44 Δόξει μὲν εἶναι λογικώτερον τὸ προβεβλημένον ὑπ' αὐτοῦ, δυναμένων ἡμῶν καὶ χωρὶς τῶν τοιούτων σκεμμάτων ἰατρεύειν ὀρθῶς· ἐκ γὰρ τοῦ μαθεῖν τὰ ποιητέα, τὸ καλῶς ἰᾶσθαι τὰς νόσους περιγίνεται τοῖς ἰατροῖς, οὐκ ἐκ τοῦ ζητῆσαι τὴν αἰτίαν τῆς διαφωνίας τῶν διαφόρους θεραπείας γραψάντων ἐπὶ τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν· (E) ἔστι δὲ κατ' ἀλήθειαν οὐ μόνον χρησιμώτατον, ἀλλὰ καὶ πρῶτον ἁπάντων ἐζητῆσθαι δεόμενον, ὡς δείξω προϊόντος τοῦ λόγου· πρότερον γὰρ, ὅτι τε ζητήσεως ἄξιόν ἐστιν ὃ προβάλλει, καὶ ὅπως αὐτὸ λύει, διελθεῖν ἄμεινον. ὅτι μὲν οὖν ἄξιόν ἐστι ζητήσεως, ἐντεῦθεν μαθήσῃ. τῆς μὲν γὰρ τῶν φιλοσόφων διαφωνίας οὐδὲν ἔχομεν ἐμφανὲς τεκμήριον· οὔτε γὰρ εἰ γενητὸς ὁ κόσμος, οὔτ' εἰ φθαρτός, οὔτ' εἰ μὴ κενόν ἐστιν ἔξωθεν αὐτοῦ, οὔτ' εἰ ἄπειρος, οὔτ' εἰ μόνος εἷς ἐστιν, (F) οὔτ' εἰ πλείους, οὔτε πόσοι τὸν ἀριθμόν, εἴπερ πλείους, οὔτ' εἰ πλῆθος ἀπερίληπτον, ἢ ἄπειρον αὐτῶν, ἐναργεῖ τεκμηρίῳ χρήσασθαι δυνατόν. οὕτως δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ζητουμένων, ἔνια μὲν οὐδ' ὅλως ἐπικρῖναι [46] δυνάμεθα, τινὰ δὲ μετὰ πολλῆς ἐπισκέψεως. περὶ δὲ τῶν ὠφελούντων τοὺς κάμνοντας, ἢ βλαπτόντων, οὐχ ὁμοίως ἔχει. τὸ μὲν γὰρ εὑρεῖν [47] αὐτὰ, χρόνου δεῖται μακροῦ, διαφέροντός τε τῶν πολλῶν ἀνδρός· ὅσα δὲ εὑρηκέναι τινὲς ἐπαγγέλλονται, δοκεῖ ταῦτα ῥᾳδίαν ἔχειν τὴν κρίσιν.

εἰ μὲν γὰρ ὠφέλησε προσαχθέντα τοῖς κάμνουσιν, ἐπαινεῖν αὐτὰ χρὴ καὶ προσίεσθαι, βλάψαντα δὲ φεύγειν τε καὶ ἀποτρέπεσθαι, μηδὲν δὲ ἀξιόλογον εἰς βλάβην ἢ εἰς ὠφέλειαν ἐργασάμενα, τῶν οὐδετέρων ὑπολαμβάνειν· ἀλλὰ καὶ [48] τοὺς ἰατροὺς ἀφίστασθαι τῶν ἐναργῶς βλαπτόντων. ὅσα μὲν οὖν ὀλίγην ἔχει τὴν [49] διαφορὰν, οὐδὲν θαυμαστὸν ἐπιμένειν αὐτοῖς τοὺς ὁπωσοῦν ἐξ ἀρχῆς δόξαντας· ὅσα δὲ πάμπολυ διέστηκεν, ὡς ἐπαινεῖσθαι μὲν ὑφ' ἑτέρων, ψέγεσθαι δὲ ὑπ' ἐνίων, [50] ἐπὶ τούτων ἄν τις θαυμάσειεν ἢ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ μεγάλην ἔχοντα βλάβην, ἢ τοὺς ψέγοντας τὰ κατ' ἀλήθειαν ὠφέλιμα. τοῦτ' οὖν ἐστιν αὐτὸ νῦν προβαλλόμενον ὑπὸ Ἱπποκράτους, ἐφ' ἑνὸς τῶν κατὰ μέρος ὑποδειγμάτων εἰρημένον· ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ Ἐρασιστράτου, κατὰ τὸ πρῶτον βιβλίον περὶ πυρετῶν, αὐτό τε καὶ ἡ λύσις αὐτοῦ διὰ ταχέων τε καὶ σαφῶς, ἀκολουθήσαντος αὐτοῦ τῷ Ἱπποκράτει πάντη. διελθὼν γὰρ ἐν τῷ προειρημένῳ βιβλίῳ τοὺς ἐναντιωτάταις ἀγωγαῖς ἐπὶ τῶν πυρεττόντων χρωμένους ἰατροὺς, τούς τε μακραῖς ἀσιτίαις καταπονοῦντας τοὺς κάμνοντας, καὶ Πετρωνᾶν τὸν κρέα τε καὶ οἶνον διδόντα, ἐπιφέρων φησὶ κατὰ λέξιν οὕτως. ἐπὶ πολλῶν μὲν οὖν πάνυ μεγάλαις πληγαῖς περιέπιπτον· [51] εἰ δὲ πάντες κακῶς ἀπηλλάττοντο πυρέττοντες ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ τῆς θεραπείας, πεπαυμένοι ἂν ἦσαν τῆς θεραπείας οἱ [52] ἰατρεύοντες οὕτως· ἀλλ' ὡς ἔοικεν οὐκ ἐφαρμόζει πᾶσι τοῖς πυρετοῖς ἡ αὐτὴ ἀγωγὴ τῆς θεραπείας. ἐπαινεῖν οὖν χρὴ καὶ τὸν Ἐρασίστρατον καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ προβάλλοντες τοῦτο τὸ ζήτημα, καὶ τὴν λύσιν ἔγραψαν· ἐπαινεῖν δὲ καὶ τὸν πρῶτον αὐτὸ προβάλλοντα. καὶ γινώσκειν οὐ μᾶλλόν τι περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, [53] ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων προβάλλεσθαι, καὶ λύεσθαι τοῦτο τὸ ζήτημα· καὶ γὰρ ἡ ἀπόκρισις κοινὴ περὶ πάντων ἐστί. οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν ὀξέων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων [54] ἐν τῇ θεραπείᾳ διεφώνησαν οἱ ἰατροί, καὶ διὰ τοῦτο μέχρι πολλοῦ ταῖς ἑαυτῶν ἀγωγαῖς ἕκαστοι προσμένουσιν, ὅτι θεῶνται τινὰς [55] ἐπ' αὐτῶν ἐναργῶς ὠφελουμένους· ἐπὶ τῶν ἄλλων οὖν ὅσοι μηδὲν ὀνίνανται, τάχα μὲν ὑπονοοῦσι καὶ τοὺς κάμνοντάς τι λαθραίως ἁμαρτάνειν· οὐ μὴν ἀλλ' ὅπερ εἶπε καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν, ἐπὶ τῶν κακῶς ἐπιδεόντων τὰ μεθ' ἕλκους κατάγματα, καὶ διὰ τοῦτο βλαπτόντων (οὐ γὰρ οἴονταί, φησι, τὴν ἐπίδεσιν αἰτίην εἶναι), ἀλλὰ ἄλλην τινὰ ἀτυχίαν) οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ δίαιταν εἰκὸς αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν. ὃ δὲ εἶπε νῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, πρόδηλόν ἐστιν, ἐάν τις αὐτὴν ἀναγνῷ δὶς καὶ τρὶς, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ προσέχων τὸν νοῦν· εὑρήσει γὰρ ἐπὶ μερικοῦ παραδείγματος τὸν κοινὸν διδασκόμενον λόγον, ὃν δὴ καὶ καθόλου καλεῖν εἰώθασιν οὐχ οἱ φιλόσοφοι μόνον, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν οἱ ἀπὸ πασῶν ἤδη τῶν λογικῶν τεχνῶν. ὁ μὲν οὖν Ἐρασίστρατος, ἐναντιωτάτων ἀγωγῶν ἐμνημόνευσεν· ὁ δὲ Ἱπποκράτης τὰς ἀλλοκότους ἐάσας, ἐπὶ τὰς μετριωτέρας ἧκεν· ἀλλόκοτοι γάρ εἰσιν ὄντως, αἵ τε διὰ λιμαγχονίας ἐσχάτης, καὶ αἱ διὰ τὸ πληροῦν ἀμέτρως, ὡς ὁ Πετρωνᾶς· μέτριαι δὲ τούτων, ὧν ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων γιγνόμεναι ὑπὸ τῶν [56] ἀξιολόγων ἰατρῶν. ἔνιοι μὲν γὰρ τὴν κριθώδη πτισάνην ἐπ' αὐτῶν διδόασιν, ἔνιοι δὲ τὸν χυλὸν μόνον, ἔνιοι δὲ οὐδὲ τοῦτον (ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, καὶ πρὸ τῆς κρίσεως ἔνιοι δι' ὕδατος διαιτῶν μόνον) ἄχρις ἂν ἡ νόσος κριθῇ, διαιτῶντες ἐν τῷ μεταξὺ πόμασι μόνοις, ὕδατί τε καὶ μελικράτῳ, καὶ εἰ δεήσειεν ὀξυμέλιτι. ἡ μὲν οὖν αἰτία τῆς διαφωνίας ἐστὶν, ἣν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐφεξῆς ποιήσεται, καὶ καλῶς ἔφην αὐτὴν ὑπ' Ἐρασιστράτου

A Si nanque ægris adhibita profuerint, ipsa laudare oportet atque admittere; si verò læserint, & vitare, & reiicere; quæ verò nihil ad præsidium aut læsionem commemorandum attulerint, sub neutris comprehendere. Sed & medicos ab euidenter lædentibus abhorrere *oportet*. Ergo quæ paucum quidem sortiuntur dissidium, nihil mirum ipsis eos immorari, qui quouis modo ab initio obseruarunt. Quæ verò multopere ita dissederunt, vt ab alijs quidem probentur, à nonnullis verò reijciantur, in his eos quisque admirari B poterit, aut qui magnoperè lædentia probant, aut eos qui verè iuuantia improbant. Id ipsum sanè est, quod nunc ab Hippocrate particulari vno exemplo proponitur. Dictum autem tum id, tum ipsius solutio ab Erasistrato in primo libro de febribus, & paucis, & manifestis, Hippocratem planè sequuto. Quum enim percurrit in prædicto libro tum eos, qui maximè contrarium febricitantibus victum præscribunt; tum eos, qui longis inediis ægros conficiunt; atque Petronam, qui tum carnes, tum vinum exhibe- C bat, deinde ad verbum ita loquitur. *In multis igitur maximas plagas incurrebant, si autem omnibus malè cederet febricitantibus hæc curationis ratio, qui ita curabant, à curatione discessissent; sed, vt videtur, non febribus omnibus opem fert idem curationis modus.* Laudandi itaque cùm Erasistratus, tum alij, qui quæstionem hanc proposuerunt, solutionemq; scripserunt. Laudandus quoque qui primus eam proposuit. Sciendum quoque, hanc quæstionem non magis de acutis morbis, quàm de cæteris omnibus proponi, soluique. Responsio nanque de omnibus communis est. Non enim de acutis D solùm, verùm etiam de cæteris morbis, in curatione dissentanei fuerunt Medici, ob idque diu singuli suis in victûs regulis permanent, quòd quosdam ab his dilucidè iuuari conspiciant. In cæteris autem, qui nihilo iuuantur, fortassis quidem & clanculum aliquid ægros deliquisse suspicantur; enimuerò vt retulit & ipse Hippocrates in libro de fracturis, de ijs qui fracturas cum vulnere prauè deligant, obidque lædunt (*non enim, ait, deligationem causam esse existimant, sed aliud quoddam infortunium*) sic & eos in victûs ratione opinari par est. Quòd autem præsenti in oratione recensuit *Hippocrates*, manifestum est, si quis ip- E sam apud se mente reuoluens bis terque legerit. Nam ex particulari exemplo communem doceri sermonem comperiet, quem & vniuersalem vocare consueuerunt non philosophi duntaxat, verùm etiam propè omnes rationalium artium periti. Erasistratus quidem maximè contrarias meminit victûs rationes; Hippocrates verò absurdis prætermissis, ad moderatiores se contulit. Absurdæ enim reuera sunt tum quæ per enecantem inediam summam, tum quæ per repletionem immoderatam fiunt, quā Petronas vte- F batur. Inter has moderatæ (quarum meminit Hippocrates) in acutis morbis ab insignibus Medicis præscribuntur. Nonnulli etenim hordeaceam quidem ptisanam in his administrant; nonnulli verò duntaxat cremorem; quidam neque hunc (in acutis morbis antè crisin, quidam solam aquam propinant) quoad morbus iudicatus sit. Interea pro victu solos potus exhibent, tū aquā, tum mulsam, & si opus fuerit oxymel. Itaque controuersiæ causa est, quā ipse Hippocrates deinceps producturus est, eámque ab Erasistrato,

ſtrato in primo de febribus libro enunciari probè aſſerebam. Eſt autem ea, quòd quidam ſolo ptiſanæ cremore indigeant; quidam verò hordeaceâ ptiſanâ; & nonnulli horum neutro, ſed potibus ſolis ad criſin vſque proſperè ſeruentur. Demonſtrabit autem in ſequentibus, qui ſint, qui hordeaceâ ptiſanâ, & qui ſolo ptiſanæ cremore, & qui horum neutro indigent.

Quòd de ptiſanæ vſu quæſtiones Medici proponere non conſueuerint, & quòd has Hippocrates primus propoſuerit, ac ſoluerit.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 13.

Itaque huiuſmodi quæſtiones proponere non admodùm Medici conſueuerunt; neque verò fortaſſis ſi proponantur, ſolutæ comperiuntur.

COMMENTARIVS GALENI.

Qvòd primus præceptor ſit, qui quæſtionem hanc propoſuerit, ac ſoluerit, hac dictione innoteſcit; neque enim, inquit, tales quæſtiones proponi à Medicis conſueuerunt. Quòd ſi eas aliquis propoſuerit, fortaſſis ſolutionem non comperiet.

Diſſenſiones quidem medicorum iuſtam ignorantiæ ſuſpicionem, conſenſum verò iuſtam magnamque cognitionis fiduciam parere.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 14.

Ac proinde calumniam adeò magnam patitur apud vulgus ars tota, vt nulla omninò ars medica eſſe exiſtimetur.

COMMENTARIVS GALENI.

Hoc quoque textu ex particulari exemplo rem quandam vniuerſalem edocet. Primùm quidem, quòd qualecunque vitæ inſtitutum ſectantium diſſenſio iuſtam ignorantiæ ſuſpicionem prodat; ſecundò contrà conſenſus iuſtam magnámque ſcientiæ fiduciam oſtendat; quod nimirum linearibus *mathematicorum* demonſtrationibus magnoperè contulit. Non enim diſcipulis ſolùm perſuadent, verùm etiam apud vulgus tanquam veriſſimæ diſciplinæ æſtimationem conſequuntur. Linearibus igitur *mathematicorum* demonſtrationibus vſos eſſe ait, qui manifeſtè aliquid & citra quamuis ambiguitatem demonſtrauerunt. Verùm diſceptationis rationem diligenter in ſequenti oratione proſequitur.

In acutorum morborum curatione, medicos inter ſe vt vaticinatores diſſentire; quid & quotuplex ars vaticinandi; ac de auguribus, haruſpicibus, genethliacis, ac per ſomnia vaticinantibus.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 15.

Qvare acutiſſimis in morbis tantoperè diſſentiunt inter ſe artifices, vt quæ alter exhibet, optima eſſe exiſtimans, ea mala iam alter eſſe auguretur. Ac ferè ob id artem vaticinationi ſimilem eſſe dixerint. Quoniam & augures eundem alitem, ſi

---

A κατὰ τὸ πρῶτον εἰρῆσθαι περὶ πυρετῶν· ἔστι δὲ αὕτη, ὅτι τινὰς τοῦ χυλοῦ μόνον δεῖσθαι τῆς πτισάνης, τινὰς δὲ καὶ τῆς κριθώδους πτισάνης, ἐνίους δὲ μηδετέρου τούτων, ἀλλ' ἐπὶ πομάτων μόνον ἄχρι τῆς κρίσεως ὠφελίμως διαφυλάττεσθαι. καὶ δείξει γε ἐφεξῆς, τίνες μὲν εἰσὶν οἱ τῆς κριθώδους πτισάνης δεόμενοι, τίνες δὲ οἱ πτισάνης χυλοῦ, τίνες δὲ οἱ μηδετέρου τούτων.

Ὅτι τὰ περὶ πτισάνης χρήσεως ζητήματα προβάλλεσθαι οἱ ἰατροὶ μὴ εἰθισμένοι εἰσί· καὶ ὅτι Ἱπποκράτης ὁ πρῶτος προβαλὼν καὶ λύσας ἐστί.

B

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιγ'.

Ἀλλὰ μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰητροί· ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα, [57] εὑρίσκεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὅτι πρῶτος αὐτός ἐστιν ὁ τὸ ζήτημα προβαλὼν τοῦτο, καὶ λύσας, εὔδηλόν ἐστιν ἐκ ταύτης τῆς ῥήσεως· οὐδὲ γὰρ εἰθίσθαι, φησι, τὰ τοιαῦτα προβάλλεσθαι παρὰ τοῖς ἰατροῖς. εἰ δὲ καὶ προβάλλοι τις αὐτοῖς, C ἴσως οὐδὲ τὴν λύσιν εὑρήσει.

Τὴν μὲν τῶν ἰατρῶν διαφωνίαν, δικαίαν ἀγνοίας ὑποψίαν ἐνδείκνυσθαι, τὴν δὲ συμφωνίαν, μεγάλην τε καὶ δικαίαν ἐλπίδα γνώσεως.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιδ'.

Καίτοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι.

D

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν, ἐπὶ μερικοῦ παραδείγματος διδάσκει τινὰ τῶν καθόλου, πρῶτον μὲν ὡς ἡ τῶν μετιόντων ὁποιοῦν ἐπιτήδευμα, διαφωνία, δικαίως ὑποψίαν ἀγνοίας ἐνδείκνυται· δεύτερον οὖν πάλιν, ὡς ἡ συμφωνία δικαίαν μεγάλην ἐλπίδα γνώσεως, ὅπερ [58] μεγάλα καὶ ταῖς γραμμικαῖς ἀποδείξεσι συνετέλεσεν· οὐ μόνον γὰρ αὐτοὺς τοὺς μανθάνοντας πείθουσιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις δόξαν ἔχουσιν, E ὡς ἀληθέσταται· γραμμικαῖς οὖν ἀποδείξεσι κεχρῆσθαι [59] φασὶ τοὺς ἐναργῶς τι καὶ ἀναμφιλέκτως δείξαντας. ἐξεργάζεται δὲ τὸν περὶ τῆς διαφωνίας λόγον, ἐπὶ τῆς ἐχομένης ῥήσεως.

Ἐν τῇ τῶν ὀξέων νοσημάτων θεραπείᾳ τοὺς ἰατροὺς ἀλλήλοις διαφωνεῖν, ὥσπερ καὶ τοὺς μάντεις· τί ἡ μαντική, καὶ πόσαι· καὶ περὶ τῶν οἰωνιστῶν, καὶ ἱεροσκόπων, καὶ γενεθλιακῶν, καὶ ὀνειροπόλων.

F

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιε'.

Ὥστ' ἔν γε [60] τοῖς ὀξυτάτοις τῶν νοσημάτων [61] τοσόνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρώνακτες, ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει ἡγεύμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν [62] ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι. καὶ σχεδὸν ἂν κατά γε [63] τοῦτο, τὴν τέχνην [64] φαίην ὁμοιοῦσθαι τῇ μαντικῇ· ὅτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν

ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν, εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν· καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ δὲ τὰ "τοιάδε, ἄλλα ἐπ' ἄλλοισιν· ἀλλ' ἔνιοι τῶν μάντεων, τὰ ἐναντία τουτέων. (Φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, καὶ ἐπικαιροτάτοισι.)

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Μαντικὴν μὲν ὠνόμασε τὴν οἰωνιστικήν· καὶ ἱεροσκοπίαν δὲ, τὴν θυτικὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν καλουμένην, ἣν ὄντως καὶ οἱ ἄλλοι παλαιοὶ καλοῦσιν ἱεροσκοπίην, ἐπεὶ σκοποῦντες τὰ ἱερεῖα, προλέγουσιν ἐξ αὐτῶν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, τὰ γενησόμενα· ἱερεῖα δὲ ἴσμεν ὀνομαζόμενα, ἅπαντα τὰ τοῖς θεοῖς εἰς τιμὴν γιγνόμενα, οἷα τὰ τῶν θυομένων ἱερείων, ὧν τὰ σπλάγχνα θεώμενοι, προλέγουσιν οἱ ἱεροσκόποι. τοὺς δὲ ἐκ τῆς τῶν ὀρνίθων πτήσεως μαντευομένους, οὓς οἰωνιστάς τε καὶ οἰωνοσκόπους ὀνομάζουσι, τούτους [68] νῦν μάντεις ἐκάλεσεν ὁ Ἱπποκράτης. καίτοι τὸ τοῦ μάντεως ὄνομα καὶ ἡ μαντικὴ κατὰ πασῶν τῶν οὕτω προλεγουσῶν τεχνῶν ἐπιφέρεται· μάντεις μὲν γὰρ καλοῦνται οἵ τε ἱεροσκόποι, καὶ οἱ οἰωνισταί, καὶ οἱ γενεθλιακοὶ προσαγορευόμενοι, καὶ οἱ διὰ συμβόλων, καὶ οἱ διὰ ἱερείων προλέγοντες τὰ ἐσόμενα, πρὸς τούτοις τε χρησμολόγοι καὶ θεομάντεις· ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ὀνειροπόλους ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κληθέντας, ἐν τοῖς μάντεσι καταλέγουσιν. ἀλλ' ὅ γε Ἱπποκράτης δῆλος, ὅτι τοὺς οἰωνιστὰς μόνους ὀνομάζει μάντεις ὡσαύτως τῷ ποιητῇ· καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς ποιήσεως, ἐνδεικνύμενος τὴν οἰωνιστικὴν τέχνην προγνωστικὴν εἶναι τῶν γενησομένων, [69] ὁμοίως ἐν ἀρχῇ τοῦ ἄλφα φησί.

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Ἱερέα μὲν λέγων τὸν ἱεροσκόπον· ὀνειροπόλον δὲ τὸν περὶ τοὺς ὀνείρους ἔχοντα· μάντιν δὲ δηλονότι τὸν οἰωνιστήν, οὐ γὰρ δὴ παρέλιπεν αὐτόν, εἰς τὰ μέγιστα πολλαχόθι τῆς ποιήσεως καὶ τῇ περὶ τοὺς οἰωνοὺς τέχνῃ χρώμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ πλείω τοῦ δέοντος εἴρηταί μοι περὶ τῆς τοῦ μάντεως προσηγορίας· ἐπ' αὐτὸ δὲ τὸ λεγόμενον μεταβαίνειν ἤδη καιρός. ὃ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· οἱ τὰς μαντικὰς τέχνας μετιόντες, οὐδὲν ἧττον ἀλλήλοις διαφέρονται τῶν ἰατρῶν ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ μέρος. ἐγὼ γοῦν ποτε διαφερομένους οἰωνιστὰς εἶδον ἐπ' αὐτῶν τούτων τῶν πτήσεων, ὧν καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσεν, ἀριστερᾶς τε καὶ δεξιᾶς· ἦν δὲ ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν Ἄραψ, ὁ δὲ ἕτερος Ἕλλην ἐξ Ἀσίας τῆς ἡμετέρας. ἔλεγε γοῦν ὁ μὲν Ἄραψ τὸν δεξιὸν οἰωνὸν γυναῖκας σώζειν νοσούσας, τὸν ἀριστερὸν δὲ ἄνδρας· ὁ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας, τὸν μὲν δεξιὸν ἐπ' ἀνδρῶν νοσούντων φανέντα τοῖς ἐρωτῶσιν, εἰ σωθήσεται, καταφάσκειν τὴν ἐρώτησιν, ἀποφάσκειν δὲ τὸν ἀριστερόν. ἠρόμην οὖν αὐτοὺς, εἰ τὸν ὁπωσοῦν πετόμενον, ἀριστερὸν ἢ δεξιὸν ὄρνιθα, ταύτην ἔχειν φασὶ τὴν δύναμιν, οὐδὲν ἡγούμενοι διαφέρειν, εἰ ὑψηλότατος ἐστιν, ἢ προσγειότατος, ἢ μεταξύ· καὶ εἰ ἐν τῷ μεταξὺ, ἐγγυτέρω ἄρα τοῦ ὑψηλοτάτου, ἢ ἐν μέσῳ· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τοῦ πλησίον τε καὶ πόρρω διεστάναι τὸν οἰωνὸν, ἠρόμην, εἰ μηδὲν αὐτοῖς διαφέρει. ὁ μὲν οὖν Ἄραψ ἔφασκεν, ὅπως ἂν ἔχῃ τὸ εἰς ὕψος, ἢ μῆκος, ἢ

A *sinister quidem appareat, bonum esse augurantur, si verò dexter, malum. Sed & in haruspicina talia sunt, alia in alijs. Verùm vaticinantium nonnulli his contraria sentiunt. Dico verò speculationem hanc esse tum pulcherrimam, tum plurimis ac maximè in arte commodis cognatam.*

COMMENTARIVS GALENI.

B Vaticinandi scientiam appellauit auguralem disciplinam; haruspicinam verò immolandi artem à multis vocatam, quam verè alij prisci etiam haruspicinam vocant, quoniam qui hostias intuentur, ac in ijs scientijs versati sunt, ex ipsis ventura prænunciant. Hostias autem scimus nominari omnia, quæ dijs ad honorem offeruntur, quales sunt quæ immolantur victimæ, quarum exta inspicientes haruspices prædicunt. Eos verò qui ex auium volatu vaticinantur, quos augures & auspices appellant, hos nunc vates appellauit Hippocrates; quanquam vatis nomen & vaticinationis de omnibus ita prædicentibus artibus profertur. C Vates nanque vocantur & haruspices, & augures, & qui appellantur genethliaci, & qui per notas & victimas futura prædicunt; præterea & fatidici & diuini vates. Nonnulli etiam somniorum interpretes à poëta vocatos, inter vaticinatores collocant. Verùm ipse declarat Hippocrates se solos haruspices appellare vates, poëtæ ratione simili. Is nanque in plerisque sui poëmatis partibus, haruspicinam artem, venturorum prænotionem esse demonstrans, simili modo in primi iliados exordio concinit.

D *Ergo age quis vates, vel haruspex vera rogetur,*
Somnia vel prodens, etenim ab ioue somnia manant.

Vatem quidem nominat haruspicem; somniorum verò interpretem, eum qui circa somnia versatur; vatem autem, omninò augurem. Non enim sanè ad res maximas in multis suæ poëseos locis ipsum prætermisit, quum etiam augurandi arte vtitur. Sed fortassis hæc & quàm deceat plura de vatis appellatione à nobis dicta sunt; ad id autem quod differitur, iam transeundi tempus est. Quòd enim profert, eiusmodi est. Qui vaticinandi artes prosequuntur, in particularibus E multis nihil minùs quàm Medici dissentiunt. Vidi equidem nonnunquam augures his in ipsis volatibus, quos dextros & sinistros memorauit Hippocrates, dissidentes. Alter quidem ipsorum erat Arabs, alter verò Græcus ex Asia nostra. Arabs quidem dicebat dextrum alitem laborantes mulieres seruare, sinistrum autem viros. Asiaticus verò, dextrum alitem in viris ægrotantibus apparentem interrogantibus ipsis, si seruarentur, astruere interrogationem, sinistrum verò denegare recensebat. Eos igitur interro- F gabam, si quomodocunque volantem aut dextrum aut sinistrum alitem, eandem *auguralem* sortiri facultatem dicerent, nihilque differre autumarent, si aut celsissimus *volando* sit, aut terræ propinquissimus, aut intermedius. Quòd si intermedius, an propiùs *regionem* celsissimam, an infimam, vel inter has mediam. Eodem modo tum de propinqua, tum de remota alitis distantia interrogabam, vtrùm in his nihil discreparet. Arabs itaque quomodocunque sese haberet in altitudinem, aut longitudinem, aut latitudinem

dinem distantia, nihil interesse respondebat. Græcus autem de *volatu* commoderato dextro ac sinistro distinguebat, dicebatque ab auguribus hæc scripta esse; immoderatas verò distantias moderatè se habentibus esse contrarias; testesq; sibi Appolletis, Athenæi, Chæremonis, Artemidori Phocæ, & quorundam aliorum clarorum augurum libros prodebat. Agnoui sanè Arabem indistinctum, Græcum verò tum distinctum, tum artificem esse. Nam artis præceptorum iudicium per experientiam habentis dissidentia ex distincta & indistincta re oritur. Idque ab Hippocrate edoctus, Græcum de auium volatu artis peritiorem sententiam ferre iudicaui; ex abundantia verò celebratissimos augurum testes adducens, adhuc magis fide dignus erat. Quũ verò etiã Arabs plurimos ægrotantium, quibus vera prædixerat, testes citaret, succedentis in plurimum euẽti subsequuti causam ipsi pronũciaui. Si enim *ales* dexter moderatus viros seruet, immoderatus verò fœminas; sint autem permulti quidem immoderati, vnus autẽ duntaxat moderatus; iure quidem plerisq; successit, paucis verò prçter spẽ successit. Græcus autem augur & alias quasdam adiiciebat distinctiones, quibus etiamsi dexter immoderatus sit, interdum tamen virum saluum euasurum declarabit. Nam cinædum, & muliebre munus obeuntem, veluti & lanificum, mulierum formâ seruari dicebat; ac rursùm id ab optimis auguribus scriptum demonstrabat. His etiamnùm quasdam adiiciebat distinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbatur. Hæc autem à me dicta sunt propter sequentem sententiam, quam nemo conuenienter exposuit; quemadmodùm neque eam quæ antè scripta est, vbi ait, *Quæstiones sanè huiusmodi proponere medicis haud consuetum est, neque fortasis si proponantur, solutæ reperiuntur.* Eo nanque breui dicente, *talia*, quod est, quæ ita dissident, quidam de ptisana sola non rectè intellexerunt; nonnulli autem paulò his meliusculè, de acutorum victu; alij de omni simpliciter victu; alij verò de curatione vniuersâ, prioribus quidem meliùs, sed neque adhuc absolutè. Causam enim, vt dixi, totius dissidij quæsiuit Hippocrates in omni arte, quæ experimentis iudicari possit. Quod autem id ita habeat, sequenti oratione dilucidè disces.

A πλάτος ἀποστάσεως, οὐδὲν διαφέρειν· ὁ δὲ ἕλλην διωρίζετο καὶ περὶ τοῦ συμμέτρου, δεξιοῦ τε καὶ ἀριστεροῦ, καὶ γεγράφθαι ταῦτα τοῖς οἰωνισταῖς ἔλεγε, τὰς δὲ ἀμέτρους ἀποστάσεις, ἐναντίας εἶναι ταῖς ἐμμέτρως ἐχούσαις· ἐδείκνυε δὲ καὶ Απόλλητος,, καὶ Αθηναίου, καὶ Χαιρήμονος, καὶ Αρτεμιδώρου τοῦ Φωκᾶ, ἄλλων τέ τινων οἰωνιστῶν ἐνδόξων βίβλους, αὐτῷ μαρτυρούσας. ἔγνων οὖν ἀδιόριστον μὲν τὸν B Αραβα, διωρισμένον δὲ καὶ τεχνικὸν τὸν ἕλληνα· τέχνης γὰρ ἐμπειρίᾳ τὴν κρίσιν τῶν θεωρημάτων ἐχούσης ἡ διαφωνία κατὰ τὸ διωρισμένον τε καὶ ἀδιόριστον γίγνεται. καὶ τοῦτο μεμαθηκὼς ἐγὼ παρὰ Ιπποκράτους, ἔκρινα τὸν ἕλληνα τεχνικώτερον ἀποφαίνεσθαι περὶ τῆς πτήσεως τῶν οἰωνῶν· ἐκ περιμέτρου δὲ τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν οἰωνιστῶν μάρτυρας παρεχόμενος, ἔτι μᾶλλον ἦν ἀξιόπιστος. ἐπαγομένου δὲ καὶ τοῦ Αραβος πολλοὺς μάρτυρας, ὧν προεῖπεν ἀληθῶς[70] νοσούντων, εἶπον αὐτῷ τὸ ὡς τὸ πολὺ γεγενημένης ἐπιτυχίας τὴν αἰτίαν· εἰ γὰρ ὁ μὲν C ἔμμετρος δεξιὸς σώζει τοὺς ἄνδρας, οἱ δὲ ἄμετροι, τὰς γυναῖκας· εἰσὶ δὲ πάμπολλοι μὲν οἱ ἄμετροι, μόνος δὲ εἷς ὁ ἔμμετρος· εἰκότως ἐπὶ πολλῶν μὲν ἐπέτυχεν, ὀλιγάκις δὲ ἀπέτυχεν. ὅγε μὴν ἕλλην οἰωνιστὴς καὶ ἄλλους τινὰς διορισμοὺς προσετίθει, καθ' οὓς κἂν ὁ δεξιὸς ἄμετρος ᾖ, δηλώσει ποτὲ σωθήσεσθαι τὸν νοσοῦντα· τὸν γὰρ κίναιδον, καὶ τὸν γυναικεῖον ἐπιτήδευμα μετιόντα, καθάπερ τὸν[71] ἐριουργὸν, τοῖς τῶν γυναικῶν ἔφη σχήμασι σώζεσθαι, καὶ τοῦτ' αὖ πάλιν ἐδείκνυε παρὰ τοῖς ἀρίστοις οἰωνισταῖς γεγραμμένον· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, καὶ ἄλλους D τινὰς διορισμοὺς προσετίθει, περὶ ὧν οὐδὲν ἐφαίνετο γινώσκειν ὁ Αραψ. Εἴρηται δέ μοι ταῦτα, διὰ τὴν ἐφεξῆς ῥῆσιν, ἣν οὐδεὶς ἐξηγήσατο προσηκόντως, ὥσπερ οὐδὲ τὴν προγεγραμμένην αὐτῆς, ἔνθα φησί· μᾶλλον μὲν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἴθισται τοῖς ἰατροῖς, ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται· σαφῶς γὰρ εἰπόντος αὐτοῦ, τὰ τοιάδε, ὅ ἐστι, τὰ οὕτω διαφωνούμενα, τινὲς μὲν ἐπὶ τῆς πτισάνης μόνης ἤκουσαν, οὐκ ὀρθῶς· ἔνιοι δὲ βραχὺ τούτων ἄμεινον, ἐπὶ τῆς τῶν ὀξέων διαίτης· ἔνιοι δὲ ἐπὶ πάσης ἁπλῶς, ἔνιοι δὲ ἐπὶ θεραπείας ἁπάσης, βέλτιον μὲν τῶν προτέρων, οὔπω δὲ οὐδ' αὐτοὶ E τελέως· αἰτίαν γὰρ, ὡς εἶπον, ὁ Ιπποκράτης ἐπεζήτησεν ἁπάσης διαφωνίας, ἐπὶ πάσης τέχνης τῇ πείρᾳ κρίνεσθαι δυναμένης. ὅτι δὲ οὕτως ἔχει τοῦτο, μαθήσῃ σαφῶς διὰ τῆς ἐφεξῆς ῥήσεως.

De omni arte, quæ experimentis iudicare ac decernere potest, hanc sententiam Hippocratis intelligi, ac maximè de arte medica; vbi artis constitutio; vbi iudicatio fit; duplicem esse controuersiam, verbalem ac veram; verbalem medicos, qui ob gloriæ, aut lucri cupiditatem insuetis remedijs & suauissimi victûs pollicitationibus ægrotos dolosè alliciunt, & qui Petronam sequuti acutè febricitantibus tum vinum nigrum, tum assas carnes concedunt; veram autem amplecti Hippocratem.

Ταύτην περὶ πάσης ἁπλῶς τέχνης τῇ πείρᾳ κρίνεσθαι πεφυκυίας τὴν ῥῆσιν Ιπποκράτους νοεῖσθαι, καὶ μάλιστα περὶ τῆς ἰατρικῆς· ὅπου ἐστὶν ἡ τῆς τέχνης σύστασις; ὅπου ἡ κρίσις; ὅτι διπλασία ἡ διαφωνία, ἡ μὲν μέχρι λόγου ἡ δὲ ἀληθὴς, καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἕπεσθαι τοὺς ἰατροὺς τοὺς διὰ φιλοχρηματίαν ἢ φιλοδοξίαν ἀήθεσι βοηθήμασι καὶ ἡδίστων διαιτημάτων ἐπαγγελίαις προσάγοντας τοὺς κάμνοντας κακούργως, οἱ τῷ F Πετρωνᾷ ἑπόμενοι τοῖς ὀξέως πυρέττουσιν οἶνον μέλανα καὶ κρέα διδόασιν ὀπτά· τῇ δὲ δευτέρᾳ τῇ κατ' ἀλήθειαν, τὸν Ιπποκράτην.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 16.

Etenim ægrotantibus omnibus, ad sanitatem restituendam, magnum quippiam potest; & sanitate fruentibus, ad sanitatem tuendam; & sese exercentibus, ad bonum habitum conciliandum; & ad quod quisque voluerit.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιϛ'.

Καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται. καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην, καὶ τοῖσιν ἀσκέουσιν ἐς εὐεξίην, καὶ ἐς ὅ, τι ἂν ἕκαστος[27] ἐθέλοι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὗτος ὁ λόγος ἐξελέγχει καὶ τοὺς περὶ πτισάνης μόνης οἰομένους αὐτὸν προβεβληκέναι τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, καὶ τοὺς περὶ διαίτης, ἤτοι περὶ τῆς ἐπὶ τῶν ὀξέων, ἢ καὶ πάσης ἁπλῶς· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς περὶ θεραπείας ἁπάσης ὑπειληφότας εἶναι τὸ πρόβλημα. προδήλως γὰρ ἡ νῦν ἡμῖν προκειμένη ῥῆσις 73 ἐλέγχει, τοὺς μὲν ἤτοι περὶ πτισάνης, ἢ τῆς ἐπὶ τῶν ὀξέων διαίτης μόνης, ἢ τῆς ἐπὶ πάντων τῶν νοσημάτων οἰομένους εἶναι τὸν λόγον, ἐν τῷ προσγεγράφθαι, καὶ γὰρ τοῖς γε νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγείην μέγα τι δύναται· πάντες γὰρ οἱ νοσοῦντες, ὑπὸ διαίτης μόνης οὐ θεραπεύονται, ἀλλὰ τοὺς πολλοὺς δεῖ καὶ χειρουργίας, καὶ φαρμακείας, ἔτι δὲ μᾶλλον οὐδὲ ὑπὸ πτισάνης μόνης· οὔτε περὶ διαίτης μόνης ὀξέων, οὔτε περὶ διαίτης ἁπλῶς τῆς ἐπὶ πάντων τῶν νοσημάτων, ὁ λόγος αὐτῷ νῦν ἐστιν, οὐδὲ περὶ τῆς ἐν τούτῳ διαφωνίας μόνης, ἀλλὰ περὶ πάσης ἁπλῶς τέχνης, τῇ πείρᾳ κρίνεσθαι πεφυκυίας. ὁ γὰρ τὸ κοινὸν καὶ καθόλου κριτήριον εὑρών, ἐκείνῳ κρινεῖ τὰ κατὰ μέρος· ἓν δέ τι τῶν κατὰ μέρος ἐστὶ καὶ τὸ περὶ πτισάνης τοῖς ἰατροῖς διαπεφωνημένον, ὥσπερ γε καὶ τὸ περὶ διαίτης, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὀξέων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων, ἔτι τε γενικώτερον ὑπὲρ ἁπάσης θεραπείας, καὶ τούτου γενικώτερον, ὑπὲρ ἁπάσης προνοίας σώματος, κἂν ἐφ᾽ ὑγείας ὄντων γίγνηται· δέονται γὰρ καὶ οὗτοι τῆς τέχνης ἐπιστατούσης, οὐκ εἰς τὸ κτήσασθαι τὴν ὑγείαν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ φυλάττειν, ὅπερ ὁ Ἱπποκράτης εἶπε, καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφαλείην· τὸ γὰρ φυλάττειν ὁτιοῦν, ἀσφαλείας δεῖται. χρήσιμον δ᾽ εἶναί φησι τὸ σκέμμα καὶ τοῖς ἀσκέουσιν εὐεξίην· ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν νοσούντων θεραπεία, τοῦ προβεβλημένου νῦν ὑπ᾽ αὐτοῦ δεῖται σκέμματος, οὕτως καὶ ἡ τῶν ὑγιαινόντων ἀσφάλεια, φυλακῆς ἕνεκα τῆς ὑγείας, καὶ ἡ τῶν ἀσκούντων πρόνοια, κτήσεως ἕνεκα τῆς εὐεξίας. ταῦτα μὲν οὖν πάντα τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης ἐστί· τὸ δ᾽ ἐφεξῆς εἰρημένον, ἐπὶ πᾶσαν τέχνην ἐκτέταται. τί γάρ φησι, καὶ ἐς ὅ, τι ἕκαστος ἐθέλει; καὶ γὰρ ὁ οἰωνιστής, καὶ ἱεροσκόπος, καὶ μουσικός, καὶ ῥήτωρ, καὶ πᾶς τεχνίτης ἁπλῶς, τῆς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην διαφωνίας τὴν αἰτίαν εἴσεται μίαν οὖσαν, ὅταν ἕκαστος τὸ κατὰ μέρος ἐπὶ τὸ καθόλου μεταφέρει. οὕτως οὖν καὶ τὴν τῶν οἰωνιστῶν διαφωνίαν ἔγνων γενομένην, ἐκεῖνά τε τὰ ἀληθέστερα λέγοντα, καὶ τούτου χάριν, ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα τοῦ τε Ἄραβος, καὶ τοῦ Ἕλληνος οἰωνιστοῦ. Πάσης γὰρ τέχνης σύστασις, ἐν διορισμῷ γίγνεται τῶν ἰδίων ἀπὸ τῶν κοινῶν· ὁ γὰρ ταῦτα διορίσασθαι δυνάμενος, ἄριστος τεχνίτης ἐστίν. ὥσπερ δὲ καὶ ἡ σύστασις, οὕτως καὶ ἡ κρίσις ἐν τῷ διορισμῷ τὴν ὕπαρξιν ἔχει· σφάλλονται γὰρ οἱ συνιστάμενοι τὰς τέχνας, ὅταν τό τινι συμβεβηκός, ἤτοι γε ἐπὶ πάντας ἐκτείνωσιν, ἢ πλείονας γε τοῦ προσήκοντος· τὸ μὲν γὰρ ὅλως μηδενὶ συμβεβηκός, οὐδεὶς ἂν ἐν τέχνῃ τοιαύτῃ πείσειεν ἑαυτόν, ἀληθὲς εἶναι· κατὰ τοῦτο γὰρ ἡ ὄντως γίγνεται διαφωνία κατὰ τὸ πείθειν ἕκαστον ἑαυτόν, οὐ κατὰ τὸ προσποιούμενον καὶ καταπλαττόμενον ἐρίζειν φιλονεικοῦντα, καθάπερ ἔνιοι περὶ τινων ἑτέρως ἢ ὡς κατὰ τὴν ψυχὴν διάκεινται, καὶ οἱ φάσκοντες ἄδηλον εἶναι, πότερον ἐγρηγόραμεν, ἢ κοιμώμεθα, καὶ σωφρονοῦμεν, ἢ μαινόμεθα· καὶ εἰ τοῦτό γε συγχωρηθείη δῆλον εἶναι, ἀλλ᾽ ὁπότεροί γε μᾶλλον ἀληθεύουσιν, ἄδηλον ὑπάρχειν φασίν, εἴθ᾽ οἱ ἐγρηγορότες τῶν κοιμωμένων, εἴτε τῶν μαινομένων μᾶλλον οἱ μὴ

A

COMMENTARIVS GALENI.

Hic sermo tum eos arguit, qui ipsum *Hippocratem* existimant præscriptam sententiam de ptisana sola proposuisse; tum eos qui de victû acutorum, aut etiam simpliciter vniuerso; eodem verò modo & eos qui de curatione vniuersa problema esse arbitrati sunt. Nam perspicuè nunc nobis proposita oratio arguit eos aut qui de ptisana, aut qui de solo acutorum, aut de morborum omnium victu orationem ascriptam esse opinantur. *Etenim ægrotantibus omnibus ad sanitatem restituendam magnum quippiam potest.* Qui enim ægrotant, non omnes à sola diæta curantur, quum plerique tum chirurgia, tum pharmacia indigeant, imò verò neque à ptisana sola. Neque de diæta sola acutorum, neque de diæta simpliciter omnium morborum sermo præsens ipsi est, neque de sola quæ de his oritur controuersia; sed de omni simpliciter arte, quæ experientiâ iudicari ac probari consueuit. Qui etenim commune ac vniuersale iudicandi organum inuenit, per id particularia iudicat. Particulare autem vnum est & quod de ptisana medicis in controuersiam venit; quemadmodum & quod de victûs ratione non in acutis tantùm, verùm etiam in morbis cæteris, prætereáque, quod generalius est, de curatione vniuersa; & quod hoc generalius est, de omni corporis prouidentia, etiamsi sanitate fruentium ea fuerit: nam & hi arte indigent, non ad sanitatem consequendam instruente, sed ad tuendam; quod *his* pronunciauit Hippocrates, *& sanitate fruentibus ad sanitatem tuendam.* Nam vt quoduis seruetur, securitate est opus. Vtilem verò ait esse speculationem etiam bonum habitum exercitatione conciliantibus. Quemadmodum enim ægrotantium curatio eâ nunc ab ipso propositâ speculatione indiget; sic & sanitate fruentium securitas, vt sanitas conseruetur, & sese exercitantium prouidentia, vt bonus habitus comparetur. Hæc igitur omnia artis, quæ circa corpus versatur, sunt; sed quod serie dicitur, ad omnem artem extenditur. Quid enim his enunciat, *& ad quod quisque voluerit?* Etenim augur, haruspex, musicus, rhetor, & artifex omnis simpliciter, eius quæ in sua arte est, dissensionis vnam esse causam agnoscet, quum vnusquisque particulare ad vniuersale tranfert. Ita sanè & in auguribus obortam dissensionem deprehendi, ac veriora loquentem iudicaui; ob idque paulò antè augurum memini tum Arabis, tum Græci. *Nam artis omnis constitutio in propriorum à communibus distinctione existit;* qui enim hæc distinguere potest, is optimus est artifex. Vt autem & constitutio, sic & *iudicatio in distinctione existentiam habet.* Falluntur enim qui artes constituunt, quum quod alicui accidit, id vel in omnes, vel etiam plures quàm deceat, extendunt; quod siquidẽ nulli prorsus accidit, id nemo in tali arte sibi verũ esse persuadebit. In hoc enim verè oritur controuersia, quũ vnusquisq; sibi ipsi persuadet, non quum simulans confingensq; contentiosè litigat, quemadmodùm nonnulli de quibusdam aliter, quàm animo sentiebant, *fecerunt*, & qui proponunt abditum esse, vtrum vigilemus, aut dormiamus, & sapiamus, aut insaniamus. Quòd si manifestum esse id concedatur, vtri sanè magis vera loquantur, abditum esse dicunt, an vigilantes dormientibus, vel non insanientes insanientibus

insanientibus. Nullus enim ita persuasus, aut secum animo reputans, sed litigans his sermonibus vtitur. Quidam autem in arte medendi res quidem nouas aggressi sunt, quum prioribus quid melius inuenire nequirent, sed idiotarum affectionem, quàm Hippocrates dixit, intelligerent. Quòd enim nouum ac inusitatum est, nondumque, si vtile sit, exploratum, hi laudant magis, quàm quòd assuetum vtile esse nouerint. Nonnulli verò & ob victûs suauissimi pollicitationem persuadentes ægros alliciunt, quòd dolosè quidem agant, non ignari; sed vel ob pecuniæ cupiditatem, vel ob gloriæ studium talia dolosè committere contendunt. Sublatâ ergo, quæ verbo tenus fit, controuersiâ, qualis inter eiusmodi viros orta; illa quæ & secundum veritatem ac reuerà est, controuersia oritur, quòd enunciatio non distinguatur, sed vel de pluribus quàm oporteat, vel de omnibus tanquam eodem modo sese habentibus enuncietur. Atque ob id Hippocratem laudare iustum est, qui reuerà solius controuersiæ meminit, quàm qui secundum veritatem artem aliquam constituere volunt, patiuntur, ac suis in animis diuersè opinantur, non verbo tenus simulatè ac subdolè ob gloriæ aut lucri cupiditatem. Nullus enim, qui animi consilia verè experimentis iudicat, ad Petronæ victûs rationem se conferet, carnes assas exhibens, vinumque nigrum acutâ febre laborantibus, quemadmodùm neque in tanta siti eos ita temperans, vt cotulæ aquæ vigesimam partem porrigat. Nam eiusmodi diætæ omninò absurdæ sunt, & quæ ob duorum alterum, aut ob nouitatem vafris ab hominibus, aut ob summam stupiditatem præscribuntur, si planè se solos veritatem reperisse existimauerint. Quæ verò ab Hippocrate scripta sunt, ea in prudentibus viris verè artem constituere studentibus, reperiri possunt, quòd non maximam læsionem adferant, quum quibus non oporteat oblata sint. Atque hæc quidem distinctu difficilem ab experimentis iudicationem consequuntur; quæ autem valdè differunt, facilem. Controuersiam itaque in iis quę parùm inter se exuperant, iudicare, & quibus ptisana sola in acutis morbis præscribenda sit, & quibus hordeacea exhibenda, & quibus nihil omninò, sed potus solus ad iudicationē vsq; exhibendus sit, demonstrare, Hippocratis intelligentiâ dignum est.

De ptisanæ facultatibus; de triticeis eduliis, & cur his in acutorum morborum curatione præferatur ptisana; de acutorum morborum, & febris naturâ; quid febris & eius curatio; de astringentium ciborum vsu acutis noxio.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 17.

Ptisana igitur triticeis edulijs rectè prælata fuisse mihi videtur his in acutis morbis, eosque qui ipsam prætulerunt, laudo. Cremor enim eius læuis, continuus, suauis, lubricus, & moderatè humidus, sitim restinguit, & siquid elui indiguerit, id facilè eluitur, neque astrictionem continet, neque prauam turbationem, neque in aluo turgescit. Nam in elixatione, quoad maximè intumescere potuit, intumuit.

A μαινόμενοι· πεπεισμένος γὰρ οὐδεὶς οὕτως, οὐδὲ δοξάζων ἐν τῇ ψυχῇ τοὺς λόγους τούτους, ἀλλ' ἐρίζων ποιεῖται. κατὰ τὴν ἰατρικὴν δὲ τέχνην τινὲς μὲν ἐπεχείρησαν καινοτομεῖν, οὐ δυνάμενοι βέλτιόν τι τῶν ἔμπροσθεν εὑρηκέναι, κατανενοηκότες δὲ τὸ τῶν ἰδιωτῶν πάθος, ὅπερ Ἱπποκράτης εἶπε· τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω συνιέντες εἰ χρηστὸν, ἐπαινοῦσι μᾶλλον, ἢ τὸ σύνηθες, ὃ οἴδασιν ὅτι χρηστόν. ἔνιοι δὲ καὶ διὰ τῆς ἡδίστων διαιτημάτων ἐπαγ-
B γελίας ἀναπείθοντες προσάγονται τοὺς κάμνοντας, εἰδότες μὲν ὅτι πανουργοῦσιν, ἀλλ' ἤτοι διὰ φιλοχρηματίαν, ἢ διὰ φιλοδοξίαν ἐπιχειροῦντες πανουργεῖν τὰ τοιαῦτα. τῆς οὖν ἄχρι λόγου διαφωνίας, ὁποία καὶ ἡ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἐστιν,[74] ἐξῃρημένης, ἡ κατ' ἀλήθειάν τε καὶ ὄντως διαφωνία γίγνεται, παρὰ τὸ μὴ διαιρεθῆναι τὴν ἀπόφασιν, ἀλλ' ἤτοι περὶ πλειόνων ἢ προσῆκεν, ἢ περὶ πάντων, ὡς ὁμοίως ἐχόντων, ἀποφήνασθαι. καὶ κατὰ τοῦτο ἐπαινέσασθαι δίκαιόν ἐστι τὸν Ἱπποκράτην, τῆς ὄντως διαφωνίας μνημονεύσαντα μόνης, ἣν οἱ κατ' ἀλήθειαν ἐθέλοντες τέχνην τινὰ συστήσασθαι πάσχουσιν, ἐν ταῖς ἑαυτῶν
C ψυχαῖς διαφόρως δοξάζοντες, οὐκ ἄχρι λόγου προσποιητῶς ὑπὸ πανουργίας διὰ φιλοδοξίαν ἢ φιλοχρηματίαν. οὐδεὶς γὰρ ὄντως τῇ πείρᾳ κρίνων τὰς ἐπινοίας, ἐπὶ τὴν Πετρωνᾶ ἀγωγὴν ἀφίξεται, κρέα διδοὺς ὀπτὰ, καὶ οἶνον μέλανα τοῖς ὀξέως πυρέττουσιν· ὥσπερ δὲ οὐδὲ δίψει τοσούτῳ κελεύων αὐτοὺς, ὡς κοτύλης ὕδατος εἰκοστὸν μέρος διδόναι. τὰ γὰρ τοιαῦτα διαιτήματα παντάπασιν ἄτοπα, καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ διὰ τὸ ξενοπρεπὲς ἐπιτηδευόμενα πανούργοις ἀνθρώποις, ἢ δι' ἐμπληξίαν ἐσχάτην, εἴπερ
D ὄντως ᾤοντο μόνοι τὴν ἀλήθειαν εὑρηκέναι. τὰ δ' ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα, καὶ περὶ τοὺς ἀληθῶς σπουδάζοντας τέχνην συστήσασθαι φρονίμους ἄνδρας γίνεσθαι δύναται, διὰ τὸ μὴ φέρειν μεγίστην βλάβην, ὅταν οἷς οὐ χρὴ προσενεχθῇ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα δυσδιάκριτον ἔχει τὴν ἐκ τῆς πείρας κρίσιν· τὰ δὲ πολὺ διαφέροντα, ῥᾳδίαν· τὴν οὖν ἐν τοῖς ὀλίγον ἀλλήλων ὑπερέχουσι, κρῖναι διαφωνίαν, καὶ δεῖξαι, τίσι μὲν ἐπὶ πτισσάνης μόνης διαιτητέον ἐστὶ τῶν ὀξέως νοσούντων, τίσι δὲ κριθώδεις δοτέον, τίσι δ' οὐδ' ὅλως, ἀλλ' ἐπὶ ποτοῦ μόνου διαιτητέον ἄχρι κρίσεως, ἄξιόν ἐστι τῆς
E Ἱπποκράτους συνέσεως.

Περὶ δυνάμεως τῆς πτισάνης· περὶ τῶν σιτηρῶν γευμάτων, καὶ διὰ τί τούτων ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν ἡ πτισάνη προκρίνεται· περὶ τῆς τῶν ὀξέων νοσημάτων, καὶ τοῦ πυρετοῦ φύσεως. τί ὁ πυρετὸς, καὶ ἡ αὐτοῦ θεραπεία· περὶ τῆς τῶν στυφόντων ἐδεσμάτων χρήσεως τοῖς ὀξέσι βλαβερᾶς.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιζ'.

[75] Πτισσάνη μὲν οὖν μοι δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν
F σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τουτέοισι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, καὶ ἐπαινέω γε τοὺς[76] προκρίναντας. τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον, καὶ συνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν, καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ[77] εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει,[78] ὁκόσον πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τοῦτον τὸν λόγον ἀναγνῶναί μοι δοκοῦσι μόνον, οἱ περὶ πτισάνης ἐπιγράψαντες τὸ βιβλίον· ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας, τὸ πρῶτον προοίμιον· ἐδείχθη γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ, μηκέτι πρὸς τοὺς Κνιδίους ἰατροὺς τὸν λόγον ποιούμενος, ἀλλὰ προτρέπων ἐπὶ τὴν ἄσκησιν τῆς τῶν ὀξέων νοσημάτων θεραπείας. ὁ δὲ δὴ τρίτος λόγος, ὃν ἄχρι δεῦρο διῆλθεν, ἤδη αὐτῆς τῆς διαιτητικῆς τέχνης τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐστίν· οὐ μὴν εἰς μόνην γε αὐτὴν χρήσιμος, ἀλλ' ὑποπεπτωκὼς ἑτέρῳ γενικωτέρῳ. δέδεικται δέ μοι κἀν τοῖς περὶ ἀγμῶν, καὶ ἄρθρων, ἔθος Ἱπποκράτει τοὺς ὑποπεπτωκότας λόγους ἑτέροις τισὶ καθολικωτέροις ἐπισημαίνεσθαι, καὶ τὴν γε διδασκαλίαν τῶν καθόλου δι' αὐτῶν ποιεῖσθαι προκειμένων ὡς παραδειγμάτων· οὕτω γὰρ οὔτε ἀποχωρεῖ τοῦ προκειμένου σκέμματος, οὔτε πολλάκις διδάσκει τὸ κοινὸν πολλῶν. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς πτισάνης τὸν λόγον ἐποιήσατο, τήν τ' αἰτίαν τῆς περὶ αὐτῆς διαφωνίας καὶ ζητήσας καὶ κρίνας, οὕτω καὶ περὶ διαίτης ἁπάσης τῶν ὀξέων τὴν κρίσιν ὀρθὴν ἐποιήσατο. καὶ γὰρ καὶ περὶ φλεβοτομίας, καὶ περὶ καθάρσεως, καὶ τοῦ βαλάνου, καὶ κλυστῆρος χρήσεως, ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ καταπλασμάτων καὶ πυριαμάτων, οἴνου τε, καὶ μελικράτου, καὶ ὀξυμέλιτος, καὶ λουτροῦ χρήσεως, οὐ σμικρὰ διαφωνία γέγονε τοῖς ἰατροῖς, ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ὁ Ἱπποκράτης ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ διῆλθε, κατὰ μίαν μέθοδον ἣν ἀρτίως εἶπον, ἧς τὴν δύναμιν ἐοίκασιν ἐγνωκέναι καὶ οἱ ἐμπειρικοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάσαντες, διορισμοῖς χωρίζοντες ἀπὸ τῶν κοινῶν τὰ ἴδια· καλεῖν δὲ εἰώθασι διαστολὰς μᾶλλον ἢ διορισμοὺς, τοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον ἀποκρίναντάς τε καὶ χωρίζοντας λόγους. Ἴδωμεν οὖν ἤδη τὰ περὶ τῆς πτισάνης εἰρημένα τῷ Ἱπποκράτει. δοκέουσιν οὖν μοι, φησὶν, οἱ πρόσθεν ἰατροὶ προκρῖναι τὴν πτισάνην ὀρθῶς τῶν σιτηρῶν γευμάτων, ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι. σιτηρὰ δὲ γεύματα λέγει τὰ ἐκ σίτου γινόμενα· σῖτον δὲ ὀνομάζουσιν οἱ ἄνθρωποι, μάλιστα μὲν τοὺς πυροὺς, ἤδη δὲ καὶ τὰς κριθὰς τούτοις προσνέμουσι, καὶ τὰς ζειάς· ἐπὶ πλέον δὲ ἐκτείνοντες τὴν προσηγορίαν, καὶ τὰ δημήτρια καλούμενα σπέρματα συγκαταλέγουσι, φακοὺς δηλονότι, καὶ κυάμους, καὶ θέρμους, καὶ λαθύρους, ἔλυμόν τε καὶ κέγχρον, καὶ πισὸν, καὶ τῆλιν, καὶ βρόμον καὶ τίφας, ἐρεβίνθους τε, καὶ ὅσα τἄλλα τοιαῦτα. τούτων οὖν πάντων τῶν σιτηρῶν γευμάτων, τὰ μὲν ἄλλα καὶ πρὸς τῶν ἰδιωτῶν κατέγνωσται διὰ τὸ παραχρῆμα μεγάλην ἐπιφέρειν βλάβην· ἄρτος δὲ μόνος καὶ χόνδρος, ἐπὶ τῶν ὀξέως νοσούντων δίδοται, καὶ πρὸς ταῦτά ἐστι μόνα παραβάλλειν τὴν πτισάνην. ἡ γάρ τοι φακὴ, καὶ ἡ κέγχρος καὶ ἡ τῆλις, ὡς φάρμακά ποτε προσφέρεται, διά τινα τῶν κατὰ κοιλίαν νοσημάτων, οὐχ ὡς σιτία τροφῆς ἕνεκα. τῶν οὖν σιτηρῶν ἐδεσμάτων ὀρθῶς προκεκρίσθαι φησὶ τὴν πτισάνην, ἄρτου δηλονότι, καὶ χόνδρου, καὶ ζειῶν, ἐξ ὧν ὁ καλούμενος τράγος γίνεται. τοὺς γὰρ οἰομένους μηδέπω χόνδρον εἶναι κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους χρόνους, ἀγνοοῦντας ἐλέγξεις ἐκ τοῦ τῶν παλαιῶν κωμικῶν ἐνίους μεμνημονευκέναι χόνδρου, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἱπποκράτην κατὰ τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς· εἰ γὰρ καὶ μὴ Ἱπποκράτους ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ἀλλ' Εὐρυφῶντος, ἢ Φάωντος,

COMMENTARIVS GALENI.

Orationem hanc duntaxat legisse mihi videntur, qui librum hunc de ptisana inscripserunt; quemadmodum certè primum procœmium, qui aduersus Cnidias sententias titulum fecerunt. Nam demonstrauit in secundo non ampliùs contra Cnidios Medicos se orationem habere, sed eos ad curationis acutorum morborum exercitationem exhortari. Tertia autem oratio, quàm huc vsque percurrit, iàm ad eam, quæ victum morbis acutis præscribit, artem spectat. Non tamen ad eam solum est vtilis, verùm & alteri generaliori sermoni subiecta est. Demonstrauimus autem & in commentariis de fracturis & articulis, Hippocratem pro consuetudine subiectos sermones aliis quibusdam vniuersalioribus annotare; doctrinamque vniuersalium ex ipsis constitutis tanquam exemplis efficere; sic enim neque à proposito instituto recedit, neque crebro docet, quod multis est commune. Quemadmodùm autem de ptisana sermonem fecit, causâ de ipsa contentionis tum inuestigatâ, tum diiudicatâ: sic & de omni acutorum victu rectum tulit iudicium. Nam & de venæ sectione, & de purgatione, ac tussi glandis tum clysteris vsu; simili verò ratione & de cataplasmatum, fotuum, vini, aquæ mulsæ, oxymelitis, & balnei vsu non parua inter medicos exorta est controuersia; de quibus omnibus hoc in libro disseruit Hippocrates, vnâ methodo, quàm nuper dixi. Cuius facultatem etiam nouisse videntur qui se Empiricos nominauerunt, distinctionibus propria à communibus separantes. Consueuerunt autem diastolas magis, quàm diorismos appellare sermones eos, qui proprium à communi separant, distinguuntque. Iam ergo quæ ab Hippocrate de ptisana dicuntur, videamus. *Videntur ergo mihi* (inquit) *priores Medici triticeis eduliis ptisanam in acutis morbis rectè prætulisse.* Triticea edulia intelligit, quæ ex tritico fiunt; triticum autem homines appellant, maximè quidem frumentum, iam verò & huic tum hordeum tum zeam adiiciunt. Appellationem verò ad plura extendentes, cerealia quoque vocata semina connumerant, lentes videlicet, fabas, lupinos, cicerculas, panicum, milium, pisum, fœnugræcum, auenam, tipham, cicera, & quæcunque id genus cætera. Horum igitur omnium triticeorum eduliorum cætera quidem ab idiotis damnantur, quòd quamprimùm magnam læsionem inferant. Panis autem solus, & alica acutè laborantibus exhibentur, & cum his solis ptisana est conferenda. Lens siquidem, & milium, & fœnugræcum, tanquam medicamenta, ob quosdam ventris morbos interdùm offeruntur, & non tanquam nutritura cibaria. *Ptisanam igitur rectè prælatam esse ait triticeis eduliis*, pani nimirum, chondro, & zeæ, ex qua fit tragus appellatus. Nam qui chondrum Hippocratis temporibus nondum fuisse existimant, eorum ignorantiam argues tum ex quibusdam antiquis comicis chondri memoribus, tum etiam ex Hippocrate ipso, qui in libro de salubri victu, de chondro mentionem fecit. Nam etiamsi liber is Hippocratis non sit, sed Euryphontis, vel Phaontis, vel

vel philistionis, vel Aristonis, vel cuiusdam alterius veterum (ad multos enim hunc librum referunt) hi omnes prisci viri sunt, nonnulli quidem Hippocrate vetustiores, quidam verò ipsi coætanei vixerunt. At nunc memoriam facio Hippocratis Heraclidæ filii, cuius hic liber est. Nam auus ipsius Gnosidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino scripsit; aliorum verò sententiâ duos scripsit, librum videlicet de fracturis, & librum de articulis. Quare autem ptisana triticeis eduliis rectè anteposita sit, demonstrabitur per ea quæ ipse infert inquiens. *Quæcunque etenim ei ad acutorum morborum sanationem insunt bona, nulli alteri inesse comperies.* Rectum autem tibi fuerit iudicium, si & acutorum morborum naturam, & ptisanæ facultatem cognoueris. Natura igitur acutorum morborum est, vt ipse paulò antè dixit, quorum febres omninò sunt continuæ. Febris autem ortus, caloris natiui ad igneum est conuersio, vt & aliis quibusdam in locis demonstrauit, & nunc manifestabit, inquiens, *ex thorace quidem incipere, ad caput verò flammam mittere.* Præterea in Epidemiorum libris febrem magnam, ignem vocare consueuit, quasi non aliam naturam sortiatur, præterquam ignis substantiam. Si igitur contraria contrariorum remedia sint, febrium peculiare remedium facultatem tum refrigerantem, tum humectantem habeat oportet: id nanque febris naturæ; quæ tum calida tum sicca est, contrarium erit; talis siquidem naturæ est ignis. Præterea quum febres & ex humorum putredine oriantur, non paruam diligentiam moliri oportet, vt quicquid ex ipsis coqui possit, concoctionem subeat; & quod iam exustum est, neque ampliùs concoqui possit, euacuetur. Quòd si febricitantibus ipsis cibi vsus sit, qui hæc efficere queat; si etiam facilè tum concoqui, tum distribui accedat; iam hæc omnia, quibus est opus, habuerit. Quæ sit igitur ptisanæ facultas, ex Hippocrate audiamus. Lentor (inquit) *læuis est.* Læue exasperanti opponitur. Exasperant autem acria, acida; & astringentia. Acria sanè omnia calefaciunt, vt eruum, fænugræcum. Acida verò alia prætermittantur, acetum verò mulsum in oratione sit duntaxat. Prætermittantur pari modo ex acerbis pyra syluestria, & mespila, & quæcunque huiusmodi, atque ex triticeis lens, & similia. Exasperantium igitur malitiam ptisana effugit, habetque læuorem non tactu solùm, verùm etiam facultate. Est verò & lentor eius continuus, sibi ipsi in omnibus partibus similis ob exquisitam vnitatem; quod zeæ non inest. Laus autem non parua est ptisanæ, quod res suauis existat; quæ rei insuaui contraria existit, hoc est, in assumptione quandam insuauitatem efficit, quemadmodùm certè & panis insuauis est, dum sumitur, nisi abundè ipsum maceraueris, imò & ita superatur ab ea quæ in ptisana est suauitate, vt quæ mandi non indigeat, sed potuum instar sorberi possit. Neque paruæ est conditionis ptisanæ lubricitas, præsertimque cremoris. Pertransit enim thoracem, in nulla ipsius parte quippiam in transitu relinquens, veluti ea quæ infarcta adeò obstruunt, vt vix auelli possint: idque glutinosis propè omnibus, excepta ptisanâ, accidit, quum & quæ

A ἢ Φιλιστίωνος, ἢ Ἀρίστωνος, ἤ τινος ἄλλου τῶν παλαιῶν (εἰς πολλοὺς γὰρ ἀναφέρουσιν αὐτό) πάντες ἐκεῖνοι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν εἰσι, ἔνιοι μὲν Ἱπποκράτους πρεσβύτεροι, τινὲς δὲ συνηκμακότες αὐτῷ. μνημονεύω δὲ Ἱπποκράτους νῦν, τοῦ Ἡρακλείδα υἱέος, οὗ τοῦτό ἐστι τὸ βιβλίον· ὁ γάρ τοι πάππος αὐτοῦ, ὁ Γνωσιδίκου υἱὸς Ἱπποκράτης, κατά τινας μὲν ὅλως οὐδὲν ἔγραψε, κατά τινας δὲ δύο μόνα, τὸ περὶ ἀγμῶν, καὶ τὸ περὶ ἄρθρων. Διὰ τί δὲ ὀρθῶς ἡ πτισάνη προκέκειται τῶν σιτηρῶν ἐδεσμάτων, ἀποδειχθήσεται δι' ὧν ἐπιφέρει αὐτὸς λέγων· ὅσα γὰρ αὐτῇ πρόσεστιν B ἀγαθὰ πρὸς τὴν τῶν ὀξέων νοσημάτων ἴασιν, οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὑπάρχοντα εὑρήσεις· ὀρθὴ δ' ἄν σοι γένοιτο κρίσις ἐννοήσαντι τήν τε τῶν ὀξέων νοσημάτων φύσιν, καὶ τὴν τῆς πτισάνης δύναμιν. ἡ μὲν οὖν τῶν ὀξέων νοσημάτων φύσις ἐστὶν, ὡς αὐτὸς εἶπεν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὧν οἱ πυρετοὶ τοὐπίπαν εἰσὶ συνεχεῖς· ἡ δὲ τοῦ πυρετοῦ γένεσις, ἐκτροπὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐπὶ τὸ πυρῶδές ἐστιν, ὡς ἐν ἄλλοις τέ τισιν ἔχει δεῖξαι, καὶ νῦν δηλώσει λέγων ἐπ' αὐτοῦ· ἄρχεσθαι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ θώρακος, εἰς τὴν κεφαλὴν δὲ C ἀναπέμπειν τὴν φλόγα. καὶ μὲν δὴ κἂν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν τὸν μέγαν πυρετὸν ὀνομάζειν εἴωθε πῦρ, ὡς οὐκ ἄλλην τινὰ φύσιν ἔχοντα παρὰ τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν. εἴπερ οὖν τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα, τὸ τῶν πυρετῶν ἴδιον ἴαμα, δύναμιν χρὴ ἔχειν ψύχουσάν τε καὶ ὑγραίνουσαν· τοῦτο γὰρ ὑπεναντίον ἔσται τῇ φύσει τοῦ πυρετοῦ, θερμῇ τε οὔσῃ καὶ ξηρᾷ, τοιοῦτον γὰρ τὸ πῦρ· καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν διὰ τὴν τῶν χυμῶν σηπεδόνα γιγνομένων πυρετῶν οὐ σμικρὰν φροντίδα πεποιῆσθαι χρὴ, τοῦ πεφθῆναι μὲν αὐτῶν ὅσον ἂν D ἐγχωρῇ δέξασθαι τὴν πέψιν, ἐκκενωθῆναι δὲ τὸ κατωπτημένον ἤδη, καὶ μηκέθ' οἷόν τε πεφθῆναι. καὶ εἴπερ τοῦ ταῦτα ἐργάσασθαι δυναμένου σιτίου, τοῖς πυρέττουσίν ἐστι χρεία, ἐὰν καὶ τὸ ῥᾳδίως πέττεσθαί τε, καὶ ἀναδίδοσθαι παρῇ, πάντα ἂν ἤδη τὰ τοιαῦτα ὧν χρῄζομεν ἔχοι. Τίς οὖν ἐστιν ἡ τῆς πτισάνης δύναμις, ἀκούσωμεν αὐτοῦ. τὸ γλίσχρασμα, φησι, λεῖον. τὸ λεῖον ἀντίκειται τῷ τραχύνοντι· τραχύνει δὲ τὰ δριμέα, καὶ ὀξέα, καὶ στύφοντα. δριμέα μὲν οὖν ἅπαντά ἐστι τὰ θερμαίνοντα, καθάπερ ὄροβος, καὶ τῆλις· ὀξέα δὲ E τὰ μὲν ἄλλα παρείσθω, τὸ δ' ὀξύμελι μόνον ἐν λόγῳ γιγνέσθω· καθάπερ γε τῶν στυφόντων παρείσθωσαν ἀχράδες, καὶ μέσπιλα, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τῶν δὲ σιτηρῶν, ἡ φακή ἐστι, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐκπέφευγεν οὖν ἡ πτισάνη τὴν τῶν τραχυνόντων κακίαν, ἔχουσα πρὸς τῷ κατὰ τὴν ἁφὴν λείῳ, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν λεῖον. Ἔστι δὲ καὶ συνεχὴς ἡ γλισχρότης αὐτῆς, ὁμοίας ἑαυτῇ κατὰ πάντα ὑπαρχούσης τὰ μόρια, διὰ τὸ τῆς ἑνώσεως ἀκριβές, ὅπερ οὐχ ὑπάρχει [81] ταῖς ζειαῖς. Ἔπαινος δὲ οὐ μικρὸς τῆς πτισάνης, καὶ τὸ προσηνές, [82] ἐναντίον ὑπάρχειν τῷ ἀηδεῖ, τουτέστι τῷ κατὰ F τὴν λῆψιν, ἀηδίαν τινὰ ποιοῦντι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ ἄρτος ἀηδής ἐστι λαμβανόμενος, εἰ μὴ διαβρέξειας αὐτὸν ἱκανῶς· ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀπολείπεται τῆς κατὰ τὴν πτισάνην προσηνείας, ὡς ἂν μηδὲ μασήσεως δεομένης, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς ποτοῖς, καταπίνεσθαι δυναμένης. Οὐ σμικρὸν δὲ πλεονέκτημα, καὶ τὸ ὀλισθηρὸν αὐτῆς, καὶ μάλιστα τοῦ χυμοῦ· διεξέρχεται γὰρ τὸν θώρακα, μηδαμόθι μέρος αὐτοῦ καταλιπὼν [83] μηδὲν τῇ διόδῳ, καθάπερ τὰ δυσαπόλυτα ἐμπλαττόμενα· καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ γλίσχρα, πλὴν τῆς πτισάνης,

πέπονθε τοῦτο, ὅπου γε καὶ τὸ ἐκ τοῦ χόνδρου ῥόφημα, τὸ μὲν γλίσχρον ἔχει, τὸ δὲ ὀλισθηρὸν οὐκ ἔχει· πτισάνη δ' ὑπάρχει τὸ ὀλισθηρὸν καὶ τὸ ῥυπτικόν. οἱ δ' οὖν ἰατροὶ πρὸς τὸ διαρρύψαι γλίσχρον χυμὸν ἐμπεπλασμένον τῇ γαστρὶ, τοῖς ἀπὸ τοῦ χυλοῦ τῆς πτισάνης ἐμέτοις χρῶνται, καθάπερ τοῖς ἀπὸ τοῦ μελικράτου· καὶ ὠμὴν δὲ λεοῦντες, ἐπιχρίουσι τοῖς προσώποις οἱ ἀνδραποδοκάπηλοι, ῥύψεως ἕνεκα τῆς ἐν αὐτοῖς ἀχροίας κατὰ τὸ δέρμα συνισταμένης. τοῦτ' οὖν τὸ ῥυπτικὸν αὐτῆς ἐστι πρὸς τὴν ὑποχώρησιν ἐπιτήδειον, καὶ πρὸς τὴν ἀνάδοσιν, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκ τῶν σιμῶν τοῦ ἥπατος εἰς τὰ κυρτὰ δέῃ μεταληφθῆναι τὴν ἀναδιδομένην τροφήν· ἐνταῦθα γὰρ ἐμπλάττεται τὰ παχύχυμα καὶ κολλώδη πάντα, καὶ διὰ τοῦτο χόνδρος οὐκ ἐπὶ τῶν μόνον τοῦτο τὸ σπλάγχνον πεπονθότων βλαβερώτατός ἐστιν, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν μηδέπω μὲν ἐχόντων αὐτὸ βεβλαμμένον, ἐν δὲ τῇ φυσικῇ διαπλάσει στενόπορον· ὅσοι γὰρ οὕτω διάκεινται φύσει, τὰ κολλώδη καὶ παχύχυμα πάντα αὐτοῖς ἐμπλάττεται, καὶ διὰ τοῦτο βάρους αἰσθάνονται κατὰ τὸ σπλάγχνον ἐν ταῖς ἀναδόσεσιν αὐτῶν. Καὶ μὴν δὴ καὶ πλαδαρόν ἐστι τὸ γλίσχρασμα τῆς πτισάνης, οὐ σφοδρῶς ὡς ὕδωρ καὶ μελίκρατον, καὶ πρὸς τούτοις γε τό, τε ἐκ χόνδρου ῥόφημα, [84] καὶ τὰ ῥοφούμενα τῶν ᾠῶν· ἅπαντα γὰρ ταῦτα τὸν στόμαχον ἐργάζεται ὕπτιον τοῖς κάμνουσιν [85] αὐτοῖς ἐπιδήλως, ὡς ἀνατετράφθαι φάσκειν αὐτόν· ἡ δὲ πτισάνη τὸ ὑγραίνειν ἔχουσα, τὸ ἀνατρέπειν τὸν στόμαχον οὐκ ἔχει. στόμαχον δὲ ἀκουστέον νῦν, ὡς ἔθος νῦν τοῖς ἀνθρώποις λέγειν ἐστὶν, οὐ μόνον τὸν πόρον, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρός. ὅταν οὖν ἄτονον τοῦτο καὶ ἔκλυτον γένηται, μέχρι πολλοῦ μένει κατ' αὐτὸ τὸ ἐδηδεσμένον, ἐπιπολάζον αὐτῷ· τοὐναντίον δὲ συμβαίνειν πέφυκεν, [86] ὅταν ὑποστραφὲν ὑπό τινος τῶν εὐστομάχων ἐδεσμάτων, ἀπώσηται τὸ περιεχόμενον· αὐτίκα γὰρ ὁ πλάδος αὐτῷ συναπέρχεται καὶ πέττεται, καὶ ὑποχωρεῖ τὸ οὕτως ἀπωσθὲν, ὥσπερ ἄπεπτόν τε μένει, καὶ οὐ διαχωρεῖται ταχέως τὸ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἐπιπολάζον· ὀρέγεσθαι γὰρ ἔργον, οὐ πέττειν ἐστὶ τοῦδε τοῦ μορίου. τὰ μὲν οὖν στύφοντα τῶν ἐδεσμάτων, ὥσπερ ἔχουσι τὸ ῥωννύειν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, οὕτω καὶ ξηραίνει περαιτέρω τοῦ προσήκοντος· οὕτω δὲ καὶ ῥόφημα τὸ ἐκ χόνδρου καθάπερ ὑγραίνει, οὕτω καὶ ὑπτιάζειν πέφυκεν. ἡ τοίνυν πτισάνη τὴν ἀρετὴν τῶν ὑγραινόντων ἔχουσα, τὴν κακίαν ἐκπέφευγεν. Ἐφεξῆς δὲ τί φησιν ὁ Ἱπποκράτης; καὶ ἄδιψον αὐτὴν εἶναι· μέγιστόν τε καὶ τοῦτο [87] μαρτυρῶν, ἐν νοσήματι διακαίοντί τε καὶ ξηραίνοντι πάνυ τὸ σῶμα. κατὰ τοῦτο μὲν οὖν καὶ τοῦ μελικράτου πολὺ κρεῖττόν ἐστιν ἡ πτισάνη, καίτοι τὸ εὐέκκριτον, ὅπερ ἐφεξῆς εἶπεν ὑπάρχειν αὐτῇ, παραπλησίως τῷ μελικράτῳ κεκτημένη· καὶ εἴγε παραβάλλοις πτισάνην μελικράτῳ, πλεονεκτοῦσαν εὑρήσεις ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐπὶ προϊόντι τῷ λόγῳ δείξω· τὸν δὲ περὶ πτισάνης λόγον, ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν καιρός. Εὐέκπλυτον γὰρ αὐτὴν εἶπε, μετὰ τοῦ προσθεῖναι, εἴ τι καὶ τούτου προσδέοι, ὡς οὐκ ἐπὶ πάντων νοσημάτων ὀξέων, χρηζόντων ἡμῶν ἐδέσματος [88] εὐεκπλύτου· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα τὰ εἰρημένα τῆς πτισάνης ἀγαθὰ, διὰ παντός εἰσι χρήσιμα τοῖς ὀξέσι νοσήμασι· τὸ δ' [89] εὐέκπλυτον, ἐφ' ὧν ὑπιέναι βουλόμεθα τὴν γαστέρα, βραδυνόντων κατὰ τὴν διέξοδον τῶν σιτίων, ἐπιτήδειόν ἐστιν. οὐκ οὖν ὡς ἐναντίον τῇ διαθέσει τοῦ πυρετοῦ, τὸ εὐέκπλυτον, οὐδ' ὡς ἕν τι τῶν οἰκείων βοηθημάτων,

ex alica conficitur sorbitio, hæc quidem glutinosum continet, sed lubricum non continet; ptisanæ autem inest & lubricum & detergens. Quapropter Medici ad detergendum glutinosum humorem ventri infarctum, vomitibus à ptisanæ cremore vt ab aqua mulsa vtuntur. Crudam quoque conterunt ptisanam puerorum mangones, faciesque vt vitiosos cutis exterant colores, illinunt. Quòd igitur in ea detergens existit, id & ad deiectionem est idoneum, & ad distributionem, præsertim vbi ex simâ parte hepatis ad gibbam transmeare debeat quod distribuitur alimentum: hîc etenim infarciuntur quæ crassi succi, & quæ glutinosa sunt; ob idque chondrus non in affectis hoc solùm viscere maximè nocet, verùm etiam in iis qui hocce quidem nondum læsum, sed naturali conformatione meatuum angustiâ donatum habent. Qui enim ita à natura affecti sunt, ipsis tum glutinosa, tum crassi succi omnia infarciuntur; proptereáque grauitatem eo in viscere sentiunt, quum hæc distribuuntur. Præterea *ptisanæ lentor humens est*, non vehementer, vt aqua & melicratum, ad hæc quoque tum sorbitio ex chondro, tum oua sorbilia; ea 'nanque omnia stomachum ipsis ægrotantibus ita manifestè supinant, vt ipsum subuersum esse existiment. Verùm ptisanæ humectandi quidem est facultas, sed stomachum subuertendi non est. Stomachum autem hîc intelligere oportet, prout nunc homines dicere consueuerunt, non meatum duntaxat, verùm etiam os ventriculi. Quum igitur id imbecillum fuerit, atque exolutum, moratur diutiùs in eo quod manducatum est, ipsi supernatans. Sed contrarium accidere consueuit, quum ab eduliorum stomacho opitulantium aliquo reductum, quod continetur, expellit. Nam humor quamprimùm ab ipso recedit, & coquitur, atque quod ita amandatum est deiicitur, quemadmodùm & crudum manet, neque celeriter deiicitur, quod in ore ventriculi supernatat. Nam partis huius munus est appetere, non concoquere. Quæ igitur astringunt edulia, vt os ventriculi roborant, sic & plus iusto exiccant. Ita verò & quæ ex chondro paratur sorbitio, vt humectat, ita & supinare consueuit. Ptisana igitur humectantium facultatem consequuta, malitiam effugit. Deinde verò ipsam sitim restinguere ait Hippocrates; & maximum quippiam id remedium esse in morbo totum corpus tum exurente, tum siccante testatur. Hac sanè ratione ptisana, aquâ mulsâ longè melior existit, licet excernendi facilitatem, quam deinceps huic inesse ait, similiter aquæ mulsæ adepta fuerit. Imò si ptisanam aquæ mulsæ comparaueris, ipsam in acutis morbis, facultatibus superiorem comperies; sed id quidem procedente ostendam sermone. Nam de ptisana sermonem ad finem perducere tempestiuum est. *Ipsam* enim *facilè abluere* dixit, cum adiectione, *siquid & ablui indigeat*, ac si non in omnibus acutis morbis probè nos abluente indigeamus edulio. Enimuerò cætera omnia quæ de ptisana dicuntur bona, semper acutis morbis sunt vtilia. Sed abluendi facilitas, quibus aluum subduci volumus, cibis in via remorantibus, est idonea. Probè igitur abluere febrili affectioni non vt contrarium, neque tanquam vnum quoddam familiare auxilium, vtile existit,

sed

A sed tanquam symptomatis alicuius emendatorium. Verùm deinceps inquit, *ac neque astrictionem habet, neque prauam perturbationem excitat*, cremor scilicet ptisanæ, sic enim sermonem de ea auspicatus est. Astrictionem certè non habere, nonnullis maximè bonum est. Nemo siquidem astringentibus vtitur cibis, nisi vel propter symptoma syncopticum, vel propter immoderatum alui profluuium. Cogunt siquidem constringuntque corpora, viasque tum distributionis, tum alimenti, tum eius quæ foras fit perspirationis occludunt, quas apertas esse conducit. Quod autem perturbationem non excitet, hoc est, nullam dum coquitur efficiat perturbationem, in laudem & id præstat ptisanæ. B Huiusmodi autem perturbatio ex multis eduliis oritur; his quidem ventrem mordentibus, alijs verò inflantibus, nonnullis etiam pugnantibus facultate partibus præditis, quod tum in lenticula, tum in brassica reperitur; solidum nanque ipsarum corpus ventrem supprimit; ius autem ipsum prouitat, subducitque. Sic & qui cerebrum cum oleo & garo condiunt, totum ex ipsis tum dissimilare, tum sibi ipsi pugnans efficiunt, cerebro quidem stabili, & tardè meante, mixtis verò ipsi ad excretionem excitare idoneis. Eodem modo & C ouum siue cum melle, siue cum sale, siue cum garo assumatur, quod ex ipsis constat, differentes habet facultates; iura etiam propè omnia. Vnde & circa sermonis initia lentorem ptisanæ laudans, inquit, *continuus*, quod citra totius in partibus omnibus similitudinem non fit. Verùm in præsentia huic *perturbationi* adiecit *malæ*, ptisanam perturbationem non excitare haudquaquam simpliciter asserens, sed *malam* adiiciens; nihil enim ciborum concoctioni, D quàm hæc ipsa, aduersatur magis. Quare & qui de concoctione scripserunt, ciborum varietatem, præsertimque vbi contrariis constant facultatibus, nocentissimam esse dixerunt, assumpta probè concoqui prohibentem. Obseruant id maximè tum qui luctantur, tum qui legitimè certant. Prandio *siquidem* panem duntaxat edunt, in cœna verò carnem. Plura de his enunciarem, nisi scirem te inuenire ipsa posse, qui ex iis quæ de E concoctione in commentariis de facultatibus naturalibus dicuntur, sis instructus. Commentarios autem huiusmodi si neglexeris, frustrà & in his versaris. Quapropter de hac perturbatione supersedens, ad omnium vltimum me transferam, quod ab *Hippocrate* de ptisana adhuc loquente dicitur. *Neque in ventre tumescit.* Quum enim cognosceret multos ptisanam, quod flatulenta esset, damnare, meritò adiecit. *Nam in elixatione, quoad maximè potuit, intumuit.* Qua sanè adiectione obiectionem simul prodidit, & ipsius solutionem protulit, elixationemque docuit. Scribit autem quædam & nihilominùs de coctione in F sequentibus: sed nunc tantillum hoc sermoni de ptisana adiiciam. Ptisanā si plurimùm coxeris, cibum flatûs expertem efficies. Pulmētarium autē fabaceum neq; si tribus diebus coxeris, flatûs vnquam expers reddideris; nam ex propria substantia flatulentum est, non ob imperfectam coctionē, quemadmodùm ptisana. Sunt igitur qui ab ipsius coctione paulò ocyus recedere consueuerūt, potissimùmq; diuitum coqui: terunt siquidem in pila crudam eam, atq; deinde parùm calefaciunt;

A ἀλλ' ὡς ἐπανορθούμενόν τι σύμπτωμα, χρήσιμον ὑπάρχει. Ἐφεξῆς δέ φησι· καὶ οὔτε στύψιν ἔχει, οὔτε ἄραδον κακόν· τὸ γλίσχρασμα δηλονότι τῆς πτισσάνης, οὕτω γὰρ ἤρξατο τοῦ περὶ αὐτῆς λόγου. Τὸ μὲν δὴ μὴ ἔχειν στύψιν, ἀγαθόν ἐστιν ἐνίοις μάλιστα· πλὴν γὰρ ἢ διὰ σύμπτωμα συγκοπτικὸν, ἢ γαστρὸς ἀμετρον ῥύσιν, οὐκ ἄν τις χρήσαιτο τῶν στυφόντων ἐδεσμάτων οὐδενί· συνάγει γὰρ καὶ σφίγγει τὰ σώματα, καὶ μύειν ἀναγκάζει τὰς διεξόδους τῆς ἀναδόσεως, καὶ τῆς τροφῆς, καὶ τῆς εἰς τοὐκτὸς διαπνοῆς, ἃς ἀνεῷχθαι συμφέρει. Τὸ δὲ μηδὲ ἄραδον ἔχειν, τουτέστι τὸ μηδεμίαν ἐν τῷ πέττεσθαι ταραχὴν ἐμποιεῖν, εἰς ἔπαινον καὶ αὐτὸ διαφέρει τῆς πτισσάνης· ὅπερ B ἐπὶ πολλῶν ἐδεσμάτων γίνεται, τῶν μὲν δακνόντων τὴν γαστέρα, τῶν δὲ φυσώντων, ἐνίων δὲ καὶ ἐκ μαχομένων ταῖς δυνάμεσι μερῶν, συγκειμένων, ὅπερ ἀμέλει κἀπὶ τῆς φακῆς ἐστι, καὶ τῆς κράμβης· αὐτὸ μὲν γὰρ αὐτῶν τὸ στερεὸν σῶμα τῶν ἐφεκτικῶν γαστρός ἐστιν· ὁ δὲ χυλὸς, τῶν ἐρεθιστικῶν τε καὶ ὑπακτικῶν. Οὕτω δὲ καὶ οἱ τὸν ἐγκέφαλον ἀρτύοντες ἐλαίῳ καὶ γάρῳ, τὸ σύμπαν ἐξ αὐτῶν ἀνομοιομερές τε, καὶ στασιάζον ἑαυτῷ ποιοῦσι, τοῦ μὲν ἐγκεφάλου τὸ στάσιμον καὶ βραδύπορον ἔχοντος, τῶν δὲ μιχθέντων αὐτῷ, πρὸς τὴν ἔκκρισιν ὁρμᾶν χρησίμων. Ὡσαύτως καὶ ὠὸν, εἴτε μετὰ μέλιτος, εἴτε μεθ' ἁλῶν, εἴτε μετὰ γάρου λαμ- C βάνοιτο, τὸ συγκείμενον ἐξ αὐτῶν, διαφόρους ἔχει τὰς δυνάμεις· οἵ τε ζωμοὶ σχεδὸν ἅπαντες. Ὅθεν καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου, τὸ γλίσχρασμα τῆς πτισσάνης ἐπαινῶν, ἔφη, συνεχές, ὅπερ οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς τοῦ τὸ σύμπαν ὁμοιομερὲς εἶναι. Νυνὶ δὲ τῷ ἀράδῳ καὶ τὸ, κακὸν, προσέγραψεν, οὐχ ἁπλῶς εἰπὼν οὐκ ἔχειν ἄραδον τὴν πτισσάνην, ἀλλὰ προσθεὶς τὸ κακόν· οὐδὲν γὰρ τοῦδε μᾶλλον ἐναντι- D οῦται πέψει σιτίων. Ὥστε καὶ οἱ περὶ πέψεως γράψαντες, τὴν ποικιλίαν τῶν ἐδεσμάτων, καὶ μάλιστα ὅταν ἐξ ἐναντίων ταῖς δυνάμεσι σύγκειται, βλαβερωτάτην εἶναί φασι, κωλύουσαν τὰ ληφθέντα πέττεσθαι καλῶς. Φυλάττονται δὲ αὐτὸ μάλιστα καὶ οἱ γυμνασταὶ, καὶ οἵ γε νομίμως ἀθλοῦντες ἐπὶ μὲν τοῦ ἀρίστου τὸν ἄρτον μόνον ἐσθίουσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ δείπνου τὸ κρέας. Ἐπὶ πλέον δ' ἂν σοι περὶ τούτων ἔλεγον, εἰ μὴ καὶ κατὰ σεαυτὸν δυνατὸς ἦσθα εὑρίσκειν αὐτὰ, ὁρμώμενος E ἐκ τῶν εἰρημένων περὶ πέψεως ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν· εἰ δὲ οὐκ ἐξεμελέτησας ἐκεῖνα, μάτην καὶ τούτοις ὁμιλεῖς. Διὸ περὶ μὲν ἀράδου παύομαι λέγων, ἐπὶ δὲ τὸ πάντων ὕστατον εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ μεταβήσομαι, λέγοντος ἔτι περὶ τῆς πτισσάνης. Οὔτ' ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ. Γινώσκων γὰρ, ὅτι μέμφονται τῆς πτισσάνης πολλοὶ τὸ φυσῶδες, εἰκότως προσέθηκεν· ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὅσον πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι· τῇ προσθήκῃ καὶ τὸ ἔγκλημα συνενδειξάμενος, καὶ τὴν λύσιν εἰπὼν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἕψησιν διδάξας. Γράφει δ' οὐδὲν F ἧττον ἔτι κἀν τοῖς ἑχομένοις, περὶ τῆς ἑψήσεως· ἀλλὰ νῦν γε τοσοῦτον προσθήσω τῷ περὶ πτισσάνης λόγῳ. Πτισσάνην μὲν ἑψήσας ἐπὶ πλεῖστον, ἄφυσον ἔδεσμα ποιήσεις· ἔτνος δὲ κυάμινον, οὐδ' εἰ τρισὶν ἡμέραις καθεψήσαις, ἄφυσον ἐργάσῃ ποτέ· ἐκ γὰρ τῆς οἰκείας οὐσίας ἔχει τὸ φυσῶδες, οὐχ ὥσπερ ἡ πτισσάνη, διὰ τὸ τῆς ἑψήσεως ἐλλιπές. Εἰθισμένοι γοῦν εἰσιν οἱ ἕψοντες αὐτὴν, ἀφίστασθαι θᾶττον ἤδη, καὶ μάλιστα οἱ τῶν πλουσίων μάγειροι· τρίβοντες γὰρ αὐτὴν ὠμὴν ἐν θυίᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα θερμαίνοντες ἐπ' ὀλίγον,

οὐ γὰρ ἑψήσαντές γε, προσφέρουσι τοῖς δεσπόταις. ἀλλὰ περὶ μὲν ἑψήσεως πτισσάνης, ὡς ἔφην, καὶ αὖθις εἰρήσεται· νυνὶ δὲ ἐπεὶ τὴν δύναμιν ἐδήλωσεν αὐτῆς, ἑξῆς ἐρεῖ τὸν διορισμὸν τῆς χρήσεως, ἐφ' ὃν κἀγὼ μεταβήσομαι, προαναμνήσας, ὅτι τὸν περὶ τῆς παραβολῆς, πρός γε μελίκρατον καὶ τἄλλα, τῆς πτισσάνης λόγον, ἐν τοῖς ἑξῆς ὑπέσχημαι τελέως ποιήσασθαι.

A non enim coctã dominis offerunt. Sed de ptisanæ coctione, vt dixi, rursùm quoq; dicetur. Nunc autem posteaquã facultates ipsius declarauit, vsûs distinctiones deinceps docebit, ad quẽ & ego me conferam, vbi me in sequentibus absoluturũ sermonem, quem de ptisanæ ad aquam mulsam, & alia, cõparatione sum pollicitus, præmonuerim.

Ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι πότε ὅλῃ τῇ πτισσάνῃ, ἢ τῷ χυλῷ μόνῳ, ἢ οὐδετέρῳ χρηστέον; οὐ μὴν δὴ πρὸ τῆς φλεβοτομίας, ἢ τῆς καθάρσεως, εἰ τῆς πρώτης ἢ δευτέρας χώρας κένωσις ποιητέα ᾖ, ἢ πρὸ τοῦ τὴν ὀδύνην παῦσαι.

In morbis acutis quando ptisanâ totâ, aut ptisanæ cremore, aut neutro vtendum? non certè antè phlebotomiam, aut purgationem, si primæ aut secundæ regio- B nis vacuatio facienda sit, aut ante dolorum sedationem.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιη'.

Ὁκόσοι μὲν οὖν [90] πτισσάνῃσι χρέονται ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασιν, οὐδεμιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον, καὶ οὐ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ ἢ διὰ φαρμακείην, ἢ [91] κλύσιν [92] διαλείπειν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 18.

Qvicunq; ergo ptisanâ hisce in morbis vtũtur, nullo die, vt verbo dicã, vasa vacuãda sunt; sed eã vtendum, neq; intermittendum, nisi aut propter medicamentũ, aut clysterẽ intermittere oporteat.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐντεῦθεν ἄρχεται τῆς τοῦ ζητουμένου λύσεως· ἀλλ' ἐλλιπῶς χρησάμενος τῇ κατὰ τὴν λέξιν ἑρμηνείᾳ, διὰ τοῦτο ἀσαφῆ ἐποίησε τὸν λόγον. ἐγὼ τοίνυν εἰπεῖν πειράσομαι, καθ' ὃν μάλιστα τρόπον ἑρμηνευθεὶς, οὐδὲν ἂν εἶχεν ἀσαφές· ἀναλήψομαι δὲ ἀπ' ἀρχῆς αὐτὴν ὧδέ πως. Τίς ἡ αἰτία τῆς διαφωνίας ἐστὶν, ὥστε τοὺς μὲν ταῖς κριθώδεσι πτισσάναις ἐπὶ τῶν ὀξέων χρῆσθαι, τοὺς δὲ τῷ χυλῷ μόνῳ, τοὺς δὲ οὐδὲ τούτῳ μέχρι κρίσεως; τουτὶ μὲν οὖν τὸ πρόβλημα· τῆς λύσεως δὲ ἐφεξῆς ἄκουε. τῶν ὀξέως νοσούντων, ἔνιοι μὲν ὑπὸ τοῦ χυλοῦ μόνου, ἔνιοι δὲ ὑπὸ τῆς πτισσάνης, ἔνιοι δὲ ὑπ' οὐδετέρου τούτων ὠφελοῦνται· προπετέστερον οὖν ἀπεφήνατο περὶ πάντων τῶν ὀξέως νοσούντων ἕκαστος τῶν ἰατρῶν, ἐξ ὧν οὐκ ἐπὶ πάντων ἐπειράθη· ἀλλ' ἐγὼ διαιροῦμαι, καὶ δείξω, τίνες μὲν ὑπὸ τῆς πτισσάνης ὀνίνανται, τίνες δὲ ἀπὸ μόνου τοῦ χυλοῦ, τίνες δὲ οὐδετέρου χρήζουσιν. ὅλαις μὲν οὖν πτισσάναις δέονται χρῆσθαι τῶν νοσούντων ὀξέως, οἳ μήτε βοηθείας ἑτέρας χρήζουσι πρότερον, ἤτοι διὰ φλεβοτομίας, ἢ γαστρὸς ὑπαγωγῆς, ἤ τινος τῶν τοιούτων, μήτ' οὖν ἐστὶν αὐτοῖς τι κινδυνῶδες σύμπτωμα· χυλῷ δὲ οἱ τούτων ἔχοντές τι σφοδρότερον· οὓς δ' ἤτοι διακενῶσαι διὰ φλεβοτομίας, ἢ γαστρὸς ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἢ ὀδυνωμένους παῦσαι, τούτοις μὴ πρότερον δίδου πτισσάνην, ἢ τὸν χυλὸν αὐτῆς, πρὶν ἂν ὧν εἶπόν τι πράξῃς. Ταῦτ' οὖν ἐχρῆν προγράψαντα τὸν Ἱπποκράτην, τὸ κατὰ μέρος, ἀφ' ἑκάστου πάλιν ἀρξάμενον, οὕτω πεποιῆσθαι τὸν λόγον, εἴπερ ἔμελλεν ἔσεσθαι σαφής· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐποίησεν, εἰκότως ἀσαφὴς ἐγένετο, τὴν προσήκουσαν ἀποβαλὼν τάξιν. Ἀκολουθήσαντες οὖν αὐτοῦ ταῖς λέξεσιν, ἀνάγωμεν ἑκάστην εἰς τὰ προειρημένα κεφάλαια, καὶ πρώτην γε τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἐξεργαστέον. ἄκουσον δέ μου παραφράζοντος αὐτοῦ τὴν λέξιν, ἅμα τῷ προσεντιθέναι τινὰ ῥήματα, σαφηνείας ἕνεκα· ὅσοι μὲν ἄρρωστοι πτισσάνῃ χρῶνται ἐν τούτοις τοῖς νοσήμασιν (ἐρῶ δὲ ὀλίγον ὕστερον, τίνες εἰσὶν οἱ χρησόμενοι) τούτοις μὲν οὐδεμιᾷ ἡμέρᾳ κενεαγγητέον ἐστὶν, ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, εἰ μή τι δέοι διὰ φαρμακείην, ἢ κλύσιν διαλιπεῖν. τούτοις οὖν καὶ δὶς διδοὺς, ἂν δεήσῃ, καλῶς πράξεις, καὶ πλῆθος ὅσον ἂν ἡ τοῦ σώματος δύναμις φέρῃ· ὑφηγήσομαι δέ σοι σκοποὺς, πρὸς οὓς ἀποβλέπων, ἢ διὰ γαστρὸς, ἢ διὰ φλεβὸς αὐτοὺς κενώσεις, ἢ πυρίαις, ἢ καταπλάσμασι χρήσῃ. Ταῦτ' εἴπερ οὕτω προεῖπεν, εἶθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐφεξῆς ἀναλαμβάνων κατὰ τὴν προσήκουσαν τάξιν ἡρμήνευσεν, οὐκ ἀσαφὴς ὁ λόγος ἐγεγόνει· νυνὶ δὲ τὸ προεμπίπτον ἀεὶ τελέως διεξέρχεσθαι πειρώμενος,

COMMENTARIVS GALENI.

Ab his quæstionis agitatæ solutionem exorditur. Verùm quum dictionis concisâ vsus sit interpretatione, ob id obscurum sermonem edi- C dit. Ego verò quomodò maximè expositus nihil obscuritatis habuisset, referre conabor; ipsumq; ab exordio ita repetam. Quæ causa discordiæ est, cur in acutis alij quidem ptisanâ hordeaceâ vtantur, alij solo cremore, alij ne hoc quidẽ ad morbi vsq; iudicationem? Hoc sanè problema est; sed solutionem deinceps audi. Acutis laborantiũ nonnulli quidem à cremore solo, alij à ptisana, alij ab horũ neutro iuuantur. Petulantiùs sanè de omnibus acuto morbo laborantibus medicorum vnusquisq; tulit sententiam, ex rebus quas non in omnibus expertus est. Sed ego distinguam, ac demõ- D strabo, qui à tota ptisana iuuentur, qui à cremore solo, & qui neutro indigeant. Totâ igitur ptisanâ vti debent acuto morbo laborantes, qui neque alio priùs indigent remedio, veluti venæ sectione aut ventris subductione, aut aliquo similium celebratur, neq; etiam ipsis est periculosum symptoma; cremore verò iis, qui grauius aliquod periculum sortiuntur. Quos autem aut venæ sectione aut ventris subductione vacuare necessarium est, aut etiam doloribus liberare, his ne priùs ptisanã, aut eius cremorem exhibeas, quàm quæ dixi, eorũ quicquã feceris. Hæc sanè Hippocratẽ præscripsisse oportuit, & ab vnoquoq; singulariũ rursùs E auspicatum, sic orationem condidisse, si dilucidus fore debuerat. Quoniam verò non condidit, iure obscurus abiecto decenti ordine factus est. Nos autẽ ipsius dictiones sequuti, *earum* vnamquanq; ad prædicta capita reducamus, ac imprimis præsentem etiã dictionem accuratè exponamus. At me latiùs explicantem ipsius dictionem, simulque verba quædam perspicuitatis gratiâ adiicientem audito. Quicunq; sanè ægroti ptisanâ his in morbis vtuntur (dicam autem paulò pòst, qui sint qui eâ vtantur) ijs nullo die vasa, vt verbo dicã, euacuanda sunt, nisi aut propter purgationẽ, aut cly- F sterẽ intermittendum fuerit. His ergo si bis dederis, si opus habuerint, probè facies, & copiã quancũq; ferãt vires corporis, scopos autẽ tibi sũ explicaturus, ad quos respiciẽs aut per aluũ, aut per venas ipsos euacuabis aut fotibus aut cataplasmatis vteris. Hæc si ita prædixisset, deinde vnũquodq; ipsorum serie resumẽs, idoneo interpretatus esset ordine, nõ obscura fuisset eius oratio. Nunc autẽ quod intercidit, semper adusque finem examinare præ-

re præoptans, vbi diutiùs suspensam orationem esse permisit, iure obscuram fecit. At *me* vera loqui disces, si singulas omnes dictiones dilucidas inueneris, totam verò orationem incompositam, & ob id obscuram.

Qui sani bis die edere consueuerunt, ijs ægrotis bis ptisanam exhibendam; qui semel, iis semel, imò bis sensim, si vtile sit, exhibendam.

TEXTVS HIPPOCRATIS 19.

Atque bis die cibum sumere consuetis, bis ptisana *danda est; semel verò cibũ capere solitis, semel primo die exhibẽda; si paulatim ex additione admittãt, his etiã bis danda, si quid adiiciendũ videatur.*

COMMENTARIVS GALENI.

Bis ipsos cibandos esse pronunciat, si ita viuere consueuerint. Quum verò necessitas fuerit etiam semel edere consuetis bis assumendi cibum, bis ptisanam dabis, à *semel* quidem auspicatus, sed paulatim ad *bis* ipsum progressus; nam ex additione sensim, id declarat; fitq; res hoc pacto. Semel quidem dabis, quod satis sit; sed minimum sit quod secundò exhibeas; deinde paulatim augebis, idq; efficies, donec ambas alimonias ad æqualitatem reduxeris. Sed nondũ orationis fides huic patet, qui hũc Hippocratis librum prælegit, quod neque ab ipso præmonstratum est, qui sint, qui vtiliter ptisanâ vtantur. Ego verò quum paulò superiùs mediocriter ægrotantes ab ipso ita cibari prædixerim, paulò post & Hippocratem ipsum id velle demonstrabo. Atque hæc tibi sit præsentis huius dictionis explicatio. At plures ipsam hac dictione scribunt; *semel verò cibum capere solitis, semel primo die exhibenda, si paulatim ex additione admittant; his etiam bis danda, si quid adiiciendum videatur.* Verùm sensum nõ habet ipsa dictio. Quòd enim primo detur die paulatim, id fieri non potest: quum sensim per additiones, pluribus ingestionibus id fieri consueuerit, non semel neq; statim in primâ.

Ptisanam non copiosam, nec crassiorem, per initia exhibendam esse, quò immoderata, ac subitanea tum repletio, tum inanitio vitetur.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 20.

Verùm per initia copiam dare sufficiat non multam, neque vltra modum crassam; sed quantùm pro consuetudine quicquam ingerere conueniat, & ne multa vasorum inanitio oboriatur.

COMMENTARIVS GALENI.

QVI morbo laborantes implere proferunt Hippocratem, quòd his citra periculum degentibus bis quotidiè ptisanam dare iubeat, si quod in textu pronunciauit animaduerterent, seipsos damnarent. Tantùm enim sorbitionis adhiberi præcipit, quantùm alimenti corpori, & consuetudinis gratiâ, & ne multa fiat vacuatio, conueniat. Si igitur concesserint ptisanæ acetabulum, quod quotidiè ad septimum vsque, vel nonum diē exhibetur, minorem habere facultatem, quàm id, quô semel ipsi cibant, nutrimentum, ij meâ sententiâ nugari desinent. Verùm

A ἄχρι πολλοῦ τὸν λόγον αἰωρούμενον ἐάσας, εἰκότως ἐποίησεν ἀσαφῆ· μαθήσῃ δὲ ἀληθεύοντα, τὰς κατὰ μέρος ῥήσεις ἁπάσας εὑρίσκων σαφεῖς, τὸν δ᾽ ὅλον λόγον ἀσυνάρτητόν τε καὶ διὰ τοῦτο ἀσαφῆ.

Ὅτι τοῖς μὲν δὶς σιτεῖσθαι εἰθισμένοις ἐν τῇ ὑγείᾳ, τούτοις νοσοῦσι δὶς πτισάνην διδόναι χρή· τοῖς δὲ μονοσιτεῖν εἰθισμένοις, ἅπαξ, ἢ καὶ δὶς ἐκ προσαγωγῆς, ἢν συμφέρῃ.

B ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιθ΄.

Καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον· τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην· ἐκ προσαγωγῆς δέ, [93] ἢν ἐνδέχηται, καὶ τουτέοισι δὶς διδόναι, ἤν τι δοκέῃ προσδεῖν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Δὶς αὐτοὺς σιτεῖσθαι φησίν, εἴπερ οὕτως εἰθισμένοι εἰσὶ διαιτᾶσθαι· χρείας δὲ οὔσης δὶς λαμβάνειν, καὶ τοῖς ἅπαξ εἰθισμένοις ἐσθίειν, δὶς δώσεις τῆς πτισάνης, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τοῦ ἅπαξ, κατὰ βραχὺ δὲ προελθὼν ἐπὶ τὸ δίς. τὸ γὰρ ἐκ
C προσαγωγῆς, τοῦτο δηλοῖ, καὶ γίνεται τὸν τρόπον τοῦτον· ἅπαξ μὲν δώσεις αὔταρκες, ἐλάχιστον δὲ τὸ κατὰ τὴν ἑτέραν δόσιν, εἶτα προσαυξήσεις κατὰ βραχύ, καὶ τοῦτο μέχρις ἂν εἰς ἴσον ἀμφοτέρας τὰς τροφὰς καταστήσῃς. ἡ δὲ τοῦ λόγου πίστις, οὔπω σαφής ἐστι τῷ τὸ βιβλίον ἀναγινώσκοντι τοῦ Ἱπποκράτους, διὰ τὸ μὴ προδεδηλῶσθαι περὶ αὐτοῦ, τίνες εἰσὶν οἱ πτισάνῃ χρώμενοι συμφερόντως· ἀλλ᾽ ἐγὼ προειρηκὼς τοὺς μετρίως νοσοῦντας οὕτως ὑπ᾽ αὐτοῦ διαιτᾶσθαι, δείξω μικρὸν ὕστερον καὶ αὐτὸν τὸν Ἱπποκράτην οὕτω βουλόμενον. Αὕτη μέν σοι τῆς προκειμένης ῥήσεως ἡ ἐξή-
D γησις· οἱ πλείους δὲ γράφουσιν αὐτὴν κατὰ τήνδε τὴν λέξιν. τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν ἅπαξ δοτέον, τὴν πρώτην ἐκ προσαγωγῆς· ἢν δ᾽ ἐνδέχηται, καὶ τουτέοισι δὶς διδόναι, εἰ δοκέει προσδεῖν. ἀλλ᾽ οὐκ ἔχει νοῦν ἡ λέξις αὕτη· τὸ γὰρ τὴν πρώτην ἐκ προσαγωγῆς, ἀδύνατόν ἐστι γενέσθαι, τοῦ ἐν προσαγωγαῖς, ἐν πλείοσι προσφοραῖς γίνεσθαι πεφυκότος, οὐχ ἅπαξ οὐδὲ εὐθέως ἐν τῇ πρώτῃ.

Ὅτι τῆς πτισάνης μὴ πολὺ μήτε ὑπέρπαχυ κατ᾽ ἀρχὰς διδόναι χρή, ὡς φυλάττεσθαι τὸ ἄμετρον πληροῦν καὶ κενοῦν.

E ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κ΄.

Πλῆθος δ᾽ [94] ἀρκέει κατ᾽ ἀρχὰς διδόναι μὴ πουλύ, μηδὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ᾽ ὁκόσον ἕνεκα τοῦ ἔθεος εἰσιέναι τι, καὶ κενεαγγείην μὴ γίνεσθαι πολλήν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὅσοι τοὺς νοσοῦντας ἐμπιπλάναι φασὶν Ἱπποκράτην, ἐπεὶ τὸ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τοῖς ἀκινδύνως
F διάγουσι δὶς διδόναι τῆς πτισάνης, εἰ προσέσχον τῷ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν [95] εἴρηκε, κατέγνωσαν ἂν ἑαυτῶν· τοσοῦτον γὰρ ἀξιοῖ δίδοσθαι τοῦ ῥοφήματος, ὅσον ἕνεκα τοῦ ἔθους εἰσιέναι τροφὴν τῷ σώματι, καὶ μὴ πολλὴν γίνεσθαι τὴν κένωσιν. ἐὰν οὖν συγχωρήσωσιν ὀξύβαφον πτισάνης δὶς ἑκάστης ἡμέρας διδόμενον ἄχρι τῆς ἑβδόμης, ἢ τῆς ἐνάτης, ἐλάττονα δύναμιν ἔχειν, ἧς αὐτοὶ τρέφουσιν ἅπαξ τροφῆς, ἤδη μοι παύσασθαι φλυαρεῖν αὐτούς. ἀλλὰ τοῦ-

τό γε μικρὸν ὕστερον δείξω· νῦν δὲ ἐξηγήσομαι τὸ, κατ' ἀρχάς. οὐ τοῦτο γάρ φησιν, ὅτι κατ' ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἔτι γενικώτερον ἄκουε σημαινόμενον ἐκ τοῦ κατ' ἀρχάς· ὁπότε γὰρ ἄν σοι δόξῃ πρῶτον ὁ κάμνων δεῖσθαι τῆς πτισάνης, τηνικαῦτα μὴ πολὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ δίδου παραχρῆμα· φυλάττεται γὰρ ὁ Ἱπποκράτης τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης πληροῦν, ἢ κενοῦν. A

&id paulò pòst sum demonstraturus. At nunc *verbum* hoc *per initia*, explicabo. Non enim morbi principium id significat, sed etiamnùm generalius ex dictione *per initia* significari percipe. Nam quum qui ægrotat, ptisanâ primùm egere tibi videbitur, tum neque multam, neque admodùm crassam quamprimùm dato; à multa nanque ac subitanea tum repletione, tum vacuatione cauet Hippocrates.

Ἐν ταῖς νόσοις ταῖς ξηροτέραις τὴν τοῦ ῥοφήματος ἐπίδοσιν μὴ δοτέον, ἀλλὰ πρότερον τὸ μελίκρατον, ἢ οἶνον, ἢ ἀμφοτέρων τὸ ἁρμόζον· τίνα νοσήματα ξηρότερα, καὶ ἡ τούτων διάγνωσις. B

In morbis ſiccioribus ſorbitionis incrementum non eſſe exhibendum, ſed priùs aquam mulſam, aut vinum, & horum quod magis idoneum fuerit. Quid ſint morbi ſicci, eorumque dignotio.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κα΄.

ΠΕρὶ δὲ τῆς ἐπιδόσεως ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν[96] ξηρότερον ᾖ τὸ νούσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπιπλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος, ἢ μελίκρατον, ἢ οἶνον, ὁκότερον ἂν ἁρμόζῃ· τὸ δ'[97] ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων, εἰρήσεται.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 21.

DE ſorbitionis autem ad copiam incremento, ſi ſiccior quidem fuerit morbus, quàm quis exiſtimauerit, non copioſiùs dare oportet; ſed ante ſorbitionem, mulſam, aut vinum, vtruncunque magis congruat, propinare; quod autem ſingulis in modis congruat, pronunciabitur. C

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΞΗρότερον νόσημα πολυειδῶς γνωρίζεται, καίτοι τόν γε καθόλου καὶ κοινὸν λόγον ἔχον τὸν αὐτόν· ἡ μὲν περιπνευμονία, καὶ ἡ πλευρῖτις, καὶ ὅλως τὰ κατὰ τὸν πνεύμονα καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ὅταν μηδὲν ἀπὸ τῶν πεπονθότων μορίων ἀποπτύηται· ἧπαρ δὲ προπεπονθὸς, ἢ μεσάραιον, ἢ τι τῶν κατὰ κοιλίαν, ἢ νῆστιν, ἢ ἔντερον, ἢ σπλῆνα, ἢ γαστρὸς ἐπεχομένης τελέως, ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐκκρινούσης σκληρὰ καὶ ξηρὰ καὶ σπυραθώδη περιττώματα· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας ξηρὰ νοσήματα γνωρίζεται τῇ τε τῆς γλώττης ξηρότητι, καὶ τῷ τοῦ παντὸς σώματος αὐχμῷ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τοῖς ἔξω καὶ προφανῶς ὁρωμένοις ἕλκεσιν αἱ φλεγμοναὶ γίνονται ξηραὶ, μηδενὸς ἐξ αὐτῶν ἰχῶρος χωροῦντος. καὶ τῶν ὀφθαλμῶν δὲ πολλάκις φλεγμοναὶ ξηραὶ συνίστανται, μηδὲν ἐκκρίνουσαι· καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ὡσαύτως πάθη, μήτε διὰ ῥινῶν, μήτε δι' ὑπερῴας ἐκκαθαιρόμενα, ξηρὰ προσηκόντως ἂν λέγοιντο. καὶ τοῦτ' οὖν ἴσθι ἁπάντων τῶν ξηρῶν νοσημάτων ὑπάρχον γνώρισμα, τὸ μηδὲν ἐκκρίνεσθαι τῶν περιττωμάτων. Προσηκόντως οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἐπ' αὐτῶν πρὸ τῆς πτισάνης ἀξιοῖ λαμβάνεσθαί τι τῶν ὑγραινόντων, ἤτοι μελίκρατον, ἢ οἶνον, ὡς μᾶλλον τούτων ὕδατος ὑγραινόντων· ἐπεὶ δὲ ἐπαγγέλλεται περὶ τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἐρεῖν, ἀναβεβλήσθω καὶ ἡμῖν ἡ πρὸς ὕδωρ αὐτῶν παραβολὴ, γενησομένη κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ συγγράμματος, ἐν ᾧ διδάσκει τὰς δυνάμεις αὐτῶν. D E

μὴ δὲ μικροῦ τινος

παθήματα τε δι' ὑπερῴας, μήτε διὰ ῥινῶν ξηρότερα

COMMENTARIVS GALENI.

MOrbus ſiccior variis modis dignoſcitur, etiamſi vniuerſalem communemque rationem habeat eandem. Peripneumonia quidem, & pleuritis, atque omninò qui tum pulmoni, tum aſperæ arteriæ inſident *morbi*, quum nihil ab affectis partibus expuitur. Iecur autem priùs malè affectum *proditur*, vel meſaræum, vel aliqua pars ventris, vel ieiuni, vel inteſtinorum, vel lienis, quum aluus planè ſupprimitur, aut pro neceſſitate excernit tum ſicca, tum dura, ac pilulata excrementa. Morbi ſicci tum arteriarum, tum venarum dignoſcuntur & linguæ ſiccitate, & totius corporis ariditate. Phlegmonæ pari modo fiunt ſiccæ in iis quæ tum foris, tum apertè conſpiciuntur vlceribus, nullâ ſanie ex ipſis manante. Sæpè verò & oculis phlegmonæ ſiccæ oriuntur, quæ nihil excernunt. Cerebri ſimiliter morbi, qui neque per nares, neque per palatum expurgantur, iure quoque ſicci dicantur. Et ſanè nihil excrementorum excernere, ſcito hoc conſtans eſſe ſiccorum omnium morborum indicium. Meritò igitur Hippocrates in his humectantium aliquid ante ptiſanam aſſumi iubet, vel aquam mulſam, vel vinum, quòd hæc quàm aqua magis humectent. Sed quoniam de ipſorum facultatibus ſe dicturum pollicetur, ob id & nos eorum quæ ad aquam eſt comparationem in eam differemus libri partem, in quâ eorum facultates edocet.

Τὰ τοῦ παρέχειν ἐπὶ πλέον τοῦ ῥοφήματος σημεῖα· ὅσῳ τὰ νοσήματα, ὡς αἱ πλευρίτιδες, τάχιον ἢ βραδύτερον, καὶ ἧσσον ἢ μᾶλλον ὑγραίνεται, καὶ ἐν αὐτοῖς τὰ πτύελα ἀναπτύεται, τοσούτῳ ταῦτα εἰς ταχυτέραν ἢ βραδυτέραν κρίσιν τελευτᾶν. F

Sorbitionis vberiùs exhibendæ ſigna; quò morbi vt pleuritides celeriùs aut tardiùs, & magis aut minùs madeſcunt, & ſputa in his excernuntur; eò ipſos celeriore aut tardiore criſi finiri.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κβ΄.

ΗΝ δ' ὑγραίνηται τὸ στόμα, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος εἴη ὁκοῖα δεῖ,[98] ἐπιδιδόναι χρὴ ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι. τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα, ταχυτῆτα σημαίνει κρίσιος· τὰ δὲ βραδύτερον καὶ ἧσσον, βραδυτέρην σημαίνει τὴν κρίσιν.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 22.

QVòd ſi os humeſcat, & quæ à pulmone prodeūt qualia decent, talia extiterint, ſorbitionis copiã, vt in ſumma dicã, adiicere oportet. Nã quæ celeriùs magiſq; madeſcũt, celeriorẽ criſin denunciãt; quæ verò tardiùs & minus, tardiorẽ iudicationẽ ſignificãt.

COMMENT

COMMENTARIVS GALENI.

A Morborum ſiccorum genere ad contrarios digreſſus, deinde memorato citra omnium adiectionem vno, narrationem eius commune omnium eiuſdem generis exemplum productum eſſe arbitratus, non citra rationem obſcuritatem fecit. Nam os madeſcere, & à pulmone talia expui, qualia decet, morbi non ſimpliciter humidi omnis in omni corporis parte ſigna ſunt, ſed cum cuiuſdam ſpirabilium organorum affectione. Ob id vt dixi, oratio obſcura eſt reddita. Sed certè quod ab eo enunciatur, verius omnino eſt, quòd quæ per ſputa, qualia expui oportet, expurgantur, celeriter iudicentur. Contraria verò duorum alterum *ſubeunt*, aut in perniciem, aut in temporis diuturnitatem finiuntur. Ergo qui probè expurgantur, his ptiſanam dare oportet, vt roboratæ vires, iis quæ per tuſſes ex pulmone fiunt, humidorum expuitionibus ſufficiant. Nam hæc verba, *qualia eſſe oportet*, ſunt ea quæ coctionis ſigna præ ſe ferunt; de quibus abſolutè tum in libris de criſibus, tum in libris de morborum temporibus diximus; præterea & in explicatione aphoriſmi illius, vbi Hippocrates quònam oporteat modo ex apparentibus prænotiones facere docens, orationis exemplum pleuritidem ſcripſit hoc pacto. *Quale in pleuriticis ſputum, ſi ſtatim oboriente morbo appareat, breuem morbum; ſi verò poſteriùs appareat, longum fore denunciat.*

Quæ protulit Hippocrates, ea per ſe talia eſſe denunciat; quæ verò non pauca prætermiſit vtilia, de his ſe acturum pollicetur.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 23.

A Tque hæc quidem per ſe talia prorſus exiſtunt. Sed multa quoq; alia peropportuna, ex quibus ſigna eliciēda ſūt, prætermittūtur, quæ poſteà dicētur.

COMMENTARIVS GALENI.

NOs quoque huic orationi deeſſe non pauca ad diſtinctionem definitionémque vtilia diximus, de quibus & ipſe ſe acturum pollicetur. Nunc verò de his ſolùm vult intelligi, quæ pronunciata ſunt. Ea nanque per ſe talia ſunt, qualia ipſe diſſeruit.

Quâ ratione, & quo tempore in acutis copioſior ſorbitio ſecuriùs exhibenda ſit. Quibus diebus fiat criſis. Quid Criſis. Dierum obſeruatio celebranda. Theſſalus, & Apollonius arguuntur quòd Hippocratem accuſent, ille vt ægros replentem, hic vt fame enecantem.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 24.

E T quò purgatio copioſior fuerit, eò maiorem copiam ad iudicationem vſque adijcere oportet, ſed maximè duobus ab iudicatione diebus, quibus ſanè aut quinto, aut ſeptimo, aut nono die, incidere videatur iudicatio, quò dierum tum par, tum impar ſpectandum ſit. Poſteà verò ſorbitione manè vtendum eſt, veſperè verò ad cibaria tranſeundum.

A

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἀπὸ τοῦ γένους τῶν ξηρῶν νοσημάτων ἐπὶ τἀναντία μεταβὰς, εἶθ' ἑνὸς μνημονεύσας ἄνευ τοῦ προσθεῖναι πάντα, παράδειγμα κοινὸν γενέσθαι τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἁπάντων ὁμογενῶν οἰηθεὶς, εἰκότως ἀσάφειαν εἰργάσατο. τὸ γὰρ ὑγραίνεσθαι τὸ στόμα, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἀναπτύεσθαι, νοσήματος οὐχ ἁπλῶς ἐστὶν ὑγροῦ γνωρίσματα παντὸς ἐν παντὶ μορίῳ τοῦ σώματος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ πεπονθέναι τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. διὰ τοῦθ' ὡς ἔφην,
B ἀσαφὴς ὁ λόγος ἐγένετο· τό γε μὴν εἰρημένον αὐτῷ, πάντως μᾶλλον ἀληθέστερόν ἐστιν, ὡς τὰ μὲν ἐκκαθαιρόμενα διὰ τῶν πτυσμάτων, οἵων χρὴ, πτυομένων, ταχέως κρίνεται· τὰ δὲ ἐναντία, δυοῖν θάτερον, ἢ εἰς ὄλεθρον, ἢ εἰς μῆκος χρόνου τελευτᾷ. διδόναι οὖν χρὴ τοῖς καλῶς ἐκκαθαιρομένοις, πτισσάνης, ἕνεκα τοῦ ῥωσθῆναι τὴν δύναμιν, καὶ ἐξαρκεῖν ταῖς διὰ τῶν βηχῶν γινομέναις ἀναπτύσεσι τῶν ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑγρῶν. τὸ γὰρ, ὁκοῖα δεῖ, τὰ τῆς πέψεώς ἐστιν ἔχοντα γνωρίσματα, περὶ ὧν τελεώτατα
C εἰρήκαμεν ἔν τε τοῖς περὶ κρίσεων, καὶ περὶ τῶν ἐν ταῖς νόσοις καιρῶν, ἔτι δὲ ἐν ἐξηγήσει τοῦ ἀφορισμοῦ, ἔνθα διδάσκων ὁ Ἱπποκράτης ὅπως χρὴ διὰ τῶν ἐπιφαινομένων τὰς προγνώσεις ποιεῖσθαι, παράδειγμα τοῦ λόγου τὴν πλευρῖτιν ἔγραψεν, ὧδέ πως εἰπών· αἱ ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν μὲν αὐτίκα ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν, βραχύνει, ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει.

Ἃ διῆλθεν Ἱπποκράτης, ταῦτα μὲν καθ' αὑτὰ τοιαῦτα εἶναι ἀγορεύει· ἃ δὲ μὴ ὀλίγα παρεῖται ἐπίκαιρα, περὶ
D τούτων αὐτὸς ἐρεῖν ἐπαγγέλλεται.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κγ'.

"Καὶ ταῦτα μὲν καθ' ἑαυτὰ τοιάδε τὸ ἐπίπαν ἐστί· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, οἷσι προσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

E Εἶπον κἀγὼ λείπειν τῷ λόγῳ τῶν χρησίμων εἰς διορισμὸν οὐκ ὀλίγα, περὶ ὧν καὶ αὐτὸς ἐρεῖν ἐπαγγέλλεται· νυνὶ δὲ ἀξιοῖ περὶ τῶν εἰρημένων ἀκούειν μόνον, αὐτὰ γὰρ καθ' ἑαυτὰ τοιαῦτά ἐστιν, ὁποῖα διῆλθεν αὐτός.

Τίνι λόγῳ, καὶ ἐν τίνι χρόνῳ ἐν τοῖς ὀξέσιν ἁδρότερον τὸ ῥόφημα ἀσφαλῶς δοτέον. πόσιν ἡμέραις ἡ κρίσις γίνεται, τί ἡ κρίσις. τῶν ἡμερῶν φυλακὴ ποιητέα. ὁ Θέσσαλος καὶ ὁ Ἀπολλώνιος ἐλέγχονται, ὅτι ὁ μὲν ὡς ἐμπιμπλῶντι τοὺς κάμνοντας, ὁ δὲ ὡς λιμαγχονοῦντι, τῷ Ἱπποκράτει ἐγκαλοῦσι.

F

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κδ'.

Καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται, τοσῷδε χρὴ πλεῖον ἐπιδιδόναι μέχρι κρίσιος· μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων, οἷσί γε ἢ πεμπταίοισιν, ἢ ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐνναταίοισι δοκέει [101] κρίνεσθαι, ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περιττὸν προμηθὲς ᾖ. μετὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν ῥοφήματι ἐς τὸ πρωῒ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Κρίσιν νῦν εἴρηκεν, ἤτοι τὴν τελείαν λύσιν τοῦ νοσήματος, ἤτοι τὴν εἰς τοσοῦτον ἀξιόλογον μεταβολήν, ὡς ἤδη κινδύνου παντὸς ἐκτὸς καθεστηκέναι· ἐπιμετρεῖν δὲ ἀξιοῖ τῇ κρίσει δύο ἡμέρας, ἵνα καὶ τὰς ἐν ἀρτίαις καὶ ταῖς περιτταῖς ἡμέραις περιόδους τῶν παροξυσμῶν φυλαξώμεθα· συμβαίνει γὰρ ἐνίοτε, θαρσοῦντας, ὡς λελυμένου τοῦ νοσήματος ἀκριβῶς, εἶτα διαιτηθέντας ἀμελέστερον, ἀφορμὴν ἀναμνήσεως τοῦ κατὰ περίοδον γινομένου παροξυσμοῦ παρασχεῖν. ἀσφαλὲς γοῦν ἐστι, κἂν ἤδη δοκῇ κεκρίσθαι τὸ νόσημα, φυλάττειν ἄχρι δυοῖν ἡμερῶν τὴν ἀκρίβειαν τῆς διαίτης, ᾗ χρώμενος ὁ κάμνων ἦν, κἂν ἤδη δοκῇ κεκρίσθαι τὸν κάμνοντα· παρελθουσῶν δὲ τῶν μετὰ τὴν κρίσιν δυοῖν ἡμερῶν, ἤδη ἀσφαλὲς διαιτᾶν ἁδρότερον, οὐδὲ τότε τὴν μεταβολὴν ἀθρόως ποιουμένους, ἀλλ' ἕωθεν μὲν, τῷ ῥοφήματι χρωμένους, ὕστερον δὲ, προϊούσης τῆς ἡμέρας, ἤδη καὶ σιτώδη τροφὴν προσφέροντας. εὔδηλος οὖν ἐστι, μήτ' ἄλλο τι διδοὺς τοῖς κάμνουσι πρὸ τῆς εἰρημένης ἄρτι προθεσμίας, μήτ' ἄρτον, ἀλλὰ πτισσάνῃ διὰ παντὸς ἀρκούμενος, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐμπιπλάντος, ἀλλὰ μᾶλλον, ἐγκαλεῖν εἴ τις βούλοιτο, λεπτότερον ἢ προσήκει διαιτῶντος. ἀλλ' οὔτε λεπτότερον, οὔθ' ἁδρότερόν ἐστι τοῦ προσήκοντος οὕτω διαιτᾶν, ἀλλ' ἀκριβῶς τὸ μέσον τῶν ὑπερβολῶν, καὶ ἄριστον· ἀπόδειξις δὲ τοῦ μέσον ὑπάρχειν αὐτό, καὶ ἡ τῶν ἐγκαλούντων ταὐναντία, φιλονεικία· τούτων γὰρ οἱ μὲν περὶ τὸν Θεσσαλὸν, ἐγκαλοῦσιν ὡς ἐμπιπλάντι τοὺς κάμνοντας, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον, ὡς λιμαγχονοῦντι, τῷ Ἱπποκράτει. τὰ γὰρ εἰς Ἀπολλώνιον, καὶ Δέξιππον τοὺς Ἱπποκράτους μαθητὰς εἰρημένα κατὰ τὸ πρῶτον περὶ πυρετῶν, Ἐρασιστράτῳ, τὴν διαβολὴν τῆς λιμαγχονίας εἰς Ἱπποκράτην τὸν διδάσκαλον ἀναφερομένην ἔχει. τούτοις οὖν μᾶλλόν ἐστι συγχωρητέον, ὡς εἰκότα λέγουσι· τοὺς δ' ἐμπιπλάναι φάσκοντας αὐτὸν, ἀξίους εἶναι Θεσσαλοῦ νομιστέον, ἄνδρας οὔτ' ἄλλο τι τῶν Ἱπποκράτους γνόντας, οὔτε τὰ περὶ διαίτης εἰρημένα.

ἀθρόαν

αὐτοῦ

Τὴν πτισσάνην, καὶ τὴν ὅλην πτισσάνην, καὶ τὴν κριθώδη πτισσάνην ταὐτὸν εἶναι· καὶ πότε ταύτῃ χρηστέον· καὶ τί ὁ τῆς πτισσάνης χυμός.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κε'.

Ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῖσιν ὅλῃσι πτισσάνῃσιν αὐτίκα χρεομένοισιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐάν τε ὅλας, ἐάν τε κριθώδεις, ἐάν τε ἁπλῶς πτισσάνας εἴπῃ, ἓν καὶ ταὐτὸν ἐκ τῶν τριῶν σημαίνεται λέξεων, τὰς ἀδιηθήτους πτισσάνας δηλουσῶν· μετὰ γὰρ τὴν ἕψησιν, ἐάν τις αὐτὰς διηθήσας, ἔπειτ' ἰδίᾳ τὸν χυλὸν ἀποκρίνας, ἐκεῖνον διδῷ, οὔθ' ὅλαις πτισσάναις, οὔτε κριθώδεσι πτισσάναις, οὔτε ἁπλῶς εἰρημέναις πτισσάναις ὁ τοιοῦτος λεχθήσεται χρῆσθαι, χυλῷ δὲ μόνον πτισσάνης. Πάλιν δὲ καὶ νῦν ἀναμνήσω, τίνες εἰσὶν οἱ πτισσάναις ὅλαις ἐξ ἀρχῆς δεόμενοι χρῆσθαι· σύντομος δὲ ἡ ἀνάμνησις, εἰ μὴ παντάπασιν ἀργῶς ἤκουσας τῶν προειρημένων, ὅτι τῶν ἀναπτυομένων χρηστῶν ὄντων, ἐὰν μήτε φαρμακείας, μήτε κλύσματος ὁ κάμνων φαίνηται δεόμενος, ἐπὶ πτισσάνης αὐτὸν ἀξιοῖ διαι-

A

COMMENTARIVS GALENI.

Crisin nunc pronunciauit, vel perfectam morbi solutionem, vel permutationem adeò insignem, vt iam æger extra periculum omne tutus euaserit. Duos autem crisi admetiri dies imperat, vt & in diebus tum paribus, tum imparibus accessionum circuitus obseruemus. Accidit enim interdùm, vt tanquam soluto prorsus morbo ægri confidant, cibentur deinde negligentiùs, & eius quæ per circuitum repetit accessionis occasionem præbeant. Tutum igi-
B tur est, etiamsi morbus iam videatur iudicatus, ad duos vsque dies accuratam victûs rationem, quâ æger vsus fuit, seruare, etiamsi iam iudicatus esse videatur æger. Transactis autē à iudicatione diebus duobus, iam securum est pleniùs cibare: vt ne tunc quidem mutationem confertim efficiamus, sed manè quidem sorbitionem demus, posteà verò progrediēte die, iam & frumentacea exhibeamus alimenta. Constat igitur *Hippocratem* ægrotantibus neque aliud quippiam ante præfinitum tempus nuper dictum dare, neque panem,
C sed ptisanâ omninò esse contentum, quod ęgrum replentis non est, sed potiùs, siquis vitio vertere voluerit, tenuiùs quàm deceat cibantis. Verùm ita cibare neque tenuiùs iusto est, neque pleniùs, quàm deceat, sed exuperantium exactè est medium, ac optimum. Quòd autem id sit medium, demonstrat & contraria increpantium contentio. Ex ijs enim Thessalus tanquam ægros replentem accusat Hippocratem; Erasistratus verò tanquam fame necantem Hippocratem accusat. Nā quæ ab Erasistrato in primo de febribus aduersus Apollonium Dexippumque Hippocra-
D tis discipulos dicuntur, calumniam habent enecantis inediæ, quæ ad Hippocratem præceptorem refertur. His itaque magis concedendum, vt qui verisimilia dicant; illos verò, qui Hippocratem ægros replere aiunt, viros Thessalo dignos esse est existimandum, qui neque aliud quicquam scriptorum Hippocratis, neque quæ de victûs ratione proferuntur, nouerunt.

Ptisanam, ptisanam totam, & ptisanam hordeaceam idem esse; & quandò ea vtendum; & quid ptisanæ cremor.

E

TEXTVS HIPPOCRATIS. 25.

Hæc autem plerúmque iis conferunt, qui statim integrâ ptisanâ vtuntur.

COMMENTARIVS GALENI.

Siue totam, siue hordeaceam, siue ptisanam simpliciter dixerit, vnum & idem ex tribus his dictionibus significatur, ptisanam vnoquoque non colatam significante. Nam â decoctione si-
F quis ipsam colauerit, deinde per se cremorem separauerit, illumque dederit, is neque tota ptisana, neque hordeacea ptisana, neque simpliciter dicta vti ptisana dicetur, sed solo ptisanæ cremore. Rursus autem & nunc commemorabo, qui sint, qui ptisana tota ab initio vti debent; concisa verò erit commemoratio, nisi desidiosè prædicta prorsus audieris; quòd si quæ expuuntur vtilia sint, æger neque medicamento, neque clystere egere videatur, ptisanâ hunc cibare iubet.

Atque

Atque rationem consilii ipse adiecit, inquiens.

Quæ bona ptisanæ vsum sequantur in pleuriticis, materiæ quæ minùs purulenta fit, humectatio, incisio; expurgatio, & expuitio, virium roboratio, dolorum sedatio, & crisis opportunior; cæterorum eduliorum ipsa optima.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 26.

Dolores etenim in pleuriticis statim spontè desinunt, quum aliquid effatu dignum, tum expuere, tum expurgari cœperint. Etenim purgationes lõgè perfectiores sunt, minúsq; purulenti fiũt, quã siquis aliter victum instituat; & iudicationes simpliciores, & meliùs iudicantes, ac minùs redeuntes.

COMMENTARIVS GALENI.

PRobè autem hæc omnia à ptisana oboriũtur, tum quod humectet moderatéque incidat quæ expui debent humida, tum quòd vires roboret. Concurrentibus enim vtrisque, continuò expurgantur spirabilium organorum vitiosi humores, quos quidem & humectare & incidere potest ptisanæ modo aqua mulsa, sed vires roborare non potest. Contraria autem est facultas tum pani tum chondro, quòd hi vires quidem roborent, non autem humectent, neque incidant; quemadmodùm neque alteri cuipiam inest eorum, quæ hodierni medici ægrotis dare consueuerunt, verbi gratiâ, ouis, gallorum testiculis, alis, piscibus, iunioribus columbis, & quæcunque id genus sunt cætera. Qui verò medicus lenticulam ex aceto confectam pleuritico morbo prorsus iam declinato, vt nihil aliud, quàm coctorum expuitionem desideraret, exhibuit, is meritò ægrotanti ipsi, qui sequenti nocte suffocatus est, mortis causa fuisse est visus. Verùm lenticulam nemo mente præditus dederit. Quòd si æger aquam mulsam, ptisanamque fastidierit, pisces saxatiles sunt maximè idonei, ex aqua, & marrubio, & anetho, & sale, & modico oleo parati; atque ex non saxatilibus, āselli. Sed anteà oxymel propinare oportet; nihil enim id habet quod stomacho noceat, nisi affectis in ægroto aliquo neruis, & in muliere, vtero. Quòd si pro eo medicamentum aliud dare volueris, *dabis* eam, quæ ex marrubio & iride fit, confectionem. Nam hæc etiam, si per se cum mulsa bibatur, maturat probè, quæ tum in thorace, tum in pulmone sunt excrementa, atque ad expuitiones præparat.

Optimam ptisanam ex hordeo probatissimo, & idonea coctione fieri; de hordei delectu.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 27.

AT ptisanam intereà ex optimo confici hordeo, & quàm optimè coctam esse oportet, ac præsertim si non solo cremore uti debeas.

COMMENTARIVS GALENI.

OPtimum hordeum, priusquàm experiaris, ex eo solùm quod & plenum sit, & nihil rugosum in se habeat, iudicabitur. Sed experientiâ iudicatum per decoctionem deprehendetur,

A πάσθαι· καὶ τὸν λογισμὸν δὲ τῆς συμβουλῆς αὐτὸς προσέθηκεν εἰπών·

Τὰ τῇ πτισσάνης χρήσει ἐν τοῖς πλευριτικοῖς ἑπόμενα ἀγαθά, τῆς ὕλης ἧσσον πυώδους γινομένης ὕγρανσις, καὶ τμῆσις, καὶ ἐκκάθαρσις, καὶ ἀνάπτυσις, καὶ τὸ τὴν δύναμιν ῥώννυσθαι, καὶ τῶν ὀδυνῶν παῦσις, καὶ ἡ κρίσις ἁπλουστέρα· καὶ πτισσάνη τῶν ἐδεσμάτων τὸ ἄριστον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κϛʹ.

B Αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου, καὶ ἐκκαθαίρεσθαι· αἵ τε γὰρ καθάρσιες [102] πολλῷ τελεώτεραί εἰσι, καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίνονται, ἢ εἰ ἀλλοίως τις διαιτῴη, καὶ αἱ κρίσιες ἁπλούστεραι, καὶ [103] εὐκριτώτεραι, καὶ ἧσσον ὑποστροφώδεες.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Γίνεται δὲ ταῦτα πάντα καλῶς ὑπὸ τῆς πτισάνης, διὰ τὸ ὑγραίνεσθαι, καὶ τέμνεσθαι μετρίως τὰ δεόμενα τῆς ἀναπτύσεως ὑγρά, C καὶ διὰ τὸ τὴν δύναμιν ῥώννυσθαι. συνελθόντων γὰρ ἀμφοτέρων, ἐκκαθαίρονται ταχέως τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων οἱ μοχθηροὶ χυμοί· ὧν τὸ μὲν ὑγραίνειν τε, καὶ τέμνειν, ὑπάρχει καὶ τῷ μελικράτῳ, ὁμοίως δὲ τῇ πτισσάνῃ ῥωννύναι τὴν δύναμιν οὐχ ὑπάρχει· τἀναντία δ' ἄρτῳ τε καὶ χόνδρῳ, τῷ ῥωννύναι τὴν δύναμιν ἔχοντι, τὸ ὑγραίνειν καὶ τὸ τέμνειν οὐχ ὑπάρχει· καθάπερ οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ τῶν εἰθισμένων δίδοσθαι τοῖς ἀρρώστοις ὑπὸ τῶν νῦν ἰατρῶν, οἷον ᾠῶν, ὄρχεων ἀλεκτρυόνων, πτερῶν, ἰχθύων τε, καὶ περιστερῶν νεογνῶν, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα. καὶ ὁ τὴν φακῆν διδοὺς D ἰατρὸς ἐσκευασμένην δι' ὄξους, ἐπὶ πλευριτικοῦ τελέως ἤδη παρηκμακότος, ὡς μηδενὸς ἄλλου δεῖσθαι, ἢ ἀναπτύσεως τῶν πεπεμμένων, εἰκότως ἔδοξεν αἴτιος γενέσθαι θανάτου τῷ κάμνοντι, πνιγέντι διὰ τῆς ἐπιούσης νυκτός. ἀλλὰ φακῆν οὐδ' ἄν τις δοίη τῶν ἐχόντων νοῦν. ἀπεστραμμένου δὲ μελίκρατον καὶ πτισσάνην τοῦ κάμνοντος, οἱ πετραῖοι τῶν ἰχθύων ἐπιτηδειότατοι, σκευαζόμενοι δι' ὕδατος, καὶ πρασίου, καὶ ἀνήθου, καὶ ἁλῶν, ἐλαίου τε συμμέτρου· τῶν δὲ μὴ πετραίων, οἱ ὀνίσκοι. προδιδόναι δ' αὐτῷ ὀξύμελι, κακοστόμαχον γὰρ οὐδὲν ἔχει τοῦτο, E πλὴν εἰ πεπονθότων ἐπί τινος ἀρρώστου τῶν νεύρων, καὶ τῆς μήτρας ἐπὶ γυναικός. ἀντ' αὐτοῦ δ' εἰ βούλοιο, τῶν ἄλλων τι διδόναι φαρμάκων, οἷόν ἐστι τὸ διὰ πρασίου τε, [104] καὶ ἴρεως· καὶ αὐτὴ μέν γε καθ' ἑαυτὴν ἅμα μελικράτῳ πινομένη, πέττει καλῶς τὰ κατὰ τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα περιττώματα, καὶ πρὸς τὰς ἀναπτύσεις παρασκευάζει.

Τὴν καλλίστην πτισσάνην ἐκ τῆς βελτίστης κριθῆς καὶ τῆς ἑψήσεως ἐπιτηδείου σκευάζεσθαι· καὶ περὶ τῆς τῆς κριθῆς ἐκλογῆς.

F ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κζʹ.

Τὰς δὲ πτισσάνας χρὴ ἐκ βελτίστων τεῶς κριθέων εἶναι, καὶ [105] ὡς βέλτιστα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Βέλτισται κριθαί, πρὸ μὲν τῆς πείρας κριθήσονται διὰ μόνου τοῦ πλήρεις εἶναι, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυταῖς ῥυσσόν· αἱ δὲ τῇ πείρᾳ κεκριμέναι διὰ τῆς ἑψήσεως,

ὅταν ἐπιπλεῖστον ἀνοιδίσκωνται, καὶ χυλὸν ποιῶσι πλεῖστον, ὅπερ δὴ καὶ βέβαιόν ἐστι τῆς ἀρετῆς αὐτῶν γνώρισμα· ὃ γὰρ ἀπὸ τῆς εὐπορίας, οὐκ ἐπιστημονικὸν, οὐδὲ διὰ παντὸς ἀληθὲς, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατορθούμενον. Ἀξιοῖ δὲ τὰς πτισάνας, ἀεὶ μὲν εἶναι [106] βελτίστας, μάλιστα δὲ ἐὰν μὴ μόνον τῷ χυλῷ χρῆσθαι μέλλωμεν, ἀλλὰ καὶ ὅλαις αὐταῖς· διότι δὲ τοῦτο ἀξιοῖ, σαφῶς αὐτὸς ἐδήλωσεν, εἰπών·

A quum plurimùm intumeſcat, & cremorem faciat plurimum, quod certum ratumque virtutis ipſius eſt argumentum; nam quod à plenitudine ſumitur, id ſcientificum non eſt, neque perpetuò verum, ſed magna ex parte benè ſuccedit. Ptiſanam autem perpetuò optimam eſſe iuber, ſed maximè ſi non ſolo vti cremore velimus, verùm & ipſâ totâ. Quare autem id præcipiat, manifeſtè ipſe declarauit, quum inquit;

Τῆς πτισάνης ἀρετὴν εἶναι καὶ τὸ ὀλισθηρόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κη'.

Μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τῆς πτισάνης, τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν· οὐδαμῇ γὰρ προσίσχεται, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν.

Inter ptiſanæ virtutes eius lubricitas.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 28.

B *Nam cum alijs virtutibus ptiſanæ lubricitas efficit, vt hordeum quum deuoratur, minimè lædat; nuſquàm enim adhæret, neque ſecundum thoracis rectitudinem immoratur.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἴσμεν δ' ἔτι τὴν ἴξιν, ὡς τὸ πολὺ μὲν τὴν εὐθυωρίαν, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὴν λέγει τὴν φοράν. ἡ δὲ διὰ τοῦ θώρακος εὐθυωρία τε καὶ φορὰ τῆς καταπινομένης πτισάνης ἄχρι τῆς γαστρὸς, εὔδηλον ὅτι διὰ τοῦ στομάχου γίνεται· καὶ ἐν τούτῳ βούλεται μηδὲν αὐτῆς προσίσχειν. ἐν γὰρ τοῖς κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα πάθεσι θερμασίας οὔσης πολλῆς, προσισχόμενον τοῦτο, ξηραινόμενόν τε καὶ δυσαπολύτως προσπλαττόμενον, ἄσην τέ τινα καὶ δίψαν ἐπιφέρει.

COMMENTARIVS GALENI.

Scimus *Hippocratem* rectitudinem, ſæpiuſculè quidem rectum tramitem, interdùm autem & lationem dicere. Quòd autem ptiſanæ deglutitæ per thoracem tum rectus trames, tum latio ad ventrem vſque per ſtomachum fiat, pa-
C tet; vultque in ea re nihil ipſi adhærere. Quum enim multus in thoracis, pulmoniſque affectionibus exiſtat calor, quod adhæret, id areſcit atque auulſionis expers affigitur, & iactationem quandam, & ſitim adfert.

Τὴν πτισάνην ὀλισθηροτάτην εἶναι, καὶ ἀδιψοτάτην, καὶ εὐπεπτοτάτην, καὶ ἀσθενεστάτην· καὶ διὰ τί ἀσθενεστάτη λέγεται.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κθ'.

Ὀλισθηροτάτη δὲ, καὶ ἀδιψοτάτη, καὶ εὐπεπτοτάτη, καὶ [109] ἀσθενεστάτη ἐστὶν ἡ κάλλιστα ἑφθὴ, ὧν πάντων δεῖ.

Ptiſanam maximè lubricam eſſe, ac ſitim reſtinguere, facillimè concoqui, & infirmam eſſe, & cur infirma dicatur.

D TEXTVS HIPPOCRATIS. 29.

Est autẽ maximè lubrica, ſitimq; maximè reſtinguit, & facillimè coquitur, & eſt infirmiſſima, ſi optimè cocta fuerit; quibus omnibus opus eſt.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὴν καλῶς ἡψημένην πτισάνην, οὐ μόνον ὀλισθηροτάτην τε καὶ ἀδιψοτάτην καὶ εὐπεπτοτάτην εἶναί φησιν, ἀλλὰ προσέθηκε τῷ τέλει, καὶ ἀσθενεστάτην. τὸ μὲν οὖν ὀλισθηροτάτην εἶναι τὴν καλῶς ἡψημένην, ἤδη προείρηται· τὸ δὲ καὶ ἀδιψοτάτην αὐτὴν ὑπάρχειν, ἐν τῷ [110] προσκεῖται, διὰ τὴν τῆς κριθῆς φύσιν γινόμενον· ἔστι δὲ ψυχρὰ τὴν κρᾶσιν. [111] ὅπως δὲ χρὴ κρίνειν ψυχρὰν καὶ θερμὴν οὐσίαν, ἐπὶ μὲν τῶν ζώων, ἐν τοῖς περὶ κράσεων εἴπομεν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀψύχων, ἐν τοῖς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. Ἀλλὰ καὶ εὐπεπτοτάτην εἶναί φησι τὴν τοιαύτην πτισάνην, ὡς ἂν διαλελυμένην τε, καὶ μηδὲν ἔτι σκληρόν τε, καὶ δυσκατέργαστον ἔχουσαν, ἄφυσόν τε γεγενημένην ἤδη, διὰ τὸ τῆς ἑψήσεως μῆκος. Ὃ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς [112] ῥήσεως εἶπεν, ὀνομάσας ἀσθενεστάτην τὴν οὕτως ἡψημένην, εἰ μηδὲν προειρήκει περὶ αὐτῆς ὡς εὐπεπτοτάτης, ἕτοιμον ἦν τὸ φάναι πρὸς τὴν ἐν τῇ γαστρὶ κατεργασίαν ἀναφέρεσθαι τὸν λόγον, ἀσθενεστάτης αὐτῆς εἰρημένης, ὡς εἰ καὶ ῥᾷστα νικωμένην εἰρήκει, καὶ κατεργαζομένην ὑπὸ τῆς γαστρὸς, καὶ μεταβαλλομένην· ἐπεὶ δὲ τοῦτο προείρηται, τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς, ἤτοι διότι βραχεῖαν τροφὴν τῷ σώματι

COMMENTARIVS GALENI.

Ptiſanam probè coctam non modò maximè lubricam, ſitimque maximè reſtinguentem,
E & facillimæ coctionis eſſe aſtruxit, ſed ſub finem infirmiſſimam eſſe adiecit. Quòd itaque maximè lubrica ſit, ſi probè cocta fuerit, iam anteà enunciatum eſt. Sed & quòd ſitim maximè expleat, hîc propter hordei naturam adijcitur. Eſt autem *hordeum* temperamento frigidum. Verùm quo pacto ſubſtantiam tum frigidam, tum calidam iudicare oporteat, inter animantia quidem in libris de temperamentis diximus; inter verò inanimata, in libris de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Imò & facillimæ, ait eſſe coctionis ptiſanam huiuſmodi, vt quæ diſſoluta ſit,
F neque quippiam habeat, quod durum ſit, & difficulter confici poſſit, atque flatûs expertem iam propter longam elixationem effectam. Quod verò in dictionis fine dixit, ptiſanam ita coctam, infirmiſſimam nominans, ſi nihil de facillima ipſius coctione prædixiſſet, promptum eſſet ſermonem ad eam quæ in ventre fit confectionem referendum affirmare, quaſi infirmiſſimam dixiſſet, quæ in ventre & facillimè vincatur, & conficiatur, & permutetur. Sed quoniam id prædixit, infirmitatem illam intelligere oportet, quòd vel paucum

paucum præstet corpori alimentum, vel nullam habeat qualitatem vehementem, vt vel neruos, vel mentem feriat, quemadmodùm acetum vinumque.

Non idoneum ptisanæ sorbendæ modum lædere; & quid τιμωρῆσαι.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 30.

Nisi igitur quis quantum deest, contulerit, vt idoneus eiusmodi ptisanæ sorbendæ modus efficiatur, plerúnque lædet.

COMMENTARIVS GALENI.

Eorum doctrinam exorditur, de quibus paulò ante se dicturum pollicitus est, quum dixit; *sed & multa quoque alia peropportuna, ex quibus signa elicienda sunt, prætermittuntur, quæ posteà dicentur.* Quòd autem verbum τιμωρῆσαι, tum apud antiquos, tum apud Hippocratem ipsum, sæpiùs pro βοηθῆσαι, *auxiliari*, dictum sit, demonstratum & in aliis libris, per eas quas in ipsos confecimus, enarrationes.

Sorbitionem exoneratâ priùs aluo exhibendam esse, aliàs dolores excitare, aut exacerbare, & densam respirationem facere, & oblædere.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 31.

Quibus etenim statim cibus interclusus est, si quis eo non subuacuato sorbitionem dederit, dolorem si adest exacerbauerit; si non adest, statim induxerit; densiorque euaserit spiritus; hoc autem malum est; pulmonem enim exiccat, fatigatque hypochondria, & imum ventrem, septumque transuersum.

COMMENTARIVS GALENI.

Cibum dixit, quod ab edulijs in intestinis continetur excrementum, quod certè stercus ac merdam appellant. Si igitur incluso eo, hoc est, ex multo tempore non deiecto, ad ptisanæ exhibitionem quis venerit, lateri læsionem fieri necesse est, ob intestinorum obstructionem, quam ex collecto in ipsis stercore, flatuque propter oblatam ptisanam non pertranseunte, ac demùm ob prauam quæ ad affectam partem fit distributionem, consequuta sunt; proindéque ipsam necessariò dolorem, si remissus fuerit, rursum exacerbare; si verò cessauerit, procreare. Etenim vapores, flatulentus spiritus, & exhalationes stercorum, ad latus accedentes, dolorem ipsi pariunt, exacerbantque; ob eas autem causas & frequentior fiet respiratio. Vocauit autem totam respirationem, spiritum, & in prognostici libro & in epidemiorum libris. Densata autem respiratio, spirabilibus in organis assiduum ob motum calorem maiorem efficit, quo calore siccantur tum pulmo, tum septum transuersum, siccanturque simul & calefiunt quæ tum in hypochondrio, tum in peritonæo existunt animalis partes; omnes enim in respirationibus vnà cum thorace mouentur.

A δίδωσιν, ἀκουστέον ἐστὶν, ἢ ὅτι ποιότητα μηδεμίαν ἔχει σφοδρὰν, ὡς ἤτοι τῶν νεύρων, ἢ τῆς γνώμης ἅπτεσθαι, καθάπερ ὄξος τε καὶ ὁ οἶνος.

Τὸν μὴ αὐτάρκη τῆς πτισανορροφίας τρόπον βλάπτειν· καὶ τί τὸ τιμωρῆσαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λ'.

ΗΝ μὲν οὖν μὴ προστιμωρήσῃ τις, ὁκόσον δέεται αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανορροφίης,
B πολλαχῇ βεβλάψεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΑΡχεται τοίνυν τῆς διδασκαλίας ὧδε, περὶ ὧν ἐρεῖν ἐπηγγείλατο μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡνίκ' ἔφη· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρῆται, οἷς προσσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον. ὅτι δὲ τὸ [114] τιμωρῆσαι, παρά τε τοῖς ἄλλοις παλαιοτέροις καὶ αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει, πολλάκις ἀντὶ τοῦ βοηθῆσαι λέλεκται, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα συγγράμματα
C δέδεικται διὰ τῶν γεγενημένων ἡμῖν ἐξηγήσεων [115] εἰς αὐτά.

Τὸ ῥόφημα μετὰ τὴν τῆς γαστρὸς κένωσιν δοτέον· ἄλλως δὲ τὴν ὀδύνην ἐμποιεῖν, ἢ παροξύνειν, καὶ πνεῦμα πυκνότερον φέρειν, καὶ βλάπτειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λα'.

ΟΚόσοισί τε γὰρ σῖτος αὐτίκα [116] ἐγκατακέκλεισται, ἢν μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δοίη, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν παροξύνειεν ἄν, καὶ μὴ ἐνεοῦσαν
D εὐθὺς ἐμποιήσειεν, καὶ πνεῦμα πυκνότερον γένοιτ' ἄν· κακὸν δὲ τοῦτό ἐστιν· [117] ξηραντικόν τε γὰρ πνεύμονος, καὶ κοπῶδες ὑποχονδρίου, καὶ ἤτρου, καὶ φρενῶν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΣΙτον εἶπε τὸ ἀπὸ τῶν σιτίων περίττωμα περιεχόμενον ἐν τοῖς ἐντέροις, ὃ δὴ καὶ σκύβαλον ὀνομάζουσι καὶ κόπρον. εἰ τοίνυν, ἐγκατακεκλεισμένου τούτου, τουτέστιν ἐκ πολλοῦ χρόνου μὴ διακεχωρηκότος, ἐπὶ τὴν τῆς πτισάνης
E προσφορὰν ἀφίκοιτό τις, ἀναγκαῖόν ἐστι βλάβην γενέσθαι τῇ πλευρᾷ, διὰ τὴν ἔμφραξιν τῶν ἐντέρων, ἣν ἐκ τῆς ἠθροισμένης ἐν αὐτοῖς ἔσχηκε κόπρου, μήτε φύσης διεξερχομένης ἐπὶ τῇ προσφορᾷ τῆς πτισάνης, ἀναδόσεώς τε μοχθηρᾶς γιγνομένης ἐπὶ τὸ πεπονθὸς μέρος· ὥστε ἀναγκαῖόν ἐστι, τὴν ὀδύνην, εἰ μὲν εἴη λελωφηκυῖα, παραυξηθῆναι πάλιν· εἰ δὲ πεπαυμένη, γεννηθῆναι. καὶ γὰρ ἀτμοὶ, καὶ πνεῦμα φυσῶδες, ἀναθυμιάσεις τε τῶν σκυβάλων, ἐπὶ τὴν πλευρὰν ἀφικόμεναι, τὴν ὀδύνην αὐτῆς καὶ γεννήσουσι καὶ παραυξήσουσι· ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ ἡ ἀναπνοὴ πυκνοτέρα
F γενήσεται· κέκληκε δὲ τὴν ὅλην ἀναπνοὴν, πνεῦμα, κἀν τῷ προγνωστικῷ συγγράμματι, καὶ τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν. πυκνωθεῖσα δὲ ἀναπνοὴ, θερμασίαν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ἐργάζεται πλείονα, διὰ τὸ συνεχὲς τῆς κινήσεως, ἐφ' ᾗ θερμασία, ξηραίνεται μὲν ὁ πνεύμων καὶ τὸ διάφραγμα, συνξηραίνεται δὲ καὶ συνθερμαίνεται καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριόν τε καὶ περιτόναιον μόρια τοῦ ζώου· πάντα γὰρ συγκινεῖται [118] τῷ θώρακι κατὰ τὰς ἀναπνοάς.

Τὸ δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως εἰρημένον, οἷσι γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, τὸ αὐτίκα φωνὴν ἐνηλλαγμένην ἔχει κατὰ τὴν τάξιν· ἀπολαβούσης δ᾽ αὐτῆς τὴν οἰκείαν σύνθεσιν, ὁ λόγος ἔσται τοιόσδε. μὴ προσβοηθησάντων δὲ ἡμῶν διὰ τοῦ προειρημένου τρόπου τῆς πτισανορροφίης, πολλαχόθι γενήσεται βλάβη. αὐτίκα γοῦν, οἷς σῖτος ἐγκατακέκλεισται, εἰ μή τις ὑποκενώσας πρότερον αὐτὸν, οὕτω δοίη τὸ ῥόφημα, βλάβην ἐργάσεται μεγίστην.

A Quod autem in principio dictionis dicitur, *Quibus etenim cibus statim interclusus*, vocem hanc *statim* ordine habet commutatam; quæ si suam acceperit concinnitatem, dictio talis erit. Nisi præfato ptisanaceæ sorbitionis modo suppetias tulerimus, frequentiùs orietur læsio. Statim ergo quibus cibus interclusus est, nisi quis priùs subuacuato eo, sorbitionem ita dederit, maximam afferet læsionem.

Ἐν τῇ πλευρίτιδι εἰ μὲν ἡ ὀδύνη συνεχὴς ᾖ, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλάσῃ, καὶ διὰ καθάρσεων ἢ διὰ φλεβοτομίας μὴ λυθῇ, καὶ τὰ πτύελα μὴ ἐκπτύηται, ἢ καταγλισχραινόμενα μένῃ, τὴν πτισάνην ἄνευ τάχεος θανάτου μὴ προσφέρεσθαι.

B In pleuritide si dolor continuus sit, nec fomentis, aut purgantibus, aut phlebotomiâ cessauerit, nec sputa excludantur, aut cruda ac glutinosa immorentur, ptisanam citra necem non exhiberi.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λβ΄.

ΤΟῦτο δὲ, ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ συνεχέος ἐούσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου [119] ἀσαπέως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα ταμὼν, ἢ ὁκότερον ἂν τουτέων [120] συμφέρῃ· τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως [121] ἔχουσι διδῷς, [122] ταχέες οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίγνονται. C

TEXTVS HIPPOCRATIS. 32.

ID verò cauendum, si lateris dolore etiamnum continuò existente, neque ad calida fomenta remittente, sputóque minimè prodeunte, imò perquàm glutinoso crudescente, nisi quis dolorem, aut aluo emollitâ, aut sectâ venâ soluerit, aut horum vtruncunque contulerit; si ptisanam ita affectis dederis, his mors præceps oborietur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΑΝαμνησθῶμεν, ὅτι περὶ πλευρίτιδος ἐποιεῖτο τὸν λόγον ὡς παραδείγματος· ἐδείχθη δὲ αὕτη γιγνομένη διὰ τὴν φλεγμονὴν τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος ὑμένος. ἐὰν οὖν ἀκμαζούσης τῆς φλεγμονῆς, πτισάνην τις διδῷ, μεγάλως βλάψει τὸν κάμνοντα. τοῦ δ᾽ ἀκμάζειν αὐτὴν γνώρισμα, τό, τε συνεχὲς τῆς ὀδύνης, καὶ τὸ μηδὲν ἐνδιδόναι πρὸς τὰ θερμάσματα. D πρόσκειται δὲ τῷ λόγῳ καὶ ἄλλο γνώρισμα πλευρίτιδος, οὐ μόνον μεγάλης, ἀλλὰ καὶ κακοήθους, τὸ, γλίσχρον ἱκανῶς γιγνόμενον τὸ πτύελον εἴργεσθαι τῆς κενώσεως, ἐμπλαττόμενόν τε καὶ προσεχόμενον τοῖς πεπονθόσι μέρεσι· τὸ γὰρ καταγλισχραίνεσθαι, πλέον τι σημαίνει, τὴν σφοδροτάτην γλισχρότητα ἐνδεικνυμένης τῆς ῥήσεως, ἐν τῷ προσλαβεῖν τὴν κατὰ πρόθεσιν. ἤρκει μὲν οὖν καὶ διὰ τῆς προσθήκης αὐτῆς ἀφορίσαι τὸ οὕτω γλισχραινόμενον τοῦ πεττομένου· γλίσχρον μὲν γὰρ γίνεται κἀκεῖνο E μετρίως, οὐ μὴν καταγλισχραίνεται, τουτέστιν οὐκ ἐσχάτως, οὐδ᾽ ἄκρως πάσχει τοῦτο. τοῦ δὲ μὴ παρακοῦσαί τινα, τούτου χάριν οὐκ ὤκνησε τῷ λόγῳ προσγράψαι καὶ τὸ ἀσαπέως, ὅπερ ταὐτὸν δηλοῖ τῷ ἀπέπτως· τὸ γὰρ καταγλισχραινόμενον ἀπέπτως, μοχθηρόν. ἐν τούτῳ δὴ καθεστῶτος τοῦ κάμνοντος, εἰ πτισάνην τις προσφέροι, πρὶν λῦσαι τὴν ὀδύνην ἢ διὰ φλεβοτομίας, ἢ διὰ κενώσεως γαστρὸς, ἀναιρήσει τὸν ἄνθρωπον. εἰρηκὼς γὰρ ἐπὶ τῆς προκειμένης κατὰ τὸν λόγον τῆσδε πλευρίτιδος, ὡς οὐδὲν ἐνδιδούσης πρὸς τὰ θερμάσματα, F δύο λοιπὰ τῆς ὀδύνης ἔχει τὰ αὐτίκα βοηθήματα, φλεβοτομίαν καὶ κάθαρσιν· ἡ γὰρ τῶν δι᾽ ὀπίου, καὶ ὑοσκυάμου, καὶ μανδραγόρου σκευαζομένων φαρμάκων χρῆσις, οὐ τὴν ὀδυνώδη διάθεσιν ἰᾶται τῆς πλευρίτιδος, ἀλλὰ τὴν αἴσθησιν νεκροῖ. νυνὶ μὲν οὖν ἁπλῶς ἐμνημόνευσε φλεβοτομίας τε καὶ καθάρσεως κοιλίας, ἐφεξῆς δὲ διέξεισι περὶ τῆς ἑκατέρου χρήσεως.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd de pleuritide pro exemplo sermonem fecerit, in memoriam reuocemus. Fieri autem *pleuritidem* ipsam propter inflammationem membranæ costas succingentis ostendimus. Si igitur, vigente inflammatione, ptisanam quis dederit, ægrum grauiter oblædet. Vigentis autem inflammationis notæ sunt, dolor assiduus, & quòd nihil à calidis fomentis remittatur. Textui autem & alia adiicitur pleuritidis non solùm magnæ, verùm & malignæ nota, quòd sputum abundè glutinosum ab euacuatione arceatur, affectis partibus infarctum & adhærescens. Nam peragglutinari plus aliquid indicat, dictione maximam glutinationem significante, factâ præpositionis huius *per* adiectione. Satis igitur fuerit ex ipsius additamento, quod ita glutinosum fit, ab eo, quod concoquitur, distinxisse. Nam quod concoquitur, mediocriter glutinosum existit, non tamen peragglutinatur, hoc est neque extremè, neque summè id patitur. Et ne quis in ea re falleretur, propterea non moratus est huic verbo aduerbium hoc *crudè* adscribere, quod idem ac incoctè significat. Nam quod incoctè peragglutinatur, prauum. Ægro autem ita affecto siquis ptisanam dederit, priusquàm dolorē, vel sectâ venâ, vel ventris euacuatione soluerit, hominem perimet. Nam in præsenti pleuritide, quum à calidis fomentis non remissum esse dolorem dixit, statim duo alia habet in dolorem remedia, venæ sectionem, & purgationem. Nam eorum, quæ ex opio, hyoscyamo, & mandragora conficiuntur, medicamentorum vsus, dolentem pleuritidis affectionem non sanat, sed sensum enecat. Nunc ergo tum sectionis venæ meminit simpliciter, tum alui purgationis; sed deinceps super vtriusque vsu distinguet.

Qui

A

Qui pleuritici totâ ptisanâ vtuntur, priusquàm dolor cessauerit, eos septimo die mente læsos, vel orthopnœâ & stertore præfocatos interire.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 33.

HAs igitur ob causas, & alias huiusmodi etiamnùm magis, qui totâ vtuntur ptisanâ, septimo die, ac celeriùs moriuntur; alij quidem mente læsi, alij verò orthopnœâ stertoreque præfocati.

B

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd plerúnque causas occasiones nominet, & in aliorum eius operum explicationibus demonstratum est. Sed quas alias causas præter ab ipso commemoratas, paucis diebus simul inferre mortem dicat, adiicere sermoni oportet. Nunc siquidem sumptionem ptisanæ, priusquàm soluatur dolor, recensuit, sputique ob densum spiritum lentorem, ob quem & suffocantur. Sed lædi quoque asserit, si priùs (vt supposuit) quàm vacuati sint, vinum assumpserint, aquam item mulsam, & oxymel. Nam de aliis omnibus, neque idiotis ipsis non constat. Meritò igitur ait ex ipsis alios mente læsos mori; quòd contigit, si vinum, vinosaque intempestiuè sumpserint.

C

Pleuritici cur siderati appellentur, & cur pleuriticorum latus affectum liuidum ac atrum sit.

D

TEXTVS HIPPOCRATIS. 34.

AT sanè hos antiqui sideratos esse existimauerunt, tum ob id maximè, tum non minimè, quòd mortuis latus liuidum plagæ simile deprehendatur.

COMMENTARIVS GALENI.

PRiscos talis prehendit opinio, tum propter interitûs celeritatem, tum quòd nonnullorum latus affectum liuore videretur, vbi scilicet inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorem perueniente, quicquid in cute diuisum solutumque est, id in morte refrigeratum atrorem contraxit, illis factum simile, hoc est æquale, qui ita ex plaga affecti sunt.

E

Paucis superioris textûs ratio redditur.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 35.

F

REi huius hæc causa est, quod priusquàm dolor soluatur, intereant; breui siquidem anhelatores fiunt.

Τοὺς πλευριτικοὺς ὅλῃ τῇ πτισάνῃ χρωμένους πρὶν λῦσαι τὴν ὀδύνην, ἑβδομαίους τὴν γνώμην βλαβέντας, ἢ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίας καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντας ἀπόλλυσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λγ΄.

ΔΙὰ ταύτας οὖν τὰς προφάσιας, καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι μᾶλλον, οἱ ὅλῃσι χρεώμενοι πτισάνῃσιν, ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι θνήσκουσιν, οἱ μέντοι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤΙ πολλάκις ὀνομάζει τὰς αἰτίας προφάσεις, ἐδείχθη κἀν ταῖς τῶν ἄλλων συνταγμάτων αὐτοῦ ἐξηγήσεσι· τίνας δ' ἑτέρας προφάσεις παρὰ τὰς εἰρημένας αὐτῷ, συνεπιφέρειν φησὶ τοὺς ὀλιγημέρους θανάτους, προσθεῖναι τῷ λόγῳ χρή. νῦν μὲν γὰρ εἴρηκε [124] τήν γε τῆς πτισάνης προσφορὰν, πρὶν λῦσαι τὴν ὀδύνην, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ πυκνῷ πνεύματι γλισχρότητα τοῦ πτυέλου, δι' ἣν καὶ ἀποπνίγονται· βλαβῆναι δέ [125] φησιν, εἰ καὶ οἴνου προσενέγκαιντο, πρὶν ὡς ὑπέθετο, κενωθῆναι, καὶ μελικράτου καὶ ὀξυμέλιτος· περὶ γὰρ τῶν ἄλλων ἁπάντων οὐδὲ τοῖς ἰδιώταις ἄδηλον. εἰκότως οὖν ἔφη καὶ τὴν γνώμην βλαβέντας ἐνίους αὐτῶν ἀπόλλυσθαι, ὅπερ πέφυκεν, οἴνῳ τε καὶ τοῖς οἰνώδεσιν ἀκαίρως προσενεχθεῖσι.

Διὰ τί οἱ πλευριτικοὶ βλητοὶ ὀνομάζονται, καὶ διὰ τί ἡ τῶν πλευριτικῶν πλευρὰ ἡ διατεθεῖσα, πελία τε καὶ μέλαινα ἐστί.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λδ΄.

ΜΑλα δὲ τοὺς τοιουτέους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὅτι ἀποθανόντων αὐτέων ἡ πλευρὴ πελίη εὑρίσκεται ἴκελόν τι πληγῇ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑΙ διὰ τὸ τάχος μὲν τῆς ἀπωλείας ἡ τοιαύτη δόξα τοὺς ἀρχαίους εἰσῄει, καὶ διὰ τὸ πελιδνοῦσθαι ἐπὶ τῆς πλευρᾶς ἐνίοις, ἔνθα δηλονότι τῆς φλεγμονῆς ἦν ἡ ῥίζα. τοῦ γὰρ ἐπ' αὐτὴν αἵματος ἀφικνουμένου διὰ τὴν ὀδύνην, ὅσον ἐμερίσθη πρὸς τὸ δέρμα, τοῦτ' ἐν τῷ θανάτῳ ψυχθὲν ἐμελάνθη, γινόμενον ἴκελον, τουτέστιν ὅμοιον, τοῖς ἐκ [126] πληγῆς οὕτω διατεθεῖσιν.

Διὰ βραχέων τῆς προτέρας ῥήσεως λόγος ἀποδίδοται.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λε΄.

ΑΙτιον δὲ τούτου τόδε ἐστὶν, ὅτι πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην, θνήσκουσι· ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται.

A

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤΙ δὲ τοιοῦτον ἀναπνέουσιν, αὐτὸς ἐφεξῆς ἐδήλωσεν, εἰπών·

Τὰ τοῦ πλευριτικοῦ θανατώδεις σημεῖα· καὶ ὅθεν ἡ ῥέγξις.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λϛʹ.

B

ΥΠὸ δὲ τοῦ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος, ὡς ἤδη εἴρηται, καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως, κωλύει τὴν ἐπάνοδον γίγνεσθαι, ἀλλὰ τὴν ῥέγξιν ποιεῖ ἐνισχόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τοῦ πνεύμονος· καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ, θανατῶδες ἤδη ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐστί.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟ ἔμπροσθεν [117] αὐτῷ ῥηθὲν ἀσαπές, τοῦτο νῦν ἄπεπτον ὠνόμασε, μαρτυρῶν ἡμῖν, ὅτι καλῶς καὶ τότε τὴν μετάληψιν ἐποιησάμεθα τῆς φωνῆς.

C

Ὅτι τὸ πτύελον ἐνισχόμενον, τὸ πνεῦμα εἴσω φέρεσθαι κωλύει, ἐξέρχεσθαι δὲ ἀναγκάζει.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λζʹ.

ΚΑὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύελον ἐνισχόμενον, κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα εἴσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

D

ΟΥ πᾶν δὲ τὸ πνεῦμα κωλύεται κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις ἔσω φέρεσθαι, τοῦτο γὰρ εἰ γένοιτο, παραχρῆμα τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡσαύτως τοῖς ἀπαγξαμένοις· ἀλλὰ [118] τὸ συμφέρον δηλονότι τῇ χρείᾳ τῆς ἀναπνοῆς ἔσω φέρεσθαι κωλύεται, διὸ καὶ μέχρι τινὸς ἐξαρκοῦσιν, ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τῆς ἐνδείας ταύτης αὐξανομένης ἀπόλλυνται.

Πῶς τὸ πτύελον καταγλισχραινόμενον, καὶ πυκνὸν τὸ πνεῦμα, εἰς τὸ τοῦ κάμνοντος κακὸν ἀλλήλοις συντιμωροῦσι.

E

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ληʹ.

ΚΑὶ οὕτως ἐς τὸ [119] κακὸν ἀλλήλοισι συντιμωρέουσι. τό, τε γὰρ πτύελον ἐνεχόμενον, πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιεῖ· τοῦτο δὲ πυκνὸν ἐόν, ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον, καὶ κωλύει ἀπολισθαίνειν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤΙ τὸ τιμωρεῖν ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν, οἵ τ' ἄλλοι παλαιοὶ καὶ ὁ Ἱπποκράτης κέχρηνται, πολλάκις ἔμπροσθεν εἴρηται· καὶ

F

νῦν οὖν τὸ συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακόν, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ συμπράττειν καὶ λυσιτελεῖν. πῶς δὲ συμπράττει καὶ λυσιτελεῖ, σαφῶς μὲν καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν, εἰρήσεται δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν. τὸ πτύελον ἰσχυρῶς ἰσχόμενον ἐν τοῖς τοῦ πνεύμονος βρόγχοις, στενοχωρίαν ἐργάζεται ταῖς διεξόδοις τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ ταύτην τὴν στενοχωρίαν, ἧττον εἰσπνέουσιν οἱ κάμνοντες· ὅσῳ δ' ἂν ἧττον εἰσπνέωσι, τοσῷδε μᾶλλον ἀπλήρωτον ἐργάζονται τὴν χρείαν τῆς

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd autem hoc pacto respirent, deinceps ipse declarauit, inquiens;

Pleuritici lethalis signa, & vnde stertor.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 36.

A Multo autem densoque spiritu, vt iam dictum est, peragglutinatum cruditate sputum, egressum fieri prohibet, imò stertorem inducit, pulmonis bronchijs impactum; quumque ad hoc deuenerit, lethale iam plerúnque existit.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd prius immaturum dixit, nunc incoctum nominauit; fidemque facit, quòd & probè tunc vocis transpositionem fecimus.

Quòd sputum intus impactum spiritum intrò ferri prohibeat, egredi verò cogat.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 37.

ETenim ipsum sputum intus impactum, spiritum quidem intrò ferri prohibet, celeriter verò extrà ferri cogit.

COMMENTARIVS GALENI.

NOn omnis spiritus in huiusmodi affectionibus intrò ferri prohibetur. Id enim si fieret, hominem protinus interire necesse esset, eodem modo ac eos qui strangulantur. Verùm quod vsui nimirùm respirationis confert, intrò ferri prohibetur; quapropter ad tempus aliquod sufficiunt; sed tractu temporis auctâ ipsâ indigentiâ moriuntur.

Quomodò sputum peragglutinatum ac retentum, & densus spiritus, in ægri perniciem mutuas tradant operas.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 38.

ATque ita in ægri perniciem mutuas tradunt operas. nam retentum sputum, densum spiritum facit; spiritusque densus existens, sputum agglutinat, atque defluere prohibet.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd verbo τιμωρεῖν pro opitulari tum antiqui alii, tum Hippocrates vsi sint, sæpiùs antè dictum est; & nunc sanè mutuas tradere operas in perniciem dixit, pro conspirare ac prodesse. At quomodò conspirent, prosintque, perspicuè quidem & ipse ostendit, sed & à nobis dicetur. Sputum in bronchiis pulmonis vehementer adhærens, transitui spiritûs angustiam efficit; atque ob eam angustiam minùs ægri inspirant. Quò autem minùs inspirant, eò magis inexpletũ reddunt respirationis vsum; atque

atque ob id citiùs à priore inspiratione ad secundam properant, quod densum spiritum nominant.

Vt ptisanæ, sic cibi alterius intempestiua exhibitio citam mortem, delirium, orthopnœam, & lateris liuorem pleuriticis adfert.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 40.

Prehendunt autem hæc, non solum si ptisanâ intempestiuè vtantur, verum & multo magis siquid aliud quod ptisana minus idoneum sit, vel ederint, vel biberint.

COMMENTARIVS GALENI.

Ea de re paulò antè dictum est, quando dixit, *Ob has igitur causas, atque ob alias similes.* Imò illic & de vino, & aquâ mulsâ, & oxymelite mentionem fecimus; hîc autem & alia intelligere est opus, quæ ita affectis sic à plerisque medicis exhibentur; quæ sanè etiam, quàm aqua mulsa, vinum, & oxymel, magis lædunt.

Auxilia medica ex vsu ptisanæ integræ, & cremoris, ferè similia; ex potionis vsu aliquando diuersa.

TEXTVS HIPPOCRATIS. 41.

Proinde sanè vt plurimùm similia sunt auxilia, tum ijs qui totâ vtuntur ptisanâ, tum ijs qui cremore ipsius. At qui neutro horum, sed potu solo vtuntur, *his interdùm diuersè auxiliandum est.*

COMMENTARIVS GALENI.

Fomenta calida omninò vocat, quæ corpus quocunque modò calefaciunt. Sunt itaque ipsorum nonnulla prorsus humida, quædam sicca, & quædam ex vtrisque mixta; mordacia præterea alia, alia minimè mordacia, & alia ex ijs commixta tertia. Primum igitur horum genus, quod in textu scripsit, minimè mordax, atque humidum existit. Secundum ex vtrisque sicco & humido, mordaci, & minimè mordaci, commixtum est. B Tertium autem, siccum quidem, sed vel mordax, vel minimè mordax. Quòd si & affectiones vnumquodque dictorum generum postulantes ipse recensuisset, oratio eius tantò melior, quantò & legentibus ipsis vtilior fuisset. Sed quia non recensuit, neque id recensere necessarium erat nobis, qui doctrinam alterius explicamus, non nostram persequimur. At verò quoniam meum est contrà quam interpretes cæteri agere (illi nanque suis in explanationibus sophisticas quæstiones discentibus ad finem artis nihil opitulantes inserunt; ego verò semper quæ commodissima sunt, persequi molior) ob id & nunc do- C ctrinæ Hippocratis ab eo quidem prætermissa, sed toti sententiæ, dogmatisque, atque vniuersalibus præceptis respondentia, adijcere non cunctabor. Quâ igitur ratione fotus omnis doloribus sæpiuscule adiumento sit, priùs dictum est. Atque dictum quoque de illis est doloribus, qui à fotu nullo pacto, nisi priùs vacuato vniuerso corpore, iuuantur. Verùm quum hæc fotibus omnibus communia sint, humidi quidem phlegmonis à biliosiore humore factis idonei sunt; sicci verò à tenui aquosoque sanguine ob- D ortis. *Perpetuò enim contraria contrariorum esse remedia, meminisse oportet.* Hoc igitur scopo, fotus minimè mordaces mordacibus humoribus quadrant; mordaces verò, quod attenuant, crassis & glutinosis. Quare tu quoque enitere coniecturis assequi, quis in phlegmone obsessâ parte exuperans humor sit, ab iis quæ retuli concitatus, ætate laborantis, naturali temperamento, anni tempestate, regione, & vita antecedente. At phlegmone tibi proditâ, ex iis quæ ipsi tum in colore, tum in magnitudine, tum in duritie, tum in mollitie acciderunt; & si pleuritidem, vel E peripneumoniam curaueris, ex iis quæ spuendo excernuntur. Verùm quum præfata omnis dignotio coniecturalis sit, & non scientifica, neque certa, præsertim quum in corporis alto pars sita sit, quæ dolore afficitur, ab iis inchoare te oportet, quæ quàm cætera magis auxilio esse tibi videbuntur. Quòd si nihil præsidii tuleris, ad alia etiam te transferre conueniet. Dolore autem non sedato, ad totius corporis accede euacuationem. Videtur ergo Hippocrates ab eo incepisse fotu, qui periculo omni vacat; is autem est, qui & minimè mordax & humidus existit, F nam etiamsi nihil auxilii attulerit, non tamen magnoperè læserit. At qui ex aceto, vel orobo, vel sale parantur, nisi conuenientem sortiantur affectionem, non solùm non auxiliantur, verùm etiam & dolorem multoperè exacerbant, efficacem sortita facultatem.

Inter

A

Inter fotum ac latus aliquid molle interiiciendum, ne vasa grauitate, aut inæqualitate latus lædant.

TEXTVS HIPPOCRATIS 3.

VErùm priùs molle quidpiam ad latus lenitatis gratiâ subiicere oportet.

COMMENTARIVS GALENI.

B Qvandoquidem in vtre, aut vesicâ, aut vasculo æneo vel testaceo positam aquam lateri admouere præcipit, priùs molle aliquid subiici iis quæ latus cōtingere debeant, vt & minimè premat & prorsus minimè molesta sit eorum quæ admouentur applicatio, imperat. Cuiusmodi fuerit lana mollis, vel linteum multiplex, vel quidpiam eorum quæ mollia existunt. Sed paulò pòst de eo qui per spongiam fit, fotu agens, nihil priùs subiici iubet.

C De primo fotu, qui admotus ne noceat, pannis operiendus est.

TEXTVS HIPPOCRATIS 4.

AT commodè etiam spongia mollis magna ex aquâ calidâ expressa admouetur. Sed fomentum linteo inuoluendum est, etenim longiore tempore sufficiet ac perdurabit; atque simul vt ne halitus ad laborantis spiritum efferatur, nisi fortassis & hoc ad aliquid commodum videatur esse, interdùm enim ad aliquid opportunum est.

D

COMMENTARIVS GALENI.

CÆtera quidem textûs manifesta sunt; sed de halitu disserendum est, qui multam iactationem ac molestiam exhibet, spirandi difficultatem caloris incremento proritat, & pulmonis angustiam, quam humido halitu oppletus patitur. Solis igitur pleuritidibus tum siccis, tum expuitionis expertibus idonea est halitûs inspiratio, plùs auxilii quàm læsionis afferens. Hîc igitur scriptum est primum fotûs genus. Mox ad secundum sese conferens, inquit,

E De secundo fotu tum parato ex hordeo & eruo concisis, aut contritis, in sacculis consutis, & in oxycrato feruefactis, tum parti laboranti admouendo.

TEXTVS HIPPOCRATIS 5.

PRæterea & hordeum, & eruum in aceto temperato paulò acidiore, quàm quis bibere queat, macerata, feruefacta, atque in sacculos consuta admouere oportet; eodemque modo furfures.

Μαλακόν τι προϋποτιθέναι μεταξὺ τῆς πλευρᾶς τε καὶ τοῦ θερμάσματος χρὴ, ὡς μὴ τὰ ἀγγεῖα τῇ βαρύτητι, ἢ ἀνωμαλίᾳ τὴν πλευρὰν βλάπτῃ.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ γ.

ΠΡοϋποτιθέναι δὲ χρὴ μαλθακόν τι πρὸς τὰς πλευρὰς, προσηνείης ἕνεκεν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΠειδὴ τὸ ὕδωρ ἐν ἀσκῷ, ἢ κύστει, ἢ ἀγγείῳ χαλκῷ ἢ ὀστρακίνῳ προσφέρειν ἠξίωσε ταῖς πλευραῖς,[10] ὅπως ἄθλιπτός τε ᾖ καὶ τελέως ἄλυπος ἡ τῶν προσφερομένων ὁμιλία, μαλακόν τι προϋποτιθέναι κελεύει, κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπιβάλλοντας. ἔριον δ' ἂν εἴη τοῦτο τὸ μαλακὸν, ἢ τὸ πολύπτυχον ἱμάτιον, ἢ καί τι τῶν[11] ἁπαλῶν ὑπαρχόντων. μικρὸν γοῦν ἐφεξῆς τῆς διὰ τοῦ σπόγγου πυριάσεως μνημονεύων, οὐδὲν ἀξιοῖ προϋποτιθέναι.

Περὶ τοῦ πρώτου θερμάσματος, ὃ μήπου βλάπτῃ, περιστέλλειν ἱματίῳ χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ δ.

ΑΓαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς μέγας, ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος, προστίθεσθαι· περιστέλλειν δὲ ἱματίῳ τὴν θάλψιν χρή· πλείω τε γὰρ χρόνον ἂν διαρκέσει καὶ παραμενεῖ, καὶ ἅμα[12] ὡς μὴ ἡ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος[13] φέρηται, ἢν μὴ ἄρα δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι, ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΑ μὲν ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα, περὶ δὲ τῆς ἀτμίδος εἰπεῖν χρὴ, πολὺ τὸ ἀσῶδες καὶ ἀνιαρὸν ἐχούσης, προξενούσης[14] τε τὴν δύσπνοιαν αὐξήσει τῆς θερμασίας καὶ τὴν κατὰ τὸν πνεύμονα στενοχωρίαν, ἣν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀτμίδος πληρούμενος ἴσχει. μόναις οὖν ταῖς ξηραῖς καὶ ἀπτύστοις πλευρίτισιν ἐπιτήδειός ἐστιν ἡ τῆς ἀτμίδος εἰσπνοὴ, πλέον ἔχουσα τοῦ βλαβεροῦ, τὸ ὠφέλιμον. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἐπιγέγραπται τὸ πρῶτον εἶδος τῆς πυριάσεως, ἐφεξῆς δὲ ἐπὶ τὸ δεύτερον μεταβαίνων, ἐρεῖ,

Περὶ τῆς δευτέρας πυριάσεως τῆς σκευαζομένης διὰ κριθῶν ἢ ὀρόβων τετμημένων ἢ τετριμμένων, ἐς μαρσύππια ἀπορραφθέντων, καὶ ἐν ὀξυκράτῳ ἀποζεσθέντων, ἣν τῷ νοσοῦντι μορίῳ προστιθέναι δεῖ.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ε.

ΕΤΙ δὲ καὶ κριθαὶ ἢ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξει κεκρημένῳ, σμικρῷ ὀξυτέρῳ ἢ ὡς ἂν πίῃ τις, διέντα καὶ ἀναζέσαντα, εἰς μαρσύππιά τε ἀπορράψαντα προστιθέναι, καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

A

Καὶ κριθὰς καὶ ὀρόβους, οὐχ ὁλόκληρα τὰ σπέρματα κελεύει δι' ὄξους καὶ ὕδατος ἕψειν, ἀλλὰ κόψαντας πρότερον· δηλοῖ δὲ κἀκ τῆς λέξεως δεόντα, καὶ ἄλλως δ' ἄν τις ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος διδαχθείη, τοῦτο βούλεσθαι τὸν Ἱπποκράτην· καὶ γὰρ οὖν προσηνέστερον οὕτως ἔσται τὸ πυρίαμα, καὶ δραστικώτερον· ἀμέλει καὶ πίτυρα κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον σκευάζειν κελεύει. δραστικωτέρα δὲ τῆς πρόσθεν, ἡ τοιαύτη πυρία τῇ τοῦ ὄξους γίγνεται δυνάμει. εἰ δὲ δι' ὀρόβων σκευάζοιτο, καὶ οὕτοι συντελοῦσιν οὐ σμικρόν, ἱκανὴ γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν τέμνειν καὶ κατεργάζεσθαι καὶ διαφορῆσαι πάχος χυμῶν. διὸ καὶ παραλαμβάνειν χρὴ πλέον τὰς τοιαύτας πυρίας, ἐφ' ὧν ὑπονοοῦμεν, παχεῖς ἢ γλίσχρους χυμοὺς ἠθροῖσθαι κατὰ τὸ φλεγμαῖνον μόριον· ἔσται δέ σοι δῆλον τοῦτο, ἔκ τε τῆς προηγησαμένης διαίτης, εἰ τοιούτων χυμῶν εἴη γεννητική, κἀκ τῆς τοῦ κάμνοντος κράσεως, ὥρας τε, καὶ χώρας, καὶ ἡλικίας, ἔτι δὲ κἀκ τοῦ τὰς πραείας πυρίας, ὧν πρῶτον ἐμνημόνευσε, μηδὲν ἠνυκέναι. διῃρημένῳ γάρ σοι περὶ τοῦ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα πλήθους, ὅταν μὴ φαίνηται μὲν τὰ τούτου γνωρίσματα, τὰ δὲ ἐπιεικῆ θερμάσματα μηδὲν ὀνίνῃ, πάχος ἐστὶ χυμῶν εἰς ἀτμοὺς καὶ πνεῦμα φυσῶδες λυόμενον, ὃ διέξοδον οὐκ ἔχον, ἀνιᾷ· καὶ τοῦτο οὖν αὐτὸ καὶ τοὺς γεννῶντας αὐτὸ χυμοὺς αἱ εἰρημέναι πυρίαι διαλύουσι, καὶ μάλιστα ἡ διὰ τῶν ὀρόβων. ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἐμμέτρου κράσεως τοῦ ὄξους πρὸς τὸ ὕδωρ ἐμνημόνευσε, σαφέστατά τε ἅμα καὶ κάλλιστα διελθὼν τὸν λόγον· οὕτω γὰρ αὐτὸ κεκρᾶσθαι φησὶ δεῖν, ὡς εἶναι μικρῷ ὀξύτερον, ἢ ὡς ἄν πίῃ τις, ὅπως ἀποχωρήσῃ μὲν τοῦ δριμυτέρου διὰ τὸ δακνῶδες, ἀποστῇ δὲ καὶ τοῦ ὑδατωδεστέρου διὰ τὸ ἄπρακτον. ὅσον μὲν οὖν ἐπὶ τῷ τομῆς δεῖσθαι καὶ διαφορήσεως τοὺς παχυτέρους τε γλισχροτέρους χυμούς, ἐπιτηδειότερον ἂν εἴη τοῦ ὑδατώδους ὀξυκράτου, τὸ δριμύτερον· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνέξεται τὰ φλεγμαίνοντα τῶν τοιούτων φαρμάκων, διὰ τοῦτο μέσην ἀμφοτέρων τῶν ὑπερβολῶν τὴν κρᾶσιν αὐτοῦ πεποίηται. τοῦτό σοι καὶ τὸ δεύτερον εἶδος τῶν πυριάσεών ἐστιν, ὧν ἐξ ἀρχῆς διείλομεν τριχῶς.

COMMENTARIVS GALENI.

Hordeum eruumque, non semina integra ex aceto & aqua coquere præcipit, sed priùs concisa; constat autem Hippocratem velle id ex verbo *macerata*, idque aliter quis ex actione ipsa didicerit. Etenim sic tum placidior, tum efficacior erit fotus; furfur sanè & hoc modo parare præcipit. Fotus autem huiusmodi priore efficacior aceti facultate redditur. Quòd si ex B eruo paretur, & hoc quoque non parùm confert. Ipsius enim facultas crassos humores tum incidere, tum concoquere, tum discutere potest; atq; ob id fotus huiusmodi admittendi sunt, vbi crassos aut glutinosos humores in ea, quæ phlegmone obsidetur, parte collectos esse suspicamur. Tibi autem sanè id constabit tū ex antecedente victu, si humores huiusmodi produxerit, tū ægri tēperamento, tū anni temporibus, & locis, & ætate. Præterea verò & si placidi fotus, quos priùs memorauimus, nihil præsidii attulerint. Nam vbi de corporis totius repletione distinxeris, quum neque huius notæ apparuerint, neque mites hi C fotus quidpiam iuuerint, humorum crassities est, quæ in halitus soluitur, flatulentusque spiritus, qui ob denegatum exitum molestat. Flatum ergo hunc, parientesque ipsum humores, præfati discutiunt fotus, & potissimùm qui ex eruo parantur. Præterea & sermonem percurrens manifestissimè simul & optimè, moderatam aceti ad aquam temperaturam memorauit. Id enim ita dilutum esse oportere protulit, vt paulò acidius sit, quàm vt quispiam biberit, vt & acrius ob mordendi facultatem, & aquosius ob D operandi penuriam vitemus. In incisione igitur atque discussione tum crassiorum, tum glutinosiorum humorum, aquoso oxycrato congruentius fuerit acrius; sed quoniam medicamenta huiusmodi non tolerant quæ phlegmone obsidentur partes, ob id mediam vtriusque exuperantiæ temperiem fecit. Hoc tibi secundum genus est fotuum, quos ab initio trifariàm separauimus.

Περὶ τῆς τρίτης πυρίας τῆς ξηρᾶς, ἐξ ἁλῶν καὶ κέγχρων πεφρυγμένων καὶ ἐν μαρσυππίοις ἐγκεκλεισμένων ποιουμένης. E

De tertio fotu, sicco, ex sale & milio frictis & sacculo exceptis facto.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ϛ.

16 Ξηρῶν δὲ θερμασμάτων, ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι, ἐν ἐρινέοισι μαρσυπίοισιν ἐπιτηδειότατοι· καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προσηνὲς, ἡ κέγχρος.

TEXTVS HIPPOCRATIS 6.

Siccorum autem fomentorum, sal miliumque torrefacta, in sacculis laneis maximè idonea sunt. Etenim læue ac blandum est milium.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐπὶ τὸ τρίτον εἶδος τῶν πυριάσεων, ὧν ἐξ ἀρχῆς διείλομεν, μετέβη, ἁλῶν, καὶ κέγχρων μνημονεύσας. ἔστι δὲ ἀμφοτέρων, κοινὸν μὲν ἡ ξηρότης· ἴδιον δὲ, τῶν μὲν ἁλῶν τὸ δακνῶδες, τῶν δὲ κέγχρων, τὸ ἄδηκτον. F

COMMENTARIVS GALENI.

Ad tertium fotuum, quos initio distinximus, genus sese transfert, mentionem milii, & salis faciens. Est autem communis vtrique siccitas; sed sali quidem vt mordax sit, milio verò vt morsu careat, proprium est.

Περὶ τῆς ἐν τῇ τρίτῃ πυρίᾳ δυνάμεως διαφορητικῆς.

De tertii fotus facultate discutiendi.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ζ.

Μαλθαξις δὲ λύει ἡ τοιήδε καὶ τὰς πρὸς [17] κληῖδα περαιούσας ἀλγηδόνας.

TEXTVS HIPPOCRATIS 7.

Fomentum huiusmodi emolliens dolores etiam ad clauiculam productos soluit.

COMMENT.

COMMENTARIVS GALENI.

EX adiectione huius cõiunctionis, *etiam*, ostendit & dolores alios soluere, eos nimirùm qui ad hypochondria percurrunt.

Dolorem fotu, non similiter venæ sectione, solui.

TEXTVS HIPPOCRATIS 8.

AT venæ sectio non peræquè dolorem soluit, nisi dolor ad clauiculam pertingat.

COMMENTARIVS GALENI.

SEctionem nimirùm venæ dicit; quam non similiter soluere pronuncians, auxiliari & ipsam concessit. Sed de huiusmodi auxilio in sequentibus fusiùs scribit.

Si dolor fotu non soluatur, eo relicto, corpus vacuandum, ne intemperies augeatur, pulmo siccetur, & suppuratum excitetur; & quid suppuratum.

TEXTVS HIPPOCRATIS 9.

VErùm si fomentis dolor non soluatur, non multo tempore calefacito; id enim pulmones exiccat, ac suppuratum creat.

COMMENTARIVS GALENI.

FOmenta varia, alia quidem humida, alia veró sicca, & alia minimè mordacia, alia etiam mordacia, vbi percurreris, si ab horum experientia facta dolor non leuetur, totum corpus vacuabis, à fomentis desistens, pulmonem exiccantibus, & suppurationem vocatam excitantibus. Fit enim *suppuratio* huiusmodi, quum lateris inflammatio non discutitur, sed in pus transmutatur; ac pus in mediam thoracis pulmonisque regionem confluit.

Quod & quare in pleuritide vena interna cubiti incidenda est, & quousque sanguis detrahendus. De venæ cauæ superioris distributione; vnde dolor tum grauis, tum tensiuus; de coloris sanguinis per phlegmonen mutatione, eiusque causis.

TEXTVS HIPPOCRATIS 10.

QVòd si dolor quidem ad clauiculam sui det signũ; aut ad brachium, aut circa mammã, aut supra septũ transuersũ sit grauitas; internã flexûs cubiti venã secare iuuat, neq; copiosum sanguinẽ detrahere cunctandũ est, vsq; dum multò rubicundior, aut pro puro & rubro liuidus fluat; nã vtrunq; contingit.

COMMENTARIVS GALENI.

PRo humorum inflammationem parientium impetu vacuationes facit. Nam quod dicitur, *Quæ educẽda sunt, quò vergunt, per loca conferentia ducere*, verissimum existit. Accidit autẽ id inter-

A

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΚ τοῦ προσθεῖναι τὸν, καὶ, σύνδεσμον, ἐδήλωσεν ὅτι καὶ τὰς ἄλλας ὀδύνας λύει, τουτέστι τὰς πρὸς ὑποχόνδριον φερομένας.

Ὅτι τὸ θέρμασμα τὴν ὀδύνην λύει, τομὴ δὲ οὐχ ὁμοίως.

ῬΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ η΄.

B ΤΟμὴ μέντοιγε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς τὴν κληῖδα [18] φέροιτο ἡ ὀδύνη.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟμὴν λέγει δηλονότι, τὴν τῆς φλεβὸς, ἣν οὐχ ὁμοίως εἰπὼν λύειν, συνεχώρησε καὶ αὐτὴν ὠφελεῖν. ἐπὶ πλέον δὲ περὶ τούτου τοῦ βοηθήματος ἐν τοῖς ἑξῆς γράφει.

C Ἐὰν μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ἡ ὀδύνη, τούτου ἀπολειφθέντος, κενώσει χρῆσθαι δεῖ παντὸς τοῦ σώματος, ὡς μὴ ἡ δυσκρασία αὔξηται, ὁ πνεύμων ξηραίνηται, καὶ ἐμπύημα γένηται· τί ἐμπύημα.

ῬΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ θ΄.

ΗΝ δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πολὺν χρόνον [19] ἐκθερμαίνειν· ξηραντικὸν γὰρ τοῦ πνεύμονος τοῦτο καὶ ἐμπυητικόν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

D ΠΟικίλα θερμάσματα διελθὼν, τὰ μὲν ὑγρὰ, τὰ δὲ ξηρὰ, τὰ δὲ ἄδηκτα, τὰ δὲ δακνώδη, μετὰ τὴν [20] ἐπ' ἐκείνων ἀπόπειραν ἐὰν ὁ πόνος μὴ ὠφελῆται, κενώσει χρῆται παντὸς τοῦ σώματος, ἀφιστάμενος τῶν θερμασμάτων, ὡς καὶ τὸν πνεύμονα ξηραινόντων, καὶ τὸ καλούμενον ἐμπύημα ποιούντων· γίνεται γὰρ τοῦτο, τῆς κατὰ τὴν πλευρὰν φλεγμονῆς μὴ διαφορηθείσης, ἀλλ' εἰς πῦον μεταβαλλούσης, εἶτα τούτου συῤῥέοντος εἰς τὴν μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος χώραν.

E Ὅτι καὶ διὰ τί ἐν τῇ πλευρίτιδι τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα τὴν εἴσω τάμνειν χρὴ, καὶ μέχρι τίνος ἀφαιρεῖν τὸ αἷμα. περὶ τῆς τῆς κοίλης φλεβὸς ἄνω διανομῆς· πόθεν ὀδύνη βαρεῖά τε καὶ τείνουσα. περὶ τοῦ αἵματος χροιᾶς κατὰ τὴν φλεγμονὴν μεταβολῆς, καὶ τῶν ταύτης αἰτιῶν.

ῬΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ι΄.

[22] ΑΛλ' ἢν μὲν σημαίνῃ ὀδύνη ἐς τὴν κληῖδα, ἢ [22] ἐς τὸν βραχίονα βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ
F τῶν φρενῶν, τάμνειν [23] χρὴ τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα τὴν εἴσω, καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν [24] τὸ αἷμα, ἕως ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ τε καὶ ἐρυθροῦ πελιδνόν· [25] ἀμφότερα γὰρ γίγνεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑτὰ τὴν ῥοπὴν τῶν ἐργαζομένων χυμῶν τὴν φλεγμονὴν, ποιεῖται τὰς κενώσεις· τὸ γὰρ, ἄγειν ἃ ῥέπει διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων, ἀληθέστατον. συμβαίνει δὲ ἐνίοτε

A τοῦτο, κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν μερῶν τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος ὑμένος. τὰ μὲν γὰρ ἀνώτερω μέρη τοῦδε, φλεγμαίνοντα, πρὸς τὴν κλεῖν, καὶ τὸν βραχίονα, καὶ τὸν μαζὸν ἐκτείνει τὴν συμπάθειαν· τὰ δὲ κάτω, πρὸς τὰς φρένας τε καὶ τὸ ὑποχόνδριον. δυοῖν μὲν οὖν τῆς συμπαθείας διασημαινούσης, φλέβα χρὴ τέμνειν ἐν ἀγκῶνι, τὴν μᾶλλόν τε καὶ θᾶττον ἀπὸ τοῦ πεπονθότος μορίου δυναμένην ἀντισπάσαι τε, καὶ κενῶσαι τὸ αἷμα· κάτω δὲ, διὰ καθάρσεως τὴν κένωσιν ποιεῖσθαι προσήκει. B [26] εὖ δὲ εἶπε βάρος γίνεσθαι περὶ τὸν βραχίονα, καὶ οὐ πόνον· τοῦ μὲν γὰρ ἐνταῦθα μᾶλλον ἠθροῖσθαι τὸ αἷμα, καὶ ῥέπειν, σημεῖόν ἐστι τὸ βάρος ἐπὶ πλήθει γινόμενον· αἱ δὲ τάσεις καὶ κατὰ συμπάθειαν μόνην εἰώθασι γίνεσθαι, τῶν συνεχῶν τοῖς φλεγμαίνουσι τεινομένων ἄνευ τοῦ πλεονάζειν ἐν αὐτοῖς τὸ αἷμα· διὰ τοῦτο οὖν αὐτὸ, κενοῦν κελεύει τὸ πλεονάζον αἷμα, τέμνοντα φλέβα τὴν ἔνδον. Εἰσὶ γὰρ ἔνδον ἐν τῇ κατ᾽ ἀγκῶνα διαρθρώσει πλείους φλέβες, ἃς τέμνειν εἰώθαμεν· εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν αὐτάρκως κατά τε τὸ τρίτον γράμμα τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, κἀν τῇ τῶν φλεβῶν τε καὶ ἀρτηριῶν ἀνατομῇ, καθ᾽ ἓν ἄλλο βιβλίον ἰδίᾳ γεγραμμένον· C ἐπὶ κεφαλαίων δὲ καὶ νῦν ἀναγκαῖον [27] εἰπεῖν, ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀναγαγόντας τὸν λόγον. ἡ κοίλη φλὲψ ἐκ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐπὶ τὸ δεξιὸν οὖς τῆς καρδίας ἀναφέρουσα τὸ αἷμα, διανέμει μέν τι καὶ τοῖς μεταξὺ μορίοις ὀλίγον, αὐτῇ δὲ τῇ καρδίᾳ δίδωσι τὸ πλεῖστον· ἔπειτα ἐντεῦθεν ὡς ἐξ ἀρχῆς ὥρμητο, κατ᾽ εὐθὺ φερομένη πρὸς τὸν τράχηλον, εἰς ὀρθίας σχίζεται κατὰ τὸ τοῦ θώρακος μέρος, δύο φλέβας μεγάλας, ἃς ὀνομάζουσι σφαγίτιδας· ἀποφύσεις δὲ αὐτῆς, πρὶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφικέσθαι, μεγάλων μὲν φλεβῶν εἰς τὸ διάφραγμα, σμικρῶν δὲ εἰς τὸ D τοῦ θώρακος αὐτοῦ κάτω μέρος τῶν ὀκτὼ πλευρῶν, ὃ ὑπὸ μιᾶς ἀζύγου τρέφεται φλεβὸς, ἐπὶ μὲν ἐνίων ζώων, ἀνωτέρω τῆς καρδίας ἀποφυομένης, ἐπ᾽ ἐνίων δ᾽ ὥσπερ καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων, καθ᾽ ὃ μέρος ἤδη ψαύει τοῦ τῆς καρδίας ὠτὸς ἡ κοίλη φλέψ· ἐντεῦθεν γὰρ ἀποφυομένη, ταπεινοτέρα φέρεται διὰ τῆς καρδίας ἐπὶ τὴν ῥάχιν κατακαμπτομένη. αὕτη μὲν οὖν ἡ φλὲψ εἰς τὰ κάτω μέρη τοῦ θώρακος μερίζεται ταῖς ὀκτὼ πλευραῖς ἑκατέρωθεν, ἄχρι τοῦ διαφράγματος· αἱ δ᾽ ὑπόλοιποι τοῦ θώρακος ὑψηλαὶ πλευραὶ τέσσαρες, ὑπὸ συζυγίας ἄλλης τρέφονται φλεβῶν, ἀποφυομένων τῆς κοίλης, E πρὶν εἰς τὰς σφαγίτιδας σχισθῆναι. τούτων οὖν τῶν δύο φλεβῶν ἀκολούθως ἐφεξῆς εἰσιν αἱ εἰς τὰς χεῖρας ἀφικνούμεναι διὰ τῶν μασχαλῶν· αἱ δ᾽ ὠμιαῖαι καλούμεναι, μετὰ τὸ σχισθῆναι εἰς τὰς σφαγίτιδας τὴν κοίλην, ἀφ᾽ ἑκατέρας μία πεφύκασιν ἐκτὸς ἤδη τοῦ θώρακος, ἔχουσι δὲ τὰς ῥίζας κοινὰς ταῖς ἐπιπολαίοις σφαγίτισιν. ἀπὸ μὲν οὖν τῶν ἐπιπολῆς σφαγιτίδων, τὰ ἐπιπολῆς σχεδὸν ἅπαντα μόρια τὰ κατὰ τὸν τράχηλον καὶ τὴν κεφαλὴν τρέφεται, καθάπερ [28] γε καὶ τὰ διὰ βάθους, ἀπὸ τῶν διὰ βάθους σφαγιτίδων πάντα. τὰ δὲ κατὰ τὰς ὠμοπλάτας τε καὶ τὸν ἐν τῷ τραχήλῳ νωτιαῖον ἐκ τῶν F κάτω μερῶν τῆς εἰρημένης ῥίζης κοινῆς ἔχει τὰς φλέβας ἀνερχομένας ἐπ᾽ αὐτά· λέγω δὲ κοινὴν ῥίζαν, ἣν ἀρτίως εἶπον εἶναι ταῖς τε ἐπιπολαίοις σφαγίτισι καὶ ταῖς ὠμιαίαις. εἰκότως οὖν ἡ μὲν ὠμιαία τὰ τῶν κλειδῶν ἄνωθεν μέρη κενοῖ θᾶττόν τε καὶ μᾶλλον, ὅσα κατὰ τράχηλόν τέ ἐστι καὶ κεφαλήν· ἡ δὲ διὰ τῆς μασχάλης, τὰ κατὰ τὸν θώρακα, καὶ τούτων αὐτῶν μᾶλλον τὰ ὑψηλὰ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων·

dùm ob differentiam partium membranæ costas succingẽtis. Superiores enim ipsius partes, quum inflammantur, ad clauiculam, brachium, & mammam condolentiam extendunt; inferiores verò ad septum transuersum, & hypochondrium. Quum igitur superiorum condolentia signum fecerit, venam in cubito secare oportet, quæ sanguinem ab affecta parte, & magis, & celeriùs, tum reuellere, tum vacuare possit. Verùm quum inferiorum, purgatione vacuationem moliri conuenit. Rectè autem grauitatem circa brachium esse, & non dolorem dixit. Nam quòd hîc sanguis magis aceruetur, repatque, signum est grauitas, quæ ex multitudine fit. Tensiones autem & per consensum solum fieri consueuerunt, quum partes partibus inflammatis continuæ, citra sanguinis in eis redundantiam tenduntur. Ob id igitur sanguinem redundantem sectâ internâ venâ vacuandum præcipit. Sunt enim in interna cubiti articulatione plures, quas secare consueuimus, venæ; de his autem abundè quidem in tertio de administrationibus anatomicis libro, atque in alio libro, qui seorsùm de venarum arteriarumque dissectione scriptus est, diximus; sed nunc quoque de ipsis summatim agemus, ab initio ducentes orationem. Vena caua ex gibbis hepatis sursùm ad dextram cordis aurem sanguinem ferens, partibus quidem interiacentibus quid exiguum distribuit, sed cordi ipsi plurimum elargitur. Deinde ab eo tanquam ab initio progressa, ad ceruicem rectâ viâ fertur, atque in duas rectas scinditur in thoracis parte venas magnas, quas iugulares nominant. Propagines autem ipsius, priusquàm ad cor perueniat, insignium quidem venarum ad septum transuersum, exilium autem ad inferiorem thoracis ipsius partem octo costis constantem *perrepunt*. Pars autem hæc ab vna cælibe nutritur vena, in quibusdam animantibus supra cor procedente; in quibusdam verò, vt & in hominibus, per eam partem qua iam cordis auriculam vena caua tangit; hinc enim procedens humiliùs per cor defertur, in spinam deflectens. Ipsa igitur vena ad inferiores thoracis partes vtrinque costis octo ad septum vsque transuersum distribuitur. Cæteræ autem sublimes thoracis costæ quatuor ab alio venarum nutriuntur coniugio, à vena caua propagatarum, priusquàm ea in iugulares scindatur. Ab his igitur duabus venis deinceps sunt, quæ ad manus per axillas pertingunt. Verùm humerariæ vocatæ, postquàm caua in iugulares fissa est, ab vtraque vna extra iam thoracem extenduntur; habent autem radices externis iugularibus communes. Ab externis itaque iugularibus, partes ferè omnes tum ceruicis tum capitis superficiariæ nutriuntur; quemadmodum & à iugularibus internis, partes omnes in alto sitæ. Verùm quæ tum in scapulis, tum dorsali ceruicis medullâ existunt partes, venas habent ex inferioribus præfatæ radicis communis partibus ad ipsas ascendentes. Communem verò dico radicem, quam paulò antè dixi tum externis iugularibus, tum humerariis communem esse. Meritò igitur humeraria partes supra clauiculas sitas, quæ & in ceruice, & capite existunt, tum magis, tum celeriùs euacuat. Axillaris verò, thoracis partes, & inter eas magis sublimes, præsertimque in hominibus; deinde demissas

missas omnes vena vna altera nutrit, quæ sub corde à vena caua procedit. Ex sinistra autem parte venæ illius infernas thoracis partes nutrientis, quæ ad costarum radices prona fertur, adusque septum transuersum, singulis intercostalibus spatiis, tum sinistris, tum dextris rami distribuuntur. Verùm huius reliquum, septum transuersum penetrat, primisque ab eo corporibus distribuitur. Sed quæ per axillas ad manus feruntur *venæ*, proximas venis sublimes quatuor thoracis costas alentibus radices habent; suntque quàm quæ per humerum ad manus contendunt, non paulò maiores. Ascendunt autem ad internam regionem brachij vtriusque, atque per ipsam pronæ feruntur, & musculis ibi positis notabiles dispensant ramos. Verùm quum ad cubiti articulum propè vtraque venerit, venas brachij internas ad ipsius cubiti ossis condylum hîc positum producit. Quicquid verò reliquum est, bifariàm scissum per cubiti flexum defertur, parte quidem superficiariâ venam hîc diuisam efficiente; profundiore verò eam quæ cum arteria diuiditur. Secatur quoque & alia vena in cubito obliqua, veluti & hæc in vtraque manu vna, humerariæ non exigua portio. Ipsa nanque *humeraria* per brachium subter cutem conspicuè percurrens ad ipsum cubiti articulum, in sublimibus eius partibus, figuratâ scilicet, vt Hippocrates in libro de fracturis docuit, manu, diuiditur. Quæ igitur sublimior venæ ipsius à propagine portio per externa cubiti loca defertur, ea apud propaginem ipsam secatur, qua primæ venæ radici è directo maximè respondet; ob id & sublimiora clauicularum loca citissimè euacuat. Portio autem quæ in cubiti flexum obliquè fertur, minùs quidem eâ, sed cæteris magis eas euacuat partes. Pars verò quæ ab interna magna *vena* obliquè etiam fertur, minimè quidem prædictas vacuat partes; verùm maximè thoracis superiores, ob radices tum eius, quæ per axillam ad manum fertur, tum eius quæ superiores thoracis alit partes, admodùm vicinas. Hanc igitur secare iubet *Hippocrates*, priusquàm in idem venerit, & humerariæ propagini inseratur. Hæc si aliquando non comparuerit, pro ea secamus aliquam ex internis, quas in os cubiti è directo deferri didicimus. Quòd si neque hæ conspiciantur, accedimus ad eam, quæ ex prædictarum duarum venarum obliquarum propagine gignitur. Verùm & quum ea interdùm non apparere possit, humerariâ verò apparente, hanc etiam seca, qui vacuationes, vndefiant, noueris per vniuersum animalium corpus effusas, quanquam neque celeriter, neque similiter ex omni vena fiunt. Nos verò partem phlegmone laborantem, tum celeriter, tum quàm cæteras partes magis, in acutis præsertim morbis vacuare contendimus, quod interna cubiti vena facit, multóque magis, quum sanguis redundans ad superiora impetu ferri videtur, aut etiam superiores thoracis partes affectæ sunt. Tunc enim grauitas magis in brachio, & circa mammam fit. Verùm quæ partes thoracis inferiores prope septum transuersum afficiunt phlegmonæ, meritò dolores ad hypochondrium transmittunt. Non igitur ipsos magnopere iuuat à cubito vacuatio, corde medium occupante; nam venam inferiores

A ἐπὶ τὰ ταπεινὰ πάντα μία φλὲψ ἑτέρα τρέφει, κατωτέρω τῆς καρδίας ἀποφυομένη τῆς κοίλης φλεβός. ταύτης δὲ τῆς τὰ ταπεινὰ τοῦ θώρακος τρεφούσης, παρὰ τὰς ῥίζας τῶν πλευρῶν κατάντεις φερομένης, ἐκ τῶν ἀριστερῶν μερῶν ἄχρι τοῦ διαφράγματος, αἱ καθ' ἕκαστον μεσοπλεύριον ἀριστερόν τε καὶ δεξιὸν, ἀπονεμήσεις γίγνονται· καὶ μέντοι καὶ τὸ λείψανον αὐτῆς διεκπίπτει πρὸς τὸ διάφραγμα, τοῖς πρώτοις μετ' αὐτὸ διανεμόμενον σώμασιν. αἱ δὲ διὰ τῶν μασχαλῶν ἐπὶ τὰς χεῖρας φερόμεναι, τὰς ῥίζας ἔχουσιν ἐγγυτάτω ταῖς τρεφούσαις φλεψὶ τὰς ὑψηλὰς τοῦ θώρακος τέτταρας πλευρὰς, οὐκ ὀλίγῳ μείζους οὖσαι τῶν κατὰ τὸν ὦμον εἰς τὰς χεῖρας ἡκουσῶν· ἐπιβαίνουσι δὲ κατὰ τὴν ἔνδον χώραν ἑκατέρου βραχίονος, φέρονται δὲ δι' αὐτῶν κατάντεις, ἀπονεμήσεις μεγάλας διδοῦσαι τοῖς ἐνταῦθα μυσίν. ἐπειδὰν δὲ πλησίον ἑκατέρα γένηται τῆς κατ' ἀγκῶνα διαρθρώσεως, ἀποφύει τὰς ἔνδον τοῦ βραχίονος φλέβας παρὰ τὸν ἐνταῦθα κόνδυλον αὐτοῦ τοῦ πήχεος ὀστοῦ· τῷ δ' ἄλλῳ παντὶ δίχα σχισθέντι, φέρεται διὰ τῆς κατ' ἀγκῶνα καμπῆς, ἐπιπολῆς μὲν ἐργαζομένη τὴν τεμνομένην ἐνταῦθα φλέβα, διὰ βάθους δὲ πολλοῦ, τὴν καταςχιζομένην τῇ ἀρτηρίᾳ. τέμνεται δὲ καὶ ἄλλη φλὲψ ἡ ἐν ἀγκῶνι λοξὴ, καθάπερ ἥδε, καθ' ἑκατέραν χεῖρα μία, τῆς ὠμιαίας οὐ σμικρὸν μόριον· διεξελθοῦσα γὰρ αὕτη κατὰ τὸν βραχίονα προφανὴς ὑπὸ τῷ δέρματι, σχίζεται καὶ αὕτη κατὰ τὴν ἐν ἀγκῶνι διάρθρωσιν, ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις μέρεσιν αὐτῆς, ἐσχηματισμένης δηλονότι τῆς χειρὸς, ὡς Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν. ὅσον μὲν οὖν μετὰ τὴν σχίσιν αὐτῆς ὑψηλὸν μέρος ἐπὶ τὰ τοῦ πήχεος ἐκτὸς φέρεται, τοῦτο παρὰ τὴν σχίσιν αὐτὴν τέμνεται, κατ' εὐθὺ μάλιστα κείμενον τῇ πρώτῃ ῥίζῃ τῆς φλεβὸς, διὸ καὶ τάχιστα κενοῖ τὰ τῶν[29] κλειδῶν ὑψηλότερα χωρία· τὸ δ' εἰς τὴν καμπὴν φερόμενον λοξὸν, ἧττον μὲν τοῦδε, μᾶλλον δὲ τῶν ἄλλων κενοῖ ταῦτα. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἔνδον τῆς μεγάλης φερόμενον καὶ αὐτὸ λοξὸν, ἥκιστα μὲν τὰ προειρημένα κενοῖ μόρια, μάλιστα δὲ τὰ τοῦ θώρακος ἄνω,[30] διὰ τὰς ῥίζας καὶ τῆς διὰ τῆς μασχάλης πρὸς τὴν χεῖρα φερομένης, καὶ τῆς τὰ τοῦ θώρακος ἄνω τρεφούσης, ἐγγυτάτω ὑπαρχούσας. ταύτην οὖν ἀξιοῖ τέμνειν, πρὶν εἰς ταὐτὸν ἀφικέσθαι καὶ συμφῦναι τῇ τῆς ὠμιαίας ἀπεσχισμένῃ. μὴ φαινομένης δ' ἐνίοτε ταύτης, ἀντ' αὐτῆς τέμνομεν τινὰ τῶν ἔνδον, ἃς ἐπὶ τὸ τοῦ πήχεος ὀστοῦν κατ' ἴξιν καταφέρεσθαι μεμαθήκαμεν· μὴ φαινομένων δὲ μηδὲ τούτων, ἐπὶ τὴν γιγνομένην ἐκ τῆς συμφύσεως τῶν εἰρημένων δύο φλεβῶν τῶν λοξῶν, ἀφικνούμεθα· δυναμένης δέ ποτε καὶ ταύτης μὴ φαίνεσθαι, τῆς δ' ὠμιαίας φαινομένης, καὶ ἐκείνην τέμνε, γινώσκων τὰς κενώσεις, ὅθεν ἂν γίνωνται, διαδιδομένας μὲν εἰς τὸ σῶμα τῶν ζώων ὅλον, οὐ μὴν οὔτε ταχέως, οὔθ' ὁμοίως ἐξ ἁπάσης φλεβός· ἡμεῖς δὲ καὶ ταχέως, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων μορίων, κενῶσαι σπεύδομεν τὸ φλεγμαῖνον, καὶ μάλιστ' ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων· ὅπερ ἡ ἔσω φλὲψ ἡ ἐν ἀγκῶνι ποιεῖ, καὶ πολὺ μᾶλλον, ὅταν τὴν ῥοπὴν ἄνω τὸ πλεονάζον αἷμα φαίνηται ποιούμενον, ἢ καὶ τὰ τοῦ θώρακός ἐστιν ὑψηλὰ πεπονθότα· τηνικαῦτα γάρ τοι τὸ βάρος μᾶλλον ἐν βραχίονι γίγνεται, καὶ κατὰ τὸν μαστόν. αἱ δ' ἐν τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ θώρακος φλεγμοναὶ, πλησίον οὖσαι τοῦ διαφράγματος, εἰς ὑποχόνδριον εἰκότως διαπέμπουσι τὰς ὀδύνας· οὐκ οὖν αὐτὰς ὀνίνησι μεγάλως ἡ ἀπ' ἀγκῶνος κένωσις, ἐν ᾧ μεταξὺ τῆς καρδίας κειμένης· ἤκουσας γὰρ ἄρτι τὴν τὰ κάτω τοῦ θώρακος τρέφουσαν φλέβα,

κατωτέρω τῆς καρδίας ἀποφύεσθαι. Ταῦτα μὲν εἴρηταί μοι περὶ τοῦ καλῶς ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγράφθαι, τέμνειν τὴν φλέβα τὴν ἐν ἀγκῶνι, τὴν εἴσω· τῆς δὲ κενώσεως τοῦ αἵματος ὅρον αὐτοῦ θεμένου τὴν μεταβολὴν τῆς χροιᾶς, ἐφεξῆς ἂν εἴη καὶ περὶ τοῦδε ῥητέον. ὅσον μὲν οὖν ἐν τῇ φλεγμονῇ αἷμά ἐστι, τοῦτο διὰ τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας ὑπαλλάττεται τῇ χροιᾷ, τὸ δ᾽ ἄλλο παραπλήσιον ἐν ἅπασι τοῖς μορίοις διαμένει· ὥστε τοῦ μὲν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι φλεγματικωτέρου τυγχάνοντος, ἐρυθρότερον ἔσται τὸ κατὰ τὴν φλεγμαίνουσαν πλευράν· ἐκείνου δ᾽ ὄντος ἐρυθροῦ, κατοπτώμενον τοῦτο πρὸς τὸ μέλαν ἐκτραπήσεται· τῆς δ᾽ εἰς τὸ μέλαν ἐξ ἐρυθροῦ μεταβολῆς ἐν τῷ μεταξὺ, τὸ πελιδνόν ἐστι. σημεῖον οὖν ἱκανόν ἐστι τοῦ ἐκ τοῦ φλεγμαίνοντος μέρους μεταλήψεως τοῦ αἵματος, ἡ τῆς χροιᾶς ὑπαλλαγή. τὸ μὲν οὖν οἰκεῖον τῷ πάθει μέτρον τῆς κενώσεως εἴρηται· τῆς δυνάμεως δέ ποτε κωλυούσης ἄχρι τοσούτου κενοῦν, εἰδέναι μὲν χρὴ τὴν ὠφέλειαν ἥττονα ἐσομένην τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ, μᾶλλον δὲ ἀπέχεσθαι προσήκει τοῦ καταλῦσαι τὴν δύναμιν, ἢ κενῶσαι τὸ πλεονάζον αἷμα.

γ. μέρη

A thoracis alentem partes, infra cor emergere nuper audiuisti. Dicta quidem mihi hæc sunt super eo quod ab Hippocrate probè scriptum est, de secanda interna cubiti vena. Sed quum vacuandi sanguinis terminum coloris mutationem posuerit, deinceps de eo differendum est. Quicquid sanè sanguinis est in phlegmone, id caloris abundantiâ colore permutatur; reliquum in partibus omnibus simile permanet. Quare sanguine per totum corpus pituitosiore existente, rubicundior sanè erit lateris phlegmone laborantis sanguis. Illo verò rubro existente, hic assatus in atrum permutabitur. Liuidus autem ex rubro ad atrum transmutationis medium obtinet. B Idoneum igitur signum est sanguinis ex parte inflammatâ excepti, coloris permutatio. Necessarium igitur affectui euacuationis metrum enarratum est. Quum autem interdùm vires quantùm oporteat vacuare prohibeant, parti phlegmone obsessæ minus quidem futurum auxilium scire oportet; sed satius cautione cōgruit vires non exoluere, quàm sanguinem redundantem vacuare.

Ὅτι τὸ πλευριτικὸν, ὅταν ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα καὶ μὴ ἐς τὰς κλεῖδας ῥέπῃ, τῷ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ, ἢ ἱερᾷ διὰ κολοκυνθίδος, ἢ ἄλλῳ ὁμοιοτρόπῳ ἐπανορθωθέντι καθαρτέον. οὐ τοῦτο δὲ οὐ διὰ παντὸς τὸ τῆς καθάρσεως δόγμα· ἀλλὰ μὴν κατ᾽ ἀρχὰς μάλιστα τοῦ ὀξέος νοσήματος πολλάκις ἀσφαλέστερόν ἐστιν τὸ αἷμα ἀφαιρεῖν, φαρμακεύειν δὲ ἀκινδύνως οὐκ ἐνδέχεται.

Pleuriticum, vbi dolor diaphragmati subiacet, neque ad clauiculas repit, purgandum esse veratro nigro, aut peplio, aut hierâ diacolocynthidos, aut alio simili correcto; C verum id perpetuum non est purgandi præceptum; imò per initia maximè acuti morbi sæpius tutius est sanguinem detrahere, purgare verò citra periculum nefas.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ια΄.

Ην δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν χρὴ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ· μέλανι μὲν δαῦκον, [31] ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνισον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα· πεπλίῳ δὲ, ὀπὸν σιλφίου· ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισιν, ὁμοιότροπα ταῦτά ἐστιν. ἄγει δὲ μέλας μὲν, καλλίω καὶ [33] κρισιμώτερα πεπλίου· πέπλιον δὲ, μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικώτερόν ἐστιν. ἄμφω δὲ ταῦτα ὀδύνην παύει· παύει δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων, κράτιστα δὲ ταῦτα ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐστίν. ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα, ἀρήγει, ὁκόσα μὴ ἄγαν ἐστὶν ἀηδέα λύειν, διὰ πικρότητα, ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ ἀηδίην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τινά.

συμβαίνῃ

TEXTVS HIPPOCRATIS 11.

SI verò sub septo fuerit dolor, neque sui ad clauiculam signum præbeat, aluum aut nigro veratro, aut peplio emollire oportet; veratro quidem ni- D *gro, si daucum, aut seseli, aut cuminum, aut anisum, vel aliud quidpiam boni odoris admisceas; peplio verò laseris succū; sed & hæc inter se mixta congeneris sunt facultatis. Sed veratrum quidem nigrum, tū meliùs, tum ad iudicationem commodiùs, quàm pepliū, aluum ducit; peplium verò flatus magis excutit. Sed hæc ambo dolorem sedant. Sedant autē & alia mul-* E *ta, quæ aluum subducunt, medicamenta. Verùm quæ noui ego, hæc sunt optima. Quandoquidem & quæ in sorbitionibus dantur aluū subducentia medicamenta, opitulantur, quæcunque vel propter amaritudinē, vel aliam quandam insuauitatem, aut copiā, aut colorē, aut fastidium aliquod, non admodū ingrata existunt.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὅτι τὰ καθαρτικὰ φάρμακα διὰ τῆς πείρας εὑρίσκεται, τίνα τε καθαίρει χυμὸν, καὶ εἰ ὅλως καθαίρει, μεμάθηκας ἐν τοῖς περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως· ὅτι μέν τοι χρεία καθάρσεώς ἐστιν, εἰ ῥέπουσιν οἱ πλεονάζοντες χυμοὶ κάτω, καὶ τῷ λόγῳ μὲν ἐπενοήθη, τὴν μαρτυρίαν δὲ καὶ βεβαίωσιν ἐκ τῆς πείρας ἔσχεν. αὐτὸς οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἐδίδαξέ σε τὰς δυνάμεις ὧν δίδωσι φαρμάκων ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσι, τὸν μέλανα ἐλλέβορον ἐκκενοῦν εἰπὼν κρισιμώτερα, τὸ δὲ πέπλιον φυσῶν εἶναι καταρρηκτικώτερον. εἴη δ᾽ ἂν αὐτῷ κρισιμώτερα λεγόμενα, τὰ μᾶλλον κρίσιν ποιοῦντα τοῦ νοσήματος, ὅπερ ἐστὶ

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd medicamenta purgantia per experientiam inueniantur, & quem purgent humorem, & si omninò purgent, in libris de F simplicium medicamentorum facultatibus didicisti. Quòd verò purgationis necessitas sit, si redundantes humores deorsùm repant, ratione quoque statutum est, sed testimonium ac certitudinem ab experientia obtinuit. Ipse verò te docuit Hippocrates facultates medicamentorum, quæ in huiusmodi affectibus exhibet, veratrum quidem nigrum ad iudicationem commodiùs vacuare, peplium verò flatus magis excutere affirmans. Sunt autem, quæ ab eo *ad crisin commodiora* dicuntur, quæ morbi iudicium faciunt

faciunt magis, quod facultate ac magis conferentia idem existit. At quum purgantia omnia medicamenta ventrem, præsertimque os ipsius, quod maximè tum neruosum tum sensile sit, lædant; odoratorum mixtio excogitata est, vt ne sola, meraque purgantium medicamentorum facultas os ventriculi tactu lædat. Permixta autem inter se tum peplium, tum elleborum, congeneris ait esse facultatis, hoc est facultatibus conuenire, & in nullo dissidere. Nam in purgantium medicamentorum permixtione dissidium oritur, haud quum eorum aliud quidem bilem (si contigerit) aliud verò pituitam euacuat (nam eodem tempore vtraque vacuari potest) sed quum aliud quidem quamprimùm, aliud verò longè à propinatione purgationem mouere naturâ consueuerit. Sic enim inæqualis simul assumptorum fit vacuatio. Inæqualem dico, quum iam videtur quidem desinere, altera verò incipit. Nam quod citiùs purgare consueuit medicamentum, etiam ex alio quidpiam simul euacuat; quare quod paucum ipsius relinquitur, imbecillius redditur, & longè tardiùs adhuc suam inchoat purgationem. Præfinitâ igitur vacuationis lege simile est elleboro peplium, potestque elleboro similiter nigrum subducere humorem. Cætera tum dictionis huius, tum sequentium patent. Hæc igitur nosse atque meminisse oportet, sed non perpetuò in pleuriticis his vti, huius aphorismi memores, quo dicit, *in acutis morbis rarò, & per initia purgantibus medicamentis vtendum.* Quum igitur, inquit, non solùm acutus morbus sit, vt est pleuritis, sed & cum frebre vehementissima, multò magis vitanda est purgantis medicamenti exhibitio; atque per sectionem venæ vacuandum magis, etiamsi ad hypochondrium dolor perducatur. Nam minùs quidem auxilium quàm per purgationem sequitur, securius tamen multò existit. Imò nullum ex eo quod per venæ sectionem fit, periculum impendet; eo discrimen maximum subeunte, quod per purgationem tentatur; ac potissimùm quum laborantis naturam expertus quis non fuerit. Nonnulli nanque difficulter naturâ purgantur; quidam modico assumpto medicamento, purgantur copiosè. Quibus autem dare rationi consentaneum est, tanta sit medicamenti quantitas, quantum in plurimis mediocriter vacuare, tum nouisti, tum es expertus. Si enim hominis naturam non noueris, metus est, ne quàm deceat, vberiorem vacuationem moliaris, aut nullam prorsus purgationem moueas; aut si moueris, non tamen sufficienter vacues. Hæc autem omnia maximas in morbis acutis pariunt læsiones; quæ non facilè, vt in minimè febricitantibus, emendantur. Quum igitur febris vehemens non fuerit, naturamque laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te conferes, aut iis quæ ab Hippocrate dicta sunt, vel etiam quibusdam aliis facultate similibus vsus, quorum est & ex colocynthide medicamentum, quod iam hieram pro consuetudine vocant. Quum autem hæc varijs paretur modis, quæ elleborum quidem accipit, scammonium verò non continet, medicamentorum, iis qui subducens aluum medicamentum omninò assumere queunt, optimum est.

A δυνάμει ταὐτὸν τοῖς ὠφελιμώτερα. ἁπάντων δὲ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων κακούντων τὴν γαστέρα, καὶ μάλιστα ταύτης τὸ στόμα, διότι νευρωδέστατόν τε καὶ αἰσθητικώτατόν ἐστιν, ἡ μίξις ἐπενοήθη τῶν εὐωδῶν, ὅπως μὴ μόνη, μηδ' ἀκραιφνὴς ἡ δύναμις τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ἅπτηται τοῦ στόματος τῆς γαστρός. μιγνύμενα δ' ἀλλήλοις τό τε πέπλιον καὶ τὸν ἐλλέβορον, ὁμοιότροπα φησὶν εἶναι, B τουτέστιν ὁμολογεῖν ταῖς δυνάμεσι, καὶ κατὰ μηδὲν στασιάζειν. ἡ γάρ τοι στάσις ἐν ταῖς μίξεσι τῶν καθαιρόντων γίνεται φαρμάκων, οὐχ ὅταν αὐτῶν τὸ μὲν χολῆς, εἰ τύχῃ, τὸ δὲ φλέγματος ᾖ κενωτικόν (ἀμφότερα γὰρ ἐκκενοῦσθαι δύναται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον) ἀλλ' ὅταν τὸ μὲν εὐθέως, τὸ δὲ μετὰ πολὺ τῆς προσφορᾶς πεφύκῃ κινεῖν τὴν κάθαρσιν· ἀνώμαλος γὰρ οὕτως ἡ κένωσις γίνεται προσενεχθέντων ἅμα. λέγω δὲ ἀνώμαλον, ὅταν ἤδη παύεσθαι δοκούσης, [34] ἀρχὴ πάλιν ἑτέρας κενώσεως C γίνεται· τὸ γάρ τοι θᾶττον εἰωθὸς καθαίρειν φάρμακον συνεκκενοῖ τι καὶ ἐκ θατέρου, ὥστ' ὀλίγον αὐτοῦ καταλειπόμενον, ἀσθενέστερον γιγνόμενον, ἔτι καὶ μᾶλλον ὀψιαίτερον τῆς οἰκείας καθάρσεως ἄρχεται. τῇ γοῦν προθεσμίᾳ τῆς κενώσεως, ὁμοιότροπόν ἐστι τῷ ἐλλεβόρῳ τὸ πέπλιον, ὑπάγειν τε καὶ αὐτὸ πέφυκε παραπλησίως ἐλλεβόρῳ μέλανα χυμόν. τὰ δ' ἄλλα καὶ τῆσδε τῆς ῥήσεως, καὶ τῶν ἐφεξῆς δῆλα. γινώσκειν μὲν οὖν αὐτὰ χρὴ καὶ μεμνῆσθαι, χρῆσθαι δὲ οὐ διὰ παντὸς ἐπὶ τῶν πλευριτικῶν, ἀναμιμνησκομένους ἐκείνου τοῦ ἀφορισμοῦ, καθ' ὃν φησίν, ἐν D τοῖς ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχαῖς χρηστέον εἶναι ταῖς φαρμακείαις. ὅταν οὖν, φησί, μὴ μόνον ὀξὺ τὸ πάθος ᾖ, καθάπερ ἐστὶν ἡ πλευρῖτις, ἀλλὰ καὶ μετὰ πυρετοῦ σφοδροτάτου, πολλῷ μᾶλλον εὐλαβητέον ἐστὶ τὴν δόσιν τοῦ καθαίροντος φαρμάκου, καὶ διὰ φλεβοτομίας κενωτέον μᾶλλον, εἰ καὶ πρὸς ὑποχόνδριόν ἐστιν ἡ ὀδύνη περαινομένη, μικροτέρας μὲν ὠφελείας ἢ τῆς διὰ καθάρσεως ἑπομένης, ἀσφαλεστέρας δὲ μακρῷ· μᾶλλον δὲ κίνδυνον μὲν οὐδ' ὁντιναοῦν τῆς διὰ φλεβοτομίας ἐχούσης, E μεγίσταις δὲ ἀποτυχίαις τῆς διὰ καθάρσεως περιπιπτούσης, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπείρως τις ἔχῃ τῆς τοῦ κάμνοντος φύσεως. ἔνιοι μὲν γάρ εἰσι φύσει δυσκάθαρτοι, τινὲς δ' ἐπὶ βραχείᾳ φαρμάκου πόσει δαψιλῶς καθαίρονται. ὅσοις δ' εὔλογόν ἐστι διδόναι, τὸ πλῆθος τοῦ φαρμάκου τοσοῦτον ἔστω, ὅσον ἐπὶ τῶν πλείστων οἶσθα καὶ πεπείρασαι [45] συμμέτρως κενοῦν. ἀγνοοῦντα δ' ὅπως ἔχει φύσεως ὁ ἄνθρωπος, κίνδυνος ἢ πλείονα κένωσιν ἐργάσασθαι τῆς προσηκούσης, ἢ οὐδ' ὅλως κινῆσαι τὴν κάθαρσιν, ἢ F κινῆσαι μέν, οὐ μὴν ἱκανῶς [46] κεκενῶσθαι· ταῦτα δὲ πάντα, μεγίστας βλάβας φέρει τοῖς ὀξέως νοσοῦσιν, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀπυρέτων ἐπανορθοῦται ῥᾳδίως. ὅταν οὖν ὁ πυρετὸς ᾖ μὴ σφοδρός, ἔμπειρός τε ᾖς τῆς τοῦ κάμνοντος φύσεως, ἐς τὴν τοῦ καθαίροντος φαρμάκου δόσιν ἀφίξῃ, χρώμενος ἤτοι τοῖς ὑπὸ Ἱπποκράτους εἰρημένοις, ἢ καί τισιν ἄλλοις τῶν ὁμοιοτρόπων, ὧν ἐστι καὶ τὸ διὰ τῆς κολοκυνθίδος, ἱερὰν δ' αὐτὴν ἤδη συνήθως ὀνομάζουσι· ποικίλως δ' αὐτῆς σκευαζομένης, ἡ τὸν ἐλλέβορον μὲν εἰληφυῖα, τὴν σκαμμωνίαν δ' οὐκ ἔχουσα, κάλλιστόν ἐστι φάρμακον, ἐπὶ τῶν δυναμένων ὅλως λαβεῖν φάρμακον ὑπήλατον.

ἀπὸ τοῦ καθαρτικοῦ ποθέντος, τὴν πτισάνην ἐπιρροφεῖν αὐτίκα χρή. τὰ καθαρτικὰ πάντα τῇ φύσει ἀνθρωπίνῃ ἐναντία, καὶ δηλητήρια εἶναι· ὧν ἡ κακία ὡς εὐωδῶν ἐπανορθωτικῶν μίξει, οὕτω καὶ πτισάνης πόσει ἐπανορθοῦται, καὶ ἡ κάθαρσις ῥάων τε καὶ ἀσφαλεστέρα γίνεται.

A purgantis medicamenti potione superſorbendam eſſe ptiſanam; purgantia omnia naturæ humanæ contraria ac deleteria eſſe, quorum pernicies vt admixtis odoratis correctiuis, ſic & ptiſanæ potu emendatur, & purgatio facilior ac ſecurior redditur.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιβ΄.

Τὴν μέντοι[47] πτισάνην, ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμακον, ἐπιρροφεῖν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μηδὲν ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὁκόσον εἴθισται.

ὅσον

TEXTVS HIPPOCRATIS 12.

Enimverò ptiſanam, quum epotum eſt medicamentum, inſuper ſorbendam ſtatim dare oportet, neque admodum pauciore, quàm conſuetum eſt, copiâ.

B

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ ἄλλως μὲν χρὴ προνοεῖσθαι τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ὃ δὴ καὶ στόμαχον ὀνομάζουσιν, ὡς διαμένειν ἀβλαβὲς ἐν ταῖς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων πόσεσιν, μάλιστα δ' ὅταν ἐπὶ τῶν πυρεττόντων δίδωταί τι τοιοῦτον. μία δὲ τοῦ μὴ βλαβῆναι φυλακὴ, τὸ μὴ μόνον εἶναι τὸ καθαῖρον φάρμακον, ἀκέρατόν τε καὶ ἄμικτον ἑτέρων τῶν ἀμβλύνειν αὐτοῦ τὴν κακίαν πεφυκότων. ἐναντία γάρ ἐστιν ἡ φύσις ἁπάντων τῶν καθαιρόντων φαρμάκων τῇ τῶν καθαιρομένων σωμάτων, καὶ ὡς ἄν εἴποι τις ὀλέθριός τε καὶ δηλητήριος αὐτῶν. ὥσπερ δὲ ὀποῦ μήκωνος, μανδραγόρου τε, καὶ ὑοσκυάμου, καὶ ἄλλων πολλῶν τοιούτων φαρμάκων ἐναντίων ταῖς τε οὐσίαις καὶ ταῖς δυνάμεσιν ὄντων ἡμῖν, καὶ φθείρειν πεφυκότων τὰ σώματα, βραχύ τι μέρος λαμβάνοντες[48] ἀπολαύομεν ἐξ αὐτῶν μεγάλης ὠφελείας, οὕτω καὶ τῶν καθαρτικῶν ἐναντίας οὔσης τῆς φύσεως τῇ τῶν ἡμετέρων σωμάτων, ὀλίγον τι τῆς οὐσίας μέρος ἀποτεμνόμενοι, πρὸς ὠφέλειαν χρώμεθα. καθάπερ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ πίνειν αὐτὰ, μίγνυταί τινα τῶν εὐωδῶν σπερμάτων, ἃ καὶ τὴν κακίαν πέφυκεν ἀμβλύνειν, καὶ τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν μὴ κωλύειν, λεπτυντικῆς τε καὶ τμητικῆς ὄντα δυνάμεως, ὡς καὶ τοὺς παχεῖς χυμοὺς τέμνεσθαι, καὶ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν δι' ὧν ἐκκενοῦνται, διοίγειν τε καὶ ἀναστομοῦν, οὕτω καὶ μετὰ τὸ ληφθῆναι συμφέρει τῆς πτισάνης ἐπιρροφεῖν. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ καθαρτικὸν φάρμακον, ὡς ἂν ὀλίγον ὂν, εἰς τὸν πυθμένα τῆς κοιλίας ἀφικνεῖται· κατὰ δὲ τὴν δίοδον ὁ στόμαχος, ὅσον τε ὑψηλότερον τῆς γαστρὸς, οὐ μόνον τῆς ποιότητος τοῦ καθαίροντος φαρμάκου, ἀλλὰ καὶ τῆς οὐσίας προσιζούσης ἐν τῇ διόδῳ, μεταλαμβάνων, μεγάλως βλάπτεται· χρήσιμος οὖν ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης ἐπιρροφούμενος, ὡς δυνάμενος ἀπορρύψαι μὲν καὶ κατασύραι κάτω τὸ προσαπεπλασμένον ἐν τῇ διόδῳ δυνάμενος, ἐπικεράσαι δὲ καὶ ὑπαλλάξαι τὴν ἐνιζηκυῖαν τοῖς μορίοις ποιότητα τοῦ φαρμάκου. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τοῦ καθαρτικοῦ πόσει κελεύει πτισάνης ἐπιρροφεῖν· ἀρξαμένης δὲ γίνεσθαι τῆς καθάρσεως, οὐκέτι βούλεται δίδοσθαι τῆς πτισάνης, εὐλαβούμενος ἐκλυθῆναι τὴν ἐνέργειαν τοῦ καθαίροντος φαρμάκου, καὶ διὰ τοῦτό φησιν·

COMMENTARIVS GALENI.

Et maximè quidem ventris ori, quod & ſtomachum vocant, vt in ipſis purgantium medicamentorum potibus illæſum maneat, conſulere oportet; præſertimque vbi febrientibus tale quidpiam propinatur. Verùm præcipua ne lædatur cautio eſt, vt medicamentum purgans purum non ſit; ſed cum aliis malitiam ipſius obtundere naturâ valentibus temperatum mixtumque. Nam purgantium omnium medicamentorum natura, corporum quæ purgantur, naturis contraria eſt, atque vt quiſpiam dixerit, lethalis, ac deleteria. Quemadmodùm autem ſucci papaueris, mandragoræ, hyoſcyami, atque aliorum huiuſmodi multorum, quæ nobis & ſubſtantiâ & facultatibus contraria corpus perimere conſueuerunt, portionem ex ipſis exiguam aſſumentes, magnam percipimus commoditatem: ſic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus noſtris aduerſaria eſt, exiguam aliquam partem præcidentes, ad auxilia vtimur. Vt verò in horum medicamentorum potu quædam odorata ſemina miſcentur, quæ & malitiam obtundere valeant, & actionem ipſorum non prohibeant, tenuandi incidendique facultatem obtinentia; ita vt & craſſos incidant humores, & vias ipſorum quibus vacuatio fiat, aperiant patefaciantque; ſic & à ſumpto medicamento ptiſanam ſorbere confert. Id enim purgans medicamentum quantumuis exiguum, ad ventris quidem fundum peruenit, ſed in tranſitu ſtomachus, & quæcunque ventris ſublimior pars, non modò qualitatem medicamenti purgantis, verùm & ſubſtantiæ quæ in tranſitu hæret, aliquid aſſumens, magnoperè læditur. Ptiſanę igitur cremor ſuperſorptus eſt vtilis, vt quod & detergere, & deorsũ trahere, quod viæ adhæret, & qualitatem medicamenti his adhærentis partibus tum contemperare, tum permutare poteſt. Ob eas igitur cauſas à purgantis medicamenti potu, ptiſanam ſuperſorberi præcipit; ſed vbi purgatio fieri cœpit, ptiſanam non ampliùs exhiberi vult, purgantis medicamenti actionem exolui veritus; atque ob eam rem ait,

C D E F

Αὐτίκα μετὰ τὴν κάθαρσιν ληφθεῖσάν τε καὶ τετελεσμένην, καὶ μὴ ἐν τῇ μέσῃ, τὸν πτισάνης χυλὸν δοτέον εἶναι· καὶ ἀπὸ τῆς καθάρσεως ἔλασσόν τι τῆς τροφῆς διδόναι δεῖν.

Statim ab aſſumpta purgatione & finita, non autem in media, ptiſanæ cremorem exhibendum eſſe; & à purgatione minùs alimenti exhibendum.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιγ΄.

Ἐπεὶ καὶ κατὰ λόγον ἐστὶ, μεσηγὺ τῆς καθάρσεως μὴ διδόναι ῥοφεῖν. ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις,

TEXTVS HIPPOCRATIS 13.

Qvandoquidem rationi conſentaneum eſt, media in purgatione ſorbitionem non exhibere.

Quum

Quum autem cessauerit purgatio, tunc parciorem copiam quàm pro consuetudine sorbeat, posteà verò ad vberiorem perpetuò adducatur, si & dolor sedatus fuerit, nihilque aliud repugnet.

COMMENTARIVS GALENI.

COntrà quàm plerique huiusce temporis medici, hac de re decreuit Hippocrates. Hi nanque, quum vacuauerint, copiosè nutriunt. Hippocrates verò à purgatione, ptisanæ minùs dari iubet. Nam corporum purgatorum vires purgatione prostatæ, alimentum ferre nequeunt, neque probè conficere, nisi omninò paucum fuerit. Purgatis igitur tantùm cremoris primò exhibendum, quantùm euincere possint; deinde paulatim adaugere oportet, si & dolor, inquit, cessauerit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore dicitur, manifestum est; sed nihil aliud prohibere, intelligendum est, si ad prædictas referas distinctiones, in quibus demonstrauit, quo pacto acutè laborãtes absque sorbitionibus alere oporteat. Summa verò horum est, quum vel morbum ante iudicationem nullâ sorbitione indigere sperabimus; vel in quibus summa est humoris phlegmonen facientis cruditas.

Ptisanæ cremore priùs vtendum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 14.

EAdem autem mihi ratio est, si & ptisanæ cremore vtendum sit.

COMMENTARIVS GALENI.

TEmpus exhibendi tum ptisanam, tum cremorem, & anteà simile esse demonstrauit, re vnâ differentiam horum definiens; nimirùm à cremore principium exhibitionis facit.

Quo morbi acuti tempore ptisanæ sorbitio concedenda.

TEXTVS HIPPOCRATIS 15.

MElius enim esse dico, statim omninò per morbi exordia sorbere, potiùs quàm præuacuatis vasis aut tertio, aut quarto, aut quinto, aut sexto, aut septimo die à sorbitione inchoare, nisi hocce tempore morbus priùs iudicatus fuerit.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd in Aphorismis scripsit, id & nunc persequitur, dum in omni morbo tenuissimum victum in morbi vigore assumi imperat. Si igitur quinto die morbi vigor futurus sit, & æger solo vsus potu sufficere non possit, melius esse ait protinus ab initio ptisanam dari, non tertio die, aut quarto eius exhibitionem auspicari. Sic sanè & eos, qui aut quinto, aut sexto, aut septimo sorbitionem inchoant, aberrare pronunciat, si hocce tempore morbus non fuerit iudicatus. Per iudicationem intelligo, vt dixi, non perfectam duntaxat *morbi* mutationem, verùm etiam effatu dignam transmutationem.

A τότε ἔλασσον ῥοφεέτω, ἢ ὁκόσον εἰθίσθαι· μετὰ δὲ τοῦτο, ἀναγέτω ἀεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον, ἢν ἥτε ὀδύνη πεπαυμένη εἴη, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ἘΝαντίως ἐγίνωσκε περὶ τούτου τοῖς πολλοῖς τῶν νεῶν ἰατρῶν ὁ Ἱπποκράτης. οὗτοι μὲν γὰρ ὅταν κενώσωσι, τρέφουσι δαψιλῶς· ὁ δ' Ἱπποκράτης ἔλασσον ἀξιοῖ δίδοσθαι τῆς πτισάνης μετὰ τὴν κάθαρσιν. ἡ γάρ τοι τῶν καθαρθέντων B σωμάτων δύναμις ἐν τῇ καθάρσει κεκμηκυῖα, φέρειν οὐ δύναται τὴν τροφὴν, οὐδὲ κατεργάζεσθαι [49] καλῶς, εἰ μὴ παντελῶς εἴη βραχεῖα. τοσοῦτον οὖν τοῖς καθαρθεῖσι διδόναι τοῦ χυλοῦ χρὴ τὴν πρώτην, ὅσον κρατῆσαι δύνανται· εἶτ' εὐθὺς κατὰ βραχὺ παραυξάνειν, ἐὰν ἥτ' ὀδύνη, φησὶ, παύσηται, καὶ μηδὲν ἄλλο [50] κωλύῃ. τὸ μὲν οὖν τῆς ὀδύνης, πρόδηλόν ἐστι· τὸ δὲ μηδὲν ἄλλο κωλύειν, ἀκουστέον, ἐπὶ τοὺς προειρημένους διορισμοὺς ἀναφέροντα, ἐν οἷς ἐδίδαξεν, ὁπηνίκα χρὴ διαιτᾶν τοὺς ὀξέως νοσοῦντας ἄνευ ῥοφημάτων. ἔστι δ' αὐτῶν τὸ C κεφάλαιον, ὅταν ἤτοι προκριθήσεσθαι τὴν νόσον ἐλπίσωμεν ἄνευ τοῦ δεηθῆναι ῥοφήματος, ἢ ἐφ' ὧν παντελής ἐστιν ἡ ἀπεψία τοῦ κατὰ τὴν φλεγμονὴν χυμοῦ.

Τῷ πτισάνης χυλῷ προχρηστέον εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιδ'.

ὮΥτος δέ μοι λόγος ἐστὶ, καὶ ἢν χυλῷ δέῃ πτισάνης χρέεσθαι.

D

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΑραπλήσιον τῇ τε πτισσάνῃ καὶ τῷ χυλῷ τὸν καιρὸν τῆς δόσεως ἔφησεν εἶναι καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἑνὶ μόνῳ τὴν διαφορὰν αὐτῶν ἀφορισάμενος, τῷ τὴν ἀρχὴν τῆς δόσεως ἀπὸ τοῦ χυλοῦ ποιεῖσθαι.

Ἐν τίνι τοῦ ὀξέος νοσήματος καιρῷ τὸ πτισάνης ῥόφημα δοτέον.

E

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιε'.

ΦΗμὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἄρξασθαι τὸ ἐπίπαν ῥοφεῖν, μᾶλλον ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξασθαι τοῦ ῥοφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἤν γε μὴ προκριθῇ ἡ νοῦσος ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὃ Κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἔγραψε, τούτῳ καὶ νῦν ἀκολουθεῖ, βουλόμενος ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ λεπτότατον τῆς διαίτης ἐν τῇ τοῦ νοσήματος ἀκμῇ παραλαμβάνεσθαι. F ἐὰν οὖν αὐτὴ τῇ πεμπτῇ τῶν ἡμερῶν μέλλῃ γίνεσθαι, καὶ μὴ δύνηται τοῖς πόμασι μόνοις χρώμενος ὁ κάμνων ἐξαρκέσαι, βέλτιον εἶναί φησιν εὐθέως ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ δίδοσθαι τῆς πτισσάνης, οὐ κατὰ τὴν τρίτην ἢ τὴν τετάρτην ἡμέραν ἄρξασθαι τῆς δόσεως· οὕτως οὖν καὶ τοὺς ἐν τῇ ε'. τῶν ἡμερῶν, ἢ τῇ ς'. ἢ τῇ ζ'. τοῦ ῥοφήματος ἀρχομένους ἁμαρτάνειν φησὶν, ἐάν γε μὴ τύχῃ προκριθὲν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ νόσημα· τῆς κρίσεως, ὡς ἔφην, ἀκουομένης, οὐ μόνον τῆς τελείας ἀπαλλαγῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξιολόγου μεταβολῆς.

A

Περὶ παρασκευῆς πρὸ τῆς πτισάνης χρήσεως ποιητέας.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιϛʹ.

Αἱ δὲ παρασκευαὶ καὶ τουτέοισι παραπλήσιοι ποιητέαι, ὁκοῖαί περ εἴρηνται. περὶ μὲν οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτω γινώσκω.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ οἷς ἀπ' ἀρχῆς μέλλεις διδόναι τὸ ῥόφημα, τὴν παρασκευὴν ὁμοίως ἀξιοῖ γενέσθαι, τουτέστιν εἴτε φλεβοτομίας ἐστὶν, εἴτε κλύσματος, ἢ βαλάνου χρῆσις, ἐκεῖνο πράττειν κελεύει πρότερον.

De præparatione ante vsum ptisanæ faciendâ.

TEXTVS HIPPOCRATIS 16.

Præparationes autem & his consimiles, quales dictæ sunt, faciendæ. De sorbitionis igitur exhibitione ita sentio.

COMMENTARIVS GALENI.

Et quibus à principio sorbitionem daturus sis', præparationem similiter fieri præcipit; hoc est, siue sectionis venæ, siue clysmatis, siue B balani necessitas fuerit, illud priùs faciendum imperat.

Πρὸ τοῦ ποτοῦ μόνου τὴν παρασκευὴν ποιητέαν εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιζʹ.

Αὐτὰρ καὶ περὶ ποτοῦ, ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν γεγραφησομένων, ωὑτός μοι λόγος ὡς ἐπίπαν ἐστί.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ χωρὶς πτισάνης ἐπὶ τῶν πομάτων μόνων διαιτῴης τὸν κάμνοντα, τὰς εἰρημένας παρασκευὰς ἀξιοῖ ποιεῖσθαί σε, τουτέστιν, ἢ φλεβοτομεῖν, ἢ κλύζειν, ἢ βαλάνῳ χρῆσθαι.

Ante potum solum præparatio facienda.

TEXTVS HIPPOCRATIS 17.

Quin & de potu, qualemcunque tandem ex describendis quis potaturus sit, eadem omninò mihi est ratio.

COMMENTARIVS GALENI.

C Si laborantem potu solo citra ptisanæ sorbitionem cibaueris, prædictas præparationes te facere iubet, hoc est, aut venam secare, aut clystere, aut balano vti.

Τοὺς κάμνοντας κατ' ἀρχὰς τῶν νόσων τῇ ἀσιτίᾳ τε καὶ τῇ ἀθρόᾳ μεταβολῇ βλάπτεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιηʹ.

Οἶδα δὲ καὶ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα ἢ ὡς δεῖ, ποιέοντας· βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο, ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείονας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα, καὶ τὰ ποτά. καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτέοισιν εἶναι, μεγάλης τῆς μεταβολῆς γινομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν. τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν, εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον, ὀρθῶς μέντοι μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολὴ, καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Μέμφεται τοὺς ἰατροὺς, ὅσοι τὰς πρώτας ἡμέρας ἐν ἀσιτίᾳ παντελεῖ φυλάξαντες τοὺς κάμνοντας, ἀθρόως μετάγουσιν, ἔνιοι μὲν ἐπὶ τὴν τῶν ῥοφημάτων προσφοράν, ἔνιοι δὲ ἐπὶ τὴν τῶν ποτῶν. οὐ μὴν ἐμνημόνευσέ γε τῶν ἔτι καὶ τούτων αὐτῶν τροφὰς ἰσχυροτέρας διδόντων πρὸ τοῦ πεφθῆναι τὴν νόσον· εἴωθε γὰρ, ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἔφην, ἐνίοτε τὰ μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων ἀνεξέλεγκτα καταλείπειν, ἐξ ὧν τὰ μικρότερα διέβαλε, καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνων ἐνδεικνύμενος βλάβην. ὅσοι δ' οὕτω μεταβάλλουσιν, ἴσως οἴονται, φησι, κατὰ λόγον μεταβάλλειν, ἐπὶ μεγάλῃ τῇ τοῦ σώματος μεταβολῇ, ἀξιόλογον καὶ τὴν τῆς διαίτης ὑπαλλαγὴν ποιούμενοι. τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καλῶς ὑπειληφέναι φησὶν αὐτούς. οὐ μὴν ἅπασάν γε μεταβολὴν, ἀλλά τινα οἰητέον εἶναι, περὶ ἧς τὸ μέντοι προείρηκε, τὸ δέ τι καὶ λέξει, κατασκευάζων τῷ λόγῳ, φυλάττεσθαι τὰς ἀθρόας μεταβολάς.

Ægrotos per initia morbi tum inediâ, tum repentinâ mutatione oblædi.

TEXTVS HIPPOCRATIS 18.

D *At verò noui medicos his quæ deceant, maximè contraria moliri. Volunt enim omnes, vbi sub initia morborum homines, aut duos, aut tres, aut etiam plures dies inediâ præmacerauerint, ita tum sorbitiones, tum potus exhibere. Et fortassis aliquid etiam consentaneum esse videtur, magnâ mutatione oboriente corpori, magnam etiam quandam muta-* E *tionem cõtrà obijcere; commutare quidem benè habet non parùm; rectè tamen mutatio transferenda, & ex mutatione, ciborum exhibitio etiamnùm magis.*

COMMENTARIVS GALENI.

Medicos arguit, qui primis diebus ægrotos in integra inedia seruant; tum nonnulli quidem eos derepentè ad sorbitionum, alij verò ad potuum exhibitionem deducunt. Non tamen eorum etiamnùm meminit, qui cibos validiores ante morbi concoctionem ministrant. Consue- F uit enim, vt anteà dixi, interdùm maximos errores non euictos prætermittere, ex quibus minores defert, & ex illis ortam læsionem demonstrat. Qui verò ita commutant, fortassis, inquit, cum ratione se transmutare arbitrantur, in magna corporis transmutatione effatu dignam victûs permutationem facientes. Id sanè ipsum benè eos existimasse ait; non tamen transmutationem omnem, sed aliquam augurandum esse, de qua partim prædixit, & partim est dicturus, sermone astruens, vitandas esse repentinas mutationes.

ægrotos

A

Ægrotos translatione à summa inedia ad ptisanam totam maximè oblædi, ad cremorem minùs, ad potum minuscule.

TEXTVS HIPPOCRATIS 19.

Plurimùm igitur lædentur, qui totâ vtuntur ptisanâ, nisi rectè mutationem fecerint; lædentur etiam, qui solò vtuntur cremore, quanquam minùs; *lædentur præterea & qui solo vtuntur potu, sed hi minimè.*

COMMENTARIVS GALENI.

Dictam paulo antè repentinam victûs mutationem, quâ primis diebus in integra inedia seruatos ægrotantes circa diem quartum nutrire incipiunt, maximè quidem lædere ait, si in ptisanam totam transferantur; minùs verò, si in cremorem; minimè denique, hoc est, paucissimè, eos lædi, qui ad solos procedunt potus. Nam ex magnitudine facultatis eorum, quæ offeruntur, læsionis oritur magnitudo.

Conferentem sanorum victum discendum esse; ac repentinâ victûs mutatione tum sanos, tum ægros, magisque ægros, ac maximè acutè laborantes lædi.

TEXTVS HIPPOCRATIS 20.

Oportet autem & ex sanorum adhuc hominum victu, quæ conferant, addiscere. Etenim sanè si sanis quibusdam talis vel talis victus magnoperè inter se differre videatur, cùm in alijs quibusdam, tum in mutationibus; quomodò & in morbis, maximéque in acutissimis, non multùm differet?

COMMENTARIVS GALENI.

Incipit prædictam à se de victu sententiam demonstrare, arguens vnà & eos qui contrario modo victum instituunt. Sed vt dilucidus euadat sermo, summam ipsius totam præfari melius esse mihi videtur. Est autem earum, quæ in eam rem assumuntur, sumptionum altera, sententia vniuersalis hæc. *Si bene valentibus læsionem afferant repentinæ victûs ad contraria mutationes, multò magis ægrotantibus ipsis*; quòd variis etiam modis possumus interpretari, aliud in aliam transsumentes dictionem, vt sic; *In repentinis victûs mutationibus, sanitate fruentes ægrotantibus minùs læduntur*; Vel sic; *Ægri sanis magis læduntur*; Vel hoc modo; *Læsiones sanos minùs quàm ægros afficiunt*; Et adhuc generaliùs; *Robustiores minùs lædunt, imbecilliores magis, noxiæ.* Licet & aliter vim ipsam sermonis interpretari; aut ex eo quod per se, & primùm vtile sit ad quod demonstratur; aut ex aliqua continentium ipsum vel sententiarum, vel sumptionum. Talis quidem tibi sit per se credibilis altera sumptionum, quas sanè vocare consueuit Aristoteles axiomata. Sed

Τοὺς κάμνοντας τῇ μεταβολῇ ἀπὸ τῆς ἀσιτίας παντελοῦς εἰς ὅλην τὴν πτισάνην, μάλιστα βλάπτεσθαι· εἰς δὲ τὸν χυλὸν, ἧττον· εἰς τὸν ποτὸν, ἥκιστα.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιθ'.

Μάλιστα μὲν οὖν βλάπτοιντο ἂν, ἢν μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν, οἱ ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμε-
B νοι· βλάπτοιντο δὲ ἂν καὶ οἱ μούνῳ τῷ χυλῷ χρεόμενοι· βλάπτοιντο δ' ἂν καὶ οἱ μούνῳ τῷ ποτῷ χρεόμενοι, ἥκιστα δὲ οὗτοι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὴν εἰρημένην ὀλίγον ἔμπροσθεν ἀθρόαν μεταβολὴν τῆς διαίτης, καθ' ἣν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐν ἀσιτίᾳ παντελεῖ φυλάξαντες τοὺς κάμνοντας, ἄρχονται τρέφειν περὶ τετάρτην ἡμέραν, μάλιστα μὲν βλάπτειν φησὶν, ἐὰν ἐπὶ τὴν ὅλην πτισάνην μεταβάλλωσιν· ἔλαττον δὲ ὅταν ἐπὶ τὸν χυλόν· ἥκιστα δὲ, τουτέστιν ἐλάχιστα, βλάπτειν τοὺς
C ἐπὶ μόνα τὰ ποτὰ παραγινομένους. κατὰ γὰρ τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως τῶν προσφερομένων, καὶ τὸ τῆς βλάβης γίνεται μέγεθος.

Τὴν συμφέρουσαν τῶν ὑγιαινόντων δίαιταν καταμανθάνειν χρή. καὶ διὰ τῆς ἀθρόας διαίτης μεταβολῆς τούς ὑγιαίνοντάς τε καὶ νοσοῦντας, μᾶλλον δὲ τοὺς νοσοῦντας, καὶ μάλιστα τοὺς ὀξέως νοσοῦντας βλάπτεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κ'.

Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαί-
D τῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει. εἰ γὰρ δὴ τοῖσί γε ὑγιαίνουσι φαίνονται διαφέροντα μεγάλα τὰ τοῖα ἢ τοῖα διαιτήματα, ἐν ἄλλῳ τινὶ που καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι, πῶς οὐχὶ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι διαφέρει μεγάλα, καὶ τουτέων ἐν τῇσιν ὀξυτάτῃσι μάλιστα;

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἀποδεικνύειν ἤρξατο τὴν προειρημένην ὑπ' αὐτοῦ περὶ τῆς διαίτης δόξαν, ἐλέγχων ἅμα καὶ τοὺς ἐναντίως
E διαιτῶντας. ἵνα δὲ σαφὴς ὁ λόγος γένηται, τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ σύμπαν ἄμεινόν μοι δοκεῖ προειπεῖν. ἔστι δὲ τῶν εἰς αὐτὸ λαμβανομένων λημμάτων τὸ μὲν ἕτερον, ἀξίωμα καθόλου τοιοῦτον· ἐὰν μὲν τοῖς ὑγιαίνουσι βλάβην φέρωσιν αἱ ἀθρόαι τῆς διαίτης ἐπὶ τἀναντία μεταβολαί, πολὺ μᾶλλον τοῖς νοσοῦσιν· ὃ καὶ πολυειδῶς ἐστιν ἑρμηνεύειν, ἄλλοτε εἰς ἄλλην λέξιν μεταλαμβάνοντας, οἷον οὕτως· ἐπὶ τῶν κατὰ δίαιταν ἀθρόων μεταβολῶν οἱ ὑγιαίνοντες ἧττον βλάπτονται τῶν νοσούντων· ἢ οὕτως· οἱ νοσοῦντες βλά-
F πτονται μᾶλλον τῶν ὑγιαινόντων· ἢ οὕτως· τὰ βλαβερὰ, τοὺς ὑγιαίνοντας ἧττον βλάπτει, τῶν νοσούντων· καὶ ἔτι κοινότερον τοῦδε· τοὺς ἰσχυροτέρους ἧττον βλάπτει, τοὺς δὲ ἀσθενεστέρους μᾶλλον, τὰ βλαβερά. ἔξεστι δὲ καὶ ἄλλως ἑρμηνεύειν τὴν αὐτὴν τοῦ λόγου δύναμιν, ἤτοι τὸ καθ' αὑτὸ καὶ πρώτως χρήσιμον εἰς τὸ ἀποδεικνύμενον, ἢ διά τινος τῶν περιεχόντων ἀξιωμάτων ἢ λημμάτων αὐτό. τοιοῦτον μὲν δή τι τὸ ἕτερον τῶν λημμάτων ἐστὶν ἐξ αὑτοῦ πιστὸν, ἅπερ δὴ καὶ καλεῖν ἔθος ἐστὶν ἀξιώματα τοῖς περὶ τὸν Ἀριστοτέλην.

A τὸ δὲ ἕτερον ἐξ ἐμπειρίας ἐγνωσμένον, ἐφεξῆς ἄκουε· καὶ τοὺς ὑγιαίνοντας, ἡ ἀθρόα μεταβολὴ τῆς διαίτης βλάπτει. τούτοις δ᾽ ἀμφοτέροις τοῖς λήμμασιν ἕπεται τὸ συμπέρασμα, τὸ βλάπτεσθαι μειζόνως τοὺς νοσοῦντας ὑπὸ τῆς ἀθρόας ἐν τῇ διαίτῃ μεταβολῆς, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τοὺς ὀξέως νοσοῦντας. Αὕτη μὲν ἡ τοῦ λόγου δύναμις· ὁ δὲ Ἱπποκράτης, τὸ μὲν ἕτερον τῶν λημμάτων ἐξ ἑαυτοῦ πρότερον πιστότερον ὄν, ἄντικρυς λαμβάνει χωρὶς κατασκευῆς· τὸ δὲ ἕτερον, ἐκ τῶν διὰ τῆς ἐμπειρίας κατὰ μέρος ἐωραμένων πιστοῦται, καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλοῖ καὶ ὁ ἐφεξῆς λόγος. B

& alteram ab experientia cognitam deinceps audi; *Sanos etiam repentina victûs mutatio lædit.* Has verò vtrasque sumptiones sequitur conclusio, ægrotos à repentina victûs mutatione lædi magis, sed multò magis acutè laborantes. Hæc est vis sermonis. Verùm Hippocrates alteram ex sumptionibus per se priùs credibiliorem confestim citra probationem accipit. Alteram verò ijs, quæ particulatim per experientiam noscuntur, fide astruit. Atque idipsum sequens declarat oratio.

Ταὶς μεγάλας καὶ ἐξαπίνης μεταβολὰς τῆς φαύλης διαίτης ἑαυτῇ ἐμφεροῦς ἀεὶ καὶ κατὰ τὸ ἔθος, εἰς ἑτέραν βελτίονα, τοῖς ὑγιαίνουσιν εἶναι βλαβερωτάτας.

Magnas ac repentinas mutationes victûs, etiam praui, sui semper similis, & consueti, in alium meliorem, sanis esse maximè noxias.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κα´.

Ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν γέ ἐστιν, ὅτι φαύλη δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς ἀεὶ, ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγείην, ἢ ἐάν τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλῃ εἰς ἄλλο [55] κρέσσον. C

TEXTVS HIPPOCRATIS 21.

Atqui quòd vitiosus victus cibi & potûs sui semper similis ad sanitatem tutior omninò sit, quàm si quis subitò ad alium meliorem magnam mutationem faciat, facilè addiscitur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὸ ἕτερον τῶν εἰς τὴν ἀπόδειξιν τοῦ προκειμένου λόγου διαφερόντων λημμάτων, ἤρξατο νῦν κατασκευάζειν ἐκ πολλῶν τῶν κατὰ μέρος παραδειγμάτων, εἰς ἓν κεφάλαιον ἀθροίζων αὐτοῦ τὴν πίστιν· ἔστι δὲ τοῦτο, τοῖς ὑγιαίνουσι τὰς παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης μεγάλας μεταβολὰς, οὐ μικρὰν ἐργάζεσθαι βλάβην. ὁ λόγος μὲν οὖν ἐστὶν αὐτάρκως σαφὴς, ὅμως δ᾽ εἴ τι παρεμπίπτειν δόξειεν ἐξηγήσεως δεόμενον τοῖς ἀγυμναστοτέροις περὶ τὴν ἐν τούτοις ἀκολουθίαν, οὐκ ὀκνήσομεν ἐξηγήσασθαι. καὶ τοῦτο γὰρ ὑπόμνημα [54] φιλανθρωπότερόν ἐστι, τῷ ἐστοχάσθαι μὴ μόνον τῶν γεγυμνασμένων ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγυμναστοτέρων· εἰ δέ τις ἀμαθὴς καὶ ἄπειρός ἐστι τῶν προειρημένων μαθημάτων, ἄλλό τι πραττέτω. D

COMMENTARIVS GALENI.

Alteram sumptionum, quæ ad præsentis sermonis demonstrationem præstant, nunc ex multis particularibus exemplis astruere incipit, fidem ipsius in vnam colligens summam, quæ talis est. *Magnæ & repentinæ præter consuetudinem mutationes non paruam sanis afferunt læsionem.* Quanquam sermo hic conspicuus est, tamen siquid quod explanatione indigeat, intercidere videbitur iis qui exercitati non sunt in sequenti serie, explanare non cunctabor. Nam hic commentarius liberalior ac humanior est, si non eos modò qui in rationibus sunt exercitati, sed etiam qui non sunt exercitati, spectet. Quòd siquis prædictas disciplinas neque didicerit, neque expertus fuerit, aliud quidpiam agat.

Ταὶς τῶν ἐθῶν ἐξαιφνιδίους μεταβολὰς τῷ τῶν τε δὶς κατ᾽ ἔθος σιτουμένων τῆς ἡμέρας καὶ τῶν μονοσιτούντων παραδείγματι εἶναι βλαβεράς· ἐντεῦθεν τὸ βάρος τοῦ σώματος, ἡ ἀσθένεια τῆς δυνάμεως, ὄκνος, ὀξυρεγμία, ἄση, διάῤῥοια, περὶ ὧν λέγεται. E

Repentinas consuetudinis mutationes, eorum tum qui semel, tum qui bis cibum assumere consueuerunt, exemplo esse noxias; hinc corporis grauitas, imbecillitas virium, desidia, ructus acidus, iactatio, diarrhœa, de quibus disseritur.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κβ´.

Ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τῆς ἡμέρης, καὶ τοῖσι μονοσιτέουσιν, αἱ ἐξαπίναιοι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀῤῥωστίην παρέχουσι. καὶ τοὺς μέν γε μὴ μεμαθηκότας ἀριστᾷν, ἢν ἀριστήσωσιν, εὐθέως ἀῤῥώστους ποιεῖ, καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἀσθενέας, καὶ ὀκνηρούς· ἢν δὲ καὶ ἐπιδειπνήσωσιν, ὀξυρεγμιώδεας, ἐνίοισι δὲ ἂν καὶ σπατίλη γένοιτο, ὁκόταν παρὰ τὸ ἔθος ἀχθοφορήσῃ ἡ κοιλίη, εἰθισμένη ἐπιξηραίνεσθαι, καὶ μὴ δὶς διογκοῦσθαι, μηδὲ δὶς ἕψειν τὰ σιτία. F

TEXTVS HIPPOCRATIS 22.

Qvandoquidem tum bis die, tum semel cibum assumentibus repentinæ mutationes læsiones & morbos inuehunt. Et sanè qui prandere non consueuerunt, si prandeant, statim infirmos efficiunt & corpore graues, & imbecilles, ac desidiosos. Quòd si præterea cœnauerint, acidum eructant, nonnullis etiam alui liquida deiectio oboritur. Quum præter cõsuetudinem ventriculus pondere grauetur, resiccari consuetus, nõ bis intumescere, neq; bis cibos coquere.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὐ μόνον ὅτι βλάπτονται μεγάλα κατὰ τὰς τῶν ἐθῶν ἐξαιφνιδίους μεταβολὰς, ἀλλὰ καὶ τίνες αἱ βλάβαι

COMMENTARIVS GALENI.

Non solùm quòd in repentinis consuetudinũ mutationibus magnoperè lædantur, verumetiam

etiã, & quæ læsiones fiant, & quonam modo singulas emendare oporteat, scribens, in prolixitatẽ sermonem extendit; nam si duntaxat, quòd in repentinis consuetudinum mutationibus lædantur, ostenderet, sermo illi totus breuis foret. Prima igitur consuetudinis mutatio nunc exposita est, de prandere non assuetis, qui pransi aliquando sunt. Ait enim tales & infirmos, & toto corpore graues fieri, imbecilles quoque, & desidiosos. Hæc autem ipsis accidunt, grauatâ ab alimento, tanquam à pondere, facultate; neque enim certè imbecilla ea redditur propriâ ratione, veluti in cibi penuria fieri consueuit. Ob eam igitur causam hîc sermoni adiecit, totum corpus grauari iis, qui bis cibati sunt, eosque fieri desidiosiores. Verùm in assuetis prandere, & non pransis, imbecillitatem quidem virium scripsit, sed grauitatem non adscripsit. Nam per se vires in eiusmodi mutationibus imbecilles euadunt. Præterea quum desidiosos fieri in præsenti victûs mutatione asserat, in contrariâ timidos esse dixit, velut si opus omne perosos, ac opus aggredi veritos, diceret. Sic enim se verè res habet. Atque quum ita se habeant, virium imbecillitatem sentiunt; atque ob id eas, quas antè promptiùs obibant, obire non audent actiones. Quin etiam & iis qui parciùs cibantur, viscera videri pendere ait, eosque tum calidum, tum viride meiere. Calidum quidem inquiens, id est solito calidius; Viride verò iuxta morem quendam Asiaticorum Græcorum, qui & nunc obseruatur; pallidos enim quosdam videntes, causam cur ita virides facti sint, interrogant, viride, & pallidum, nihil differre existimantes; conspectumque quendam se ipso viridiorem dicunt, pallidiorem ita significantes. Est autem color pallidus reuera talis, qualis ignis & ochræ vocatæ, ὤχρας, cuius nominis prima syllaba acuitur. Fitque talis color, permixtâ aquoso excremento pallidâ, & amarâ, & flauâ appellatâ bile. Quantùm enim flauus color à rubro in albiorem secedit, tantùm à flauo pallidus. Scripsit autem & alia quædam symptomata, quæ ita affectis fiunt, de quibus quum ad propriam enarrationem peruenerimus, agemus. Nunc autem præsentem textum absoluamus. Quæ in non assuetis prandere contingere ait, iis adhuc & hoc adiecit. *Si autem supercœnauerint, acidum eructant.* Quòd autem ructus acidi fiant, & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitam sæpiùs in eo aceruatam, & propter ciborum multitudinem, aut etiamsi moderati quidem sint, potestate tamen frigidorum, didicimus. Omnium autem prædictorum commune est, calorem ventris insitum vinci à cibis, non eos vincere, neque superare, neque probè conficere posse; vt si modicæ flammę lignorum multitudinem superaceruaueris, aut & citrà multitudinem, tum viridia, tum humida superposueris. quibusdam ita cibatis diarrhœam, hoc est, liquidam deiectionem fieri ait. Verũ multis in exemplaribus non deiectionem liquidã scriptam inuenies, sed inquietudinẽ, vt videlicet iactationem intelligamus corporis ita cibati, vt alimenti copiâ iactetur, molestéq; in lecto iaceat, & sese permutet. At circa textûs finem concoctionẽ elixationi similem esse oportere manifestè ostẽdit, tanquam quæ à calido fiat, non sicco squalentique quale febrium est, sed humido & vaporoso, quale in animalibus secundum naturam existit.

A γίνονται, γράφων, τίνα δὲ τρόπον ἐπανορθωτέον ἑκάστην ἐστὶν, εἰς μῆκος ἐκτείνει τὸν λόγον· ὡς εἴ γε μόνον, ὅτι βλάπτονται μεγάλα κατὰ τὰς τῶν ἐθῶν ἐξαιφνιδίους μεταβολὰς ἐπεδείκνυε, βραχὺς ἂν αὐτῷ ὁ πᾶς λόγος ἐγεγόνει. Πρώτη μὲν οὖν ἐστι μεταβολὴ ἡ νῦν προκεχειρισμένη, τοῦ ἔθους, ἐπὶ τῶν ἀήθων μὲν ἀριστᾶν, ἀριστησάντων δέ ποτε· φησὶ γὰρ ἀρρώστους τε καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα γίνεσθαι, καὶ ἀσθενέας, καὶ ὀκνηρούς. συμβαίνει δὲ αὐτοῖς ταῦτα, βαρυνομένης τῆς δυνάμεως ὑπὸ τῆς τροφῆς B ὡς ὑπὸ φορτίου· οὐ γὰρ δὴ κατά γε τὸν ἴδιον λόγον ἀρρωστούσης, ὡς ἐπὶ τῆς ἐνδείας εἴωθε γίνεσθαι. Διὰ τοῦτο οὖν ἐνταῦθα μὲν προσέθηκε τῷ λόγῳ, τὸ [16] βαρέας ὅλον τὸ σῶμα γίνεσθαι καὶ ὀκνηροτέρους τοὺς δὶς διαιτηθέντας· ἐπὶ δὲ τῶν εἰθισμένων ἀριστᾶν, οὐκ ἀριστησάντων δὲ, τὴν μὲν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως ἔγραψε, τὸ δὲ βάρος οὐ προσέγραψε· κατὰ γὰρ τὸν ἑαυτοῦ λόγον, ἡ δύναμις ἐν ταῖς τοιαύταις μεταβολαῖς ἀρρωστεῖ. καὶ μέντοι καὶ ὀκνηρούς εἰπὼν γίνεσθαι κατὰ τὴν νῦν ἡμῖν προκειμένην μεταβολὴν τῆς διαίτης, ἐπὶ τῆς ἐναντίας εἶπε δειλούς, ὡς πρὸς ἔργον μισεῖν, ὡς εἰ καὶ φοβουμένους τῶν ἔργων ἅψασθαι εἰρήκει· οὕτως γὰρ ἔχει καὶ κατ' ἀλήθειαν, αἰσθανομένων τῶν κατὰ δύνα- C μιν ἀσθενείας τῶν οὕτως ἐχόντων, καὶ διὰ τοῦτο μὴ τολμώντων ἐνεργεῖν, ἃς ἐνήργουν ἔμπροσθεν ἑτοίμως ἐνεργείας. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐκκρεμᾶσθαι δοκεῖν τὰ σπλάγχνα τοῖς ἐνδεῶς διαιτηθεῖσί φησι, καὶ οὐρεῖν θερμόν τε καὶ χλωρόν· θερμὸν μὲν λέγων δηλονότι τοῦ συνήθους θερμότερον, χλωρὸν δὲ κατά τι τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἑλλήνων ἔθος, ὃ ἔστι καὶ νῦν διασωζόμενον. ὠχροὺς γάρ τινας ἰδόντες, ἐρωτῶσι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὕτω γεγόνασι χλωροί, μηδὲν διαφέρειν ἡγούμενοι χλωρὸν εἰπεῖν καὶ ὠχρόν· ἑωρακέναι τε τόνδε τινὰ χλωρότερον ἑαυτοῦ φασι, τὸ ὠχρότερον οὕτω δηλοῦντες. ἔστι δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν D τοιοῦτον, [17] οἷόν περ καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὤχρας, ὀξυνομένης κατὰ τὴν προσῳδίαν, τῆς προτέρας συλλαβῆς· καὶ γίνεται τοιοῦτον, ἐπιμιγνυμένης τῷ ὑδατώδει περιττώματι τῆς ὠχρᾶς τε καὶ πικρᾶς καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς· ὅσον γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπὶ τὸ λευκότερον ἀποκεχώρηκε τὸ ξανθὸν, τοσοῦτον τούτου τὸ ὠχρόν. ἔγραψε δέ τινα καὶ ἄλλα συμπτώματα, γινόμενα τοῖς οὕτω [18] διαιτηθεῖσι, περὶ ὧν ὅταν ἀφικώμεθα ἐπὶ τὴν ῥῆσιν, ἐπισκεψόμεθα· νυνὶ δὲ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἐξεργαστέον. οἷς ἔφη συμβαίνειν ἐπὶ τῶν ἀήθως ἀριστησάντων, ἔτι καὶ τοῦτο προσέθηκεν· ἢν δὲ καὶ ἐπιδειπνήσωσιν, ὀξυρεγμιώδεες. E ἐμάθομεν δὲ ὅτι διά τε τὴν ψύξιν τῆς γαστρὸς αἱ ὀξυρεγμίαι γίνονται, καὶ διὰ φλέγμα πολλάκις ἠθροισμένον ἐν αὐτῇ, καὶ διὰ πλῆθος σιτίων, ἢ καὶ συμμέτρων μὲν ὄντων, ἀλλὰ ψυχρῶν τῇ δυνάμει. πάντων δὲ τῶν προειρημένων κοινόν ἐστι, τὸ νικᾶσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν τῆς γαστρὸς ὑπὸ τῶν σιτίων, οὐ νικᾶν, οὐδὲ κρατεῖν, οὐδὲ κατεργάζεσθαι δυναμένην καλῶς αὐτά· καθάπερ εἰ καὶ φλογὶ μικρᾷ πλῆθος ἐπισωρεύσαις ξύλων, ἢ καὶ χωρὶς πλήθους ἐπιτιθείης χλωρὰ καὶ ὑγρά. τισὶ δὲ τούτων τῶν οὕτω διαιτηθέντων καὶ σπατίλην φησὶ γίνεσθαι, τουτέστιν ὑγρὰν F διαχώρησιν· ἐν πολλοῖς δὲ τῶν ἀντιγράφων οὐ σπατίλην γεγραμμένην εὑρήσεις, ἀλλ' ἄσην, ἵν' ἀκούσωμεν δηλονότι τὸν ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος, ἀσωμένου διὰ τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς τοῦ διαιτηθέντος οὕτως, καὶ δυσφοροῦντος ἐν τῇ κατακλίσει καὶ μεταβάλλοντος ἑαυτόν. ἐπὶ δὲ τῆς τελευταίας ῥήσεως ἀπεφήνατο σαφῶς, ὅτι δεῖ τὴν πέψιν εἶναι παραπλησίαν ἑψήσει, ὡς ὑπὸ θερμοῦ γινομένην, οὐ ξηροῦ καὶ αὐχμώδους, ὁποῖόν ἐστι τὸ τοῦ πυρετοῦ, ἀλλ' ὑγροῦ καὶ ἀτμώδους, οἷόν τὸ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ζώοις ἐστίν.

A

Ἡ τῶν βλαβῶν διὰ τὰς ἐξαπιναίας τῶν ἐθῶν μεταβολὰς γενομένων θεραπεία διδάσκεται, διὰ τοῦ μετὰ τὸ ἄριστον ὕπνου, ἢ περιπάτου, δείπνου ἀποχῆς, καὶ ἀκρατοτέρου πόματος. τοὺς τρὶς σιτουμένους τῆς ἡμέρας κατ' ἔθος, τῶν ἀήθων εὐφορωτέρως φέρειν.

Læsionum ex repentinis consuetudinum mutationibus obortarum curatio docetur, præscripto à prandio somno, aut ambulatiunculis, cœnæ abstinentiâ, & meraciore potu. Ter die ex consuetudine satiatos, insuetis faciliùs ferre.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κγ'.

Ἀρήγει οὖν τουτέοισιν ἀνασηκῶσαι τὴν μεταβολήν. ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ ὥσπερ νύκτα [59] ἀγαγόντα μετὰ τὸ δεῖπνον, τοῦ μὲν χειμῶνος ἀρριγέως, τοῦ δὲ θέρεος ἀθαλπέως· ἢν δὲ καθεύδειν μὴ δύνανται, βραδεῖαν συχνὴν περίοδον πλανηθέντα μὴ [60] στασίμως, δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ ὀλίγα καὶ μὴ βλαβερὰ, ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖν καὶ μὴ ὑδαρές. ἔτι δὲ μᾶλλον ἂν πονήσειεν ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτέοιτο τῆς ἡμέρας ἐς κόρον, ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ πλεονάκις· καίτοιγε πολλοί εἰσιν, οἳ εὐφόρως φέρουσι τρὶς σιτεόμενοι τῆς ἡμέρης εἰς πλῆθος, οἳ ἂν οὕτως ἐθισθῶσιν.

B

TEXTVS HIPPOCRATIS 23.

Is igitur auxiliatur æquabilem mutationem rependere. Dormire siquidem oportet, tanquàm noctem à cœna agentes, hyeme quidem citra frigus, æstate verò citra calorem. Quòd si dormire nequeant, vbi multam lentamque ambulatiunculam oberrauerint non stando, nihil cœnent, aut pauca, & innoxia; minùs prætereà, neque aquosum bibant. Is prætereà etiam magis afficietur, si ter die ad satietatem cibum acceperit, ac etiamnum magis, si sæpiùs; quanquàm multi sunt sanè, qui ter die copiosum cibum facilè ferunt, quod ita assueti sint.

C

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὐκ ἦν ἀναγκαῖον εἰρῆσθαι νῦν ταῦτα, προὔκειτο γὰρ αὐτῷ διδάξαι τὰς ἐξαπιναίας μεταβολὰς τῶν ἐθῶν βλάπτειν ἡμᾶς, οὐχ ὅπως χρὴ τὰς τοιαύτας βλάβας ἐκθεραπεύειν· ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο ἔδοξεν αὐτῷ πρᾶξαι, καὶ ἡμεῖς ἀκολουθήσωμεν οἷς ἔγραψε, μάλιστα μὲν ἐπὶ πλεῖον κοιμηθῆναι κελεύων, εἰ δὲ καθεύδειν μὴ δύναιντο, περιπατῆσαι βραδέως συχνὴν περίοδον, ὡς μὲν οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγουμένων λέγουσι, μετὰ τὸ δεῖπνον, ὡς δὲ ἡ διάνοια τῶν εἰρημένων βούλεται, μετὰ τὸ ἄριστον· τὸ γὰρ, ὥσπερ νύκτα ἀγαγόντα, [61] περὶ τῶν ἡμερινῶν ὕπνων, οὐ τῶν ἐν τῇ νυκτὶ προσήκει λέγεσθαι. καὶ μέντοι τὸ γεγραμμένον ἐφεξῆς, ἔνθα φησίν· ἢν δὲ καθεύδειν μὴ δύνωνται, βραδεῖαν συχνὴν περίοδον πλανηθέντα μὴ στασίμως, δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ ὀλίγα· μαρτυρεῖ τῷ μετὰ τὸ ἄριστον αὐτὸν ἀξιοῦν κοιμηθῆναι. δυοῖν οὖν θάτερον, ἢ ἐπανορθωτέον ἐστὶν ὡς ἡμαρτημένην μὲν τοιαύτην γραφὴν, καὶ οὕτω γραπτέον· ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὥσπερ νύκτα ἀγαγόντα, μετὰ τὸ ἄριστον, τοῦ μὲν χειμῶνος ἀρριγέως, τοῦ δὲ θέρεος ἀθαλπέως· ἢ εἴπερ φυλάττοιμεν τὴν, μετὰ τὸ δεῖπνον, οὕτως ἀκουστέον τῆς λέξεως· ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὥσπερ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκοιμᾶτο πρόσθεν, οὕτω νῦν μετὰ τὸ ἄριστον, ὥσπερ νύκτα ἀγαγόντα. Τὸ δὲ κελεύειν αὐτὸν ἤτοι μηδὲν ὅλως, ἢ ὀλίγα καὶ κοῦφα δειπνῆσαι, πρόδηλος ὁ λογισμός· ἡσυχάσαι γὰρ βούλεται τὴν γαστέρα, καὶ ἀνακτήσασθαι τὸν κάματον, ὃν ἔκαμνε βαρυνθεῖσα διὰ τὸ παρὰ τὸ ἔθος ἀριστῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ἀκόλουθον δὲ τούτῳ καὶ τὸ πιεῖν μὲν ἧττον, οὐ μὴν ὑδαρές γε· τόν τε γὰρ κλύδωνα καὶ τὴν ὑγρότητα, καὶ ψύξιν φυλάξασθαι χρὴ, βεβαρημένης τῆς γαστρὸς ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν σιτίων· αὐτὸ δὲ τὸ διδόμενον πόμα μὴ ὑδαρὲς, ἀλλ' ἐκθερμαῖνόν τε καὶ ῥωννύον εἶναι τὴν γαστέρα. τὰ δὲ ἄλλα τὰ συνεχῆ τῇ ῥήσει, δῆλα.

COMMENTARIVS GALENI.

HÆc nunc referre non erat necessarium. Nam docere proposuerat, repentinas consuetudinum mutationes nos lædere, non autem quomodò tales læsiones curare oporteat. Verùm quoniam ipsi hoc agere visum est, nos quoque, quæ scripsit, persequamur. Maximè quidem dormire ipsos plurimùm iubet; & si dormire nequeant, multæ ac lentæ ambulationis circuitum conficere, vt quàm plurimi

D

interpretes aiunt, post cœnam; verùm vt eorum quæ dicuntur sensus præcipit, post prandium. Nam oratio hæc, *tanquam noctem agant*, de somno meridiano, non de nocturno dici expostulat. Enimverò, quod continuatâ est scriptum serie, vbi inquit, *Si verò dormire nequeant, vbi multam lentamque ambulationem non stando confecerint, nihil cœnent aut pauca*, testatur Hippocratem velle eos à prandio dormire. Duorum igitur alterum; aut emendanda est, tanquàm erronea scriptio, atque ita scribendum, *Dormire*

E

siquidem eos oportet post prandium, tanquam noctem agant, hyeme quidem citra frigus, æstate verò citra calorem. Vel si seruare volumus orationem hanc *à cœna*, sic intelligenda est dictio; Dormire siquidem eos oportet, vt à cœna antè dormiebant, sic & nunc post prandium, tanquam noctem agant. Quòd autem velit Hippocrates eos, aut nihil omninò, aut parcè & leuiter cœnare, sensus est manifestus. Ventrem enim vult requiescere, laboréque, quo grauatus afficiebatur, leuari, quòd præter consuetudinem pransus homo fuerat. Hinc sequens est, &

F

minus bibere, sed non aquosum. Etenim fluctuationem, humiditatem, & refrigerationem vitare oportet, vbi à ciborum multitudine venter grauatus fuerit. Potum autem, qui exhibetur, non aquosum esse *conuenit*, sed qui ventrem facultate tum calefaciat, tum roboret. Cætera quæ textu continuantur, sunt manifesta.

Quæ

A

Quæ læsiones ac symptomata bis die cibum assumentibus, consuetumque prandium omittentibus, oboriuntur.

TEXTVS HIPPOCRATIS 24.

QVinetiam qui bis die cibum sumere consuerunt, ij nisi pransi fuerint, imbecilles ac infirmi sunt, & ad quodcunque opus timidi, & cor dolentes. Iis enim viscera pendere videntur, calidum meiunt, & cum virore pallidum, stercusque exuritur. Quibusdam etiam os amarescit, oculi cauantur, tempora palpitant, & extrema perfrigerantur.

COMMENTARIVS GALENI.

CÆtera quidem huius textûs eorum collatione, quæ præter consuetudinem pransis accidere protulit, explicauimus; sed de reliquis nunc dicam. Stercus ipsorum, hoc est, deiectionem exuri profert, à calore scilicet assatam. Aridius etenim fit corpus, igneumque magis ijs, qui consuetum relinquunt prandium. Nonnullis & os amarescere ait (sunt verò hi naturâ biliosiores) hisque concaui fiunt oculi, & ab eâdem quâ deiectio aduritur, causâ siccescunt. At in biliosis naturis ob innati caloris in igneum digressionem, etiam tempora palpitant, hoc est, temporum arteriæ euidenter pulsant. Prætereà corporis extrema frigidiora fiunt, quòd venter bilioso sero repletus sit, cuius morsu, atque molestiâ affectus vires dissoluit, corporisque extrema perfrigerat.

Impransis præter consuetudinem, ciborum auersionem; si cœnarint, ventriculi grauitatem, ac inquietum decubitum oboriri.

TEXTVS HIPPOCRATIS 25.

AC plurimi quidem impransi cœnam edere nequeunt; cœnati verò, ventriculum grauant, multóque difficiliùs in lecto decumbunt, quàm si priùs etiam pransi fuissent.

COMMENTARIVS GALENI.

Biliosi naturâ amarulenti, præter consuetudinem impransi manentes, cibos auersantur, ventriculo ipsis malè affecto. Verùm qui coacti cibum sumpserint, & grauantur, & ob id difficilè in lecto decumbunt, vt ipse protulit, quod idem est ac malè ipsos habentes in lecto permanere.

Consuetum victum immutatum tum sanis, tum ægris molestum esse infert.

TEXTVS HIPPOCRATIS 26.

QVum igitur talia hæc ob dimidiatæ diei victûs à consuetudine mutationem sanis contingant, neque apponere quicquam, neque detrahere commodum esse videtur.

Ποῖαι βλάβαι καὶ συμπτώματα τοῖς δὶς τῆς ἡμέρας σιτουμένοις, καὶ τοῖς τὸ εἰθισμένον ἄριστον παραλείπουσιν ἐπιγίνεται.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κδ'.

Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτεῖσθαι τῆς ἡμέρης, ἢν μὴ ἀριστήσωσιν, ἀσθενέες καὶ ἄῤῥωστοί εἰσι, καὶ δειλοὶ εἰς πᾶν ἔργον, καὶ καρδιαλγέες. κρεμᾶσθαι γὰρ
B δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτέοισι, καὶ [63] οὐρέουσι θερμὸν, καὶ χλωρὸν, καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται· ἔστι δ' οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται, καὶ τὰ ἄκρα διαψύχεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ταύτης τῆς ῥήσεως τὰ μὲν ἄλλα διὰ τῆς παραβολῆς, ὧν τοῖς ἀριστήσασι παρὰ τὸ ἔθος συμβαίνειν ἔφησεν, ἐξήγημαι· περὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων νῦν ἐρῶ. τὴν ἄφοδον αὐτῶν, τουτέστι
C τὸ ἀποπάτημα, συγκαίεσθαί φησιν, ὑπὸ τῆς θερμασίας δηλονότι κατοπτώμενον· ξηρότερόν τε γὰρ ἑαυτοῦ, καὶ πυρωδέστερον γίνεται τὸ σῶμα, τοῖς ἐκλείπουσι τὸ εἰθισμένον ἄριστον. ἐνίοις δὲ καὶ τὸ στόμα πικρὸν [64] γίνεσθαί φησιν· εἰσὶ δ' οὗτοι χολωδέστεροι φύσει, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι γίνονται τοῖς τοιούτοις, ξηραινόμενοι κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῇ συγκαιούσῃ τὸ διαχώρημα. διὰ δὲ τὴν ἐπὶ τὸ πυρῶδες ἐν ταῖς πικροχόλοις φύσεσιν ἐκτροπὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται, τουτέστιν αἱ κατὰ τοὺς κροτάφους ἀρτηρίαι σφύζουσιν ἐπιφανῶς· καὶ τὰ τοῦ σώματος ἄκρα ψυχρότερα γίνεται, χολωδῶν ἰχώρων ἐμπιπλαμένης
D τῆς γαστρὸς, ὑφ' ὧν δακνομένη τε καὶ ἀνιωμένη, καταλύει τὴν δύναμιν, καὶ καταψύχει τὰ ἄκρα τοῦ σώματος.

Τοῖς ἀναρίστοις παρὰ τὸ ἔθος, τὴν σιτίων ἀποστροφὴν ἐπιγίνεσθαι· καὶ δειπνήσασι, γαστρὸς βάρος καὶ δυσκοιτίαν ἐπιγίνεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κε'.

Καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον· δειπνήσαντες δὲ, βαρύνουσι τὴν κοιλίην, καὶ δυσκοιτέουσι πολὺ μᾶλλον, ἢ εἰ καὶ
E προηριστήκεισαν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οἱ πικρόχολοι φύσει, παρὰ τὸ ἔθος ἀνάριστοι μείναντες, ἀποστρέφονται τὰ σιτία, κακωθείσης αὐτοῖς τῆς γαστρός· ὅσοι δ' ἂν βιασάμενοι λάβωσι, βαρύνονταί τε, καὶ διὰ τοῦτο δυσκοιτοῦσιν, ὡς αὐτὸς εἶπεν, ὅπερ ταὐτὸν σημαίνει, τῷ μοχθηρῶς ἔχοντας αὐτοὺς ἐν τῇ κοίτῃ
F διατελεῖν.

Τὴν τῆς εἰθισμένης διαίτης μεταβολὴν τοῖς ὑγιαίνουσί τε καὶ τοῖς νοσοῦσιν ἀνιαρὰν εἶναι ἐπιφέρει.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κϛ'.

Ὅκοτ' οὖν ταῦτα τοιαῦτα γίγνεται τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἕνεκεν ἡμίσεος ἡμέρης διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος, οὔτε προσθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται, οὔτε ἀφελέειν.

A

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Μεταξὺ δὲ πάλιν τῆς διηγήσεως τῶν συμβαινόντων τοῖς ὑγιαίνουσιν, ὅσοι γε τὸ ἔθος ὑπήλλαξαν ἀθρόως, τὸ κεφάλαιον τοῦ λόγου παρενέθηκεν, οὗ χάριν ταῦτα πάντα διηγεῖται τὰ τοῖς ὑγιαίνουσι συμβαίνοντα. δῆλον γὰρ ὡς εἴπερ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἡ τῆς ἡμίσεος ἡμέρας μεταβολὴ τῆς διαίτης, εἰς τοσοῦτόν ἐστιν ἀνιαρά, πῶς οὐχ ἥδε πολλή γε τοῖς νοσοῦσιν; ἐφεξῆς δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν διήγησιν τῶν συμβαινόντων τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐπανέρχεται κατὰ τὴν ἐχομένην ῥῆσιν ἔχουσαν οὕτως·

COMMENTARIVS GALENI.

Rursus autem in eorum explicatione, quæ benè valentibus oboriuntur, iis nimirum qui derepentè consuetudinem permutarunt, sermonis summam inseruit, cuius gratiâ omnia hæc exponit, quæ sanis contingunt. Nam vt constat, si benè valentibus victûs dimidiati diei permutatio adeò molesta sit, quomodò hæc non admodùm ægrotantibus molesta erit? Deinde rursus ad explicationem eorum, quæ sanis accidunt, reuertitur, in sequenti textu, qui ita habet;

B

Τοὺς χρονιώτερον παρὰ τὸ ἔθος ἐν τῇ ἀσιτίᾳ μείναντας, ἐξαπίνης τε καὶ πλείω σιτήσαντας, χαλεπώτερον πονεῖν καὶ μᾶλλον ἀρρωστεῖν.

Qui diutiùs præter consuetudinem in inedia morantur, si derepentè ac magis cibentur, eos grauiùs dolere, ac imbecilliores euadere.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κζ'.

Εἰ τοίνυν οὗτος ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας, ὅλην τὴν ἡμέρην κενεαγγήσας, ὡς δειπνήσειεν ὁκόσον εἴθιστο, εἰκὸς αὐτόν, εἰ τότε ἀνάριστος ἐὼν ἐπόνεε καὶ ἠῤῥώστει, δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πολὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι· εἰ δέ γε ἔτι πλείονα χρόνον κενεαγγήσας, ἐξαπίνης μεταδειπνήσειεν, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρύνοιτο.

TEXTVS HIPPOCRATIS 27.

Qui igitur præter consuetudinem semel cibum acceperit, & toto die euacuatis vasis, quãtum consueuit, cœnauerit, si tunc impransus doluerit, ac ægrotauerit, atque cœnatus tum grauatus fuerit, C *multò magis eum grauari par est. Quòd si etiamnùm longiore tempore euacuatis vasis, repentè pòst cœnauerit, magis adhuc grauabitur.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ ὁ παρὰ τὸ ἔθος ἀνάριστος μείνας, εἶτα δειπνήσας τῶν εἰθισμένων ἐλάττω, τῆς νυκτὸς ἐβαρύνθη, πολὺ μειζόνως βαρυνθήσεται ὁ πλείω ἢ ὅσα εἴθιστο δειπνήσας· ὁ δ' ἐπὶ πλείονα χρόνον κενεαγγήσας, εἰ ἐξαπίνης μεταδειπνήσειεν, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρυνθείη. τῶν γὰρ ἀναριστήτων μενόντων παρὰ τὸ ἔθος, ἔνιοι μὲν ἐπ' ἐλάττονα χρόνον ἐκτείνουσι τὴν ἀσιτίαν, ἔνιοι δὲ ἐπὶ πλείονα· τούτους οὖν φησιν ἔτι μᾶλλον βαρυνθήσεσθαι.

COMMENTARIVS GALENI.

Quod docet, huiusmodi est. Si qui præter consuetudinem impransus manens, minùs consueto cœnauerit, nocte grauetur, multò magis grauabitur qui solito plura est cœnatus. Qui autem plusculo tempore exinanitis vasis, repentè cænauerit, magis adhuc grauabitur. Nam qui impransi præter consuetudinem morantur, D horum alij ad minus temporis inediam protendunt, alij ad longius interuallum; hos igitur grauari adhuc magis pronunciat.

Ἡ τῶν ἐκ τῆς παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτίας κακωθέντων θεραπεία, τῷ ἀέρι εὐκράτῳ, τῷ δείπνῳ ἐλάττονι καὶ ὑγροτέρῳ, τῇ ἡσυχίᾳ, τῇ ἀκράτου πόσει, καὶ τῷ ὑστεραίῳ ἀρίστῳ ἐλάσσονι καὶ ὑγροτέρῳ ποιητέα.

Ob vnicum in die præter consuetudinem pastum læsorum curatio, aëre temperato, cœnâ parciore & humidiore, quiete, meri potu, & postridiano prandio solito pauciore & humidiore facienda.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κη'.

E

Τὸν μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα, συμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι ὧδε, ἀῤῥιγέως καὶ ἀθαλπέως, καὶ ἀταλαιπώρως· ταῦτα γὰρ ἅπαντα, βαρέως ἂν ἐνέγκοι. καὶ τὸ δεῖπνον συχνῷ ἔλασσον ποιήσασθαι, ἢ ὅσον εἴθιστο, καὶ μὴ ξηρόν, ἀλλὰ τοῦ πλαδαρωτέρου τρόπου· καὶ μετὰ ταῦτα πιεῖν μὴ ὑδαρές, μήτε ἔλασσον ἢ κατὰ λόγον τοῦ βρώματος· καὶ τῇ ὑστεραίῃ ὀλίγα ἀριστῆσαι, ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται εἰς τὸ ἔθος.

TEXTVS HIPPOCRATIS 28.

Cui igitur præter consuetudinem vasa euacuata sunt, ei hunc diem sic rependere confert, citra frigus, calorem, & laborem. Hæc enim omnia grauiter tulerit. Et cœnam quàm consueuit multò parciorem faciat, eamque non siccam, sed quodammodò humentiorem; posteà bibat neque aquosum, neque minus quàm pro cibi ratione; posteroque die pauca prãdeat, quò accessione factâ ad consuetudinẽ redeat.

F

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὥσπερ τῶν ἀριστησάντων οὐκ εἰθισμένως ἐπηνώρθου τὴν βλάβην, οὕτως καὶ τοὺς παρὰ τὸ ἔθος κακωθέντας ἐκ μονοσιτίας, ἀξιοῖ πρῶτον μὲν θάλπους καὶ ψύχους καὶ ταλαιπωρίας ἀπέχεσθαι· ταῦτα γὰρ ἄν, φησι, πάντα βαρέως ἐνέγκοιεν· ἔπειτα ἀξιοῖ ἐπ' ἔλαττον, ἢ ὅσον ἦσαν εἰθισμένοι, δει-

COMMENTARIVS GALENI.

Quemadmodum præter consuetudinem impransorum læsionem emendauit, sic & vnico in die pastu præter consuetudinem malè affectos, vult in primis tum calorem, tum frigus tum labores fugere; hæc enim omnia molestè ferri ait. Prætereáque pauciore cœnâ, quàm consueuerint,

consueuerint, ipsos vti imperat; quanquam plerique maximè contrarium agunt. Nam prandere ob negocium aliquod prohibiti, volunt in cœna omissum in prandio alimentum assumere; haud scientes quod eget quidem verè corpus omisso alimento, sed ipsum conficere non potest ventriculus ob longiorem inediam læsus. Quin etiam Hippocrates, vt alimenti minùs imperat exhiberi, ita & humidius. Id enim exiccatis tum ventri, tum corpori vniuerso peculiare remedium erit. Roborare prætereà & ventrem ipsorum iubet vini potu, neque dilutum, neque minus quàm cibi proportio exigit, potandum præcipiens. Dilutum enim ventris robur exoluit; minus verò ventri arefacto incommodum existit. Postero etiam die ita læsum victui prospicere iubet, qui cibum consueto parciorem assumpsit; vt ex accessu, hoc est paulatim, in pristinam redeat consuetudinem.

Biliosos sursùm, pituitosis molestiùs ferre repentinam mutationem à victu ad inediam. Qui sursum, qui deorsùm, & qui toto corporis habitu picrocholi, Pauli & Eudemi exemplo.

TEXTVS HIPPOCRATIS 29.

Ista tamen eorum quidam molestiùs certè ferunt, sursùm picrocholi.

COMMENTARIVS GALENI.

Iam & ego paulò antè dixi biliosos repentinam à victu ad inediam digressionem pituitosis difficiliùs ferre. Bilescit enim celeriùs his totus tum corporis, tum ventris habitus. Cur autem non simpliciter dixit, *picrocholi*, sed *sursùm* addidit? quod quum flaua bilis, quam sanè & pallidam & amaram nominant, superiori supernatat ventriculo, iure optimo tales parte superiore picrocholos dicimus; quum verò per sedem demittitur, deorsùm picrocholos *asserimus*. Paulo siquidem rhetori, toto corporis habitu pituitoso, diebus singulis supernatabat flaua bilis, primamque ipsam vomebat à lauacro non paucam. Eudemo autem philosopho, temperamento bilioso existenti, per sedem deorsùm ferebatur; raroque is bilem vomebat pallidam. Erant autem vt Paulo excrementa quæ bilis exiguum habebant, ita & Eudemo quæ plurimùm. Qui igitur præter consuetudinem prandium reliquerunt, si & toto corporis habitu, & superiore ventre picrocholi fuerint, his accidere necessarium est, quæcunque paulò antè prædixit, omnia. At qui ventre duntaxat superiore picrocholi existunt, his tolerantiæ difficultas similiter continget; sed ex reliquis symptomatis, alia quidem prorsus non erunt, alia verò moderatiora. Prædixit autem eos qui præter consuetudinem prandium omittunt, timidos ad quoduis opus fieri, cardialgiis affici, pendentia videri ipsis viscera, calidum & viride meiere, exurique stercus; quibusdam eorum & os amarescere, oculos cauari, tempora palpitare, & extrema perfrigerari. Sed horum alia toto habitu picrocholis magis accidunt, alia autem superiore duntaxat ventre *biliosis*. Atque ob id ad functiones timiditas, extremorum perfrictio,

A πνῆσαι. καίτοι τούτου ἐναντιώτατον οἱ πολλοὶ ποιοῦσι· κωλυθέντες γὰρ ὑπό τινος ἀσχολίας ἀριστῆσαι, κατὰ τὸ δεῖπνον ἀξιοῦσιν ἀπολαμβάνειν καὶ τὴν παραλελειμμένην ἐπὶ τοῦ ἀρίστου τροφήν· οὐκ εἰδότες ὅτι δεῖται μὲν ὄντως τὸ σῶμα τῆς παραλελειμμένης τροφῆς, οὐ δύναται δὲ αὐτὴν ἡ γαστὴρ κατεργάσασθαι, βεβλαμμένη διὰ τὴν μακροτέραν ἀσιτίαν. ἀλλ' ὅ γε Ἱπποκράτης, ὥσπερ ἐλάττονα κελεύει δοθῆναι τὴν τροφήν, B οὕτως καὶ ὑγροτέραν· αὕτη γὰρ οἰκεῖον ἴαμα τῇ τε γαστρὶ καὶ παντὶ τῷ σώματι γενήσεται κατεξηρασμένοις. ἐπιρρῶσαι δὲ αὐτοῖς βούλεται τὴν γαστέρα καὶ τῇ τοῦ οἴνου πόσει, μήθ' ὑδαρές, μήτ' ἔλαττον τοῦ κατὰ τὴν τροφὴν ἀναλογίας κελεύων πίνειν. τὸ μὲν γὰρ ὑδαρές, ἐκλύσει τὸν τόνον τῆς γαστρός· τὸ δ' ἔλαττον ἀνεπιτήδειον τῇ ἐξηρασμένῃ. καὶ κατὰ τὴν ὑστεραίαν δ' ἔτι προνοήσασθαι τῆς διαίτης ἀξιοῖ τὸν οὕτω βλαβέντα, τροφῆς τῆς συνήθους ἐλάττονα προσενεγκάμενον, ὅπως ἐκ προσαγωγῆς, τουτέστι κατ' ὀλίγον, εἰς τὸ παλαιὸν ἔθος ἐπανέλθοι.

C

Τοὺς πικροχόλους τὰ ἄνω τῶν φλεγματωδῶν δυσφορώτερον τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τῆς διαίτης ἐπὶ τὴν ἔνδειαν φέρειν. τίνες οἱ τὰ ἄνω, καὶ οἱ τὰ κάτω, καὶ οἱ τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ σώματος πικρόχολοι, ἐπὶ τοῦ Παύλου καὶ Εὐδήμου παραδείγματος.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κθ.

Αὐτοὶ μέντοι σφῶν αὐτῶν δυσφορώτερον δὴ τὰ τοιαῦτα φέρουσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω.

D ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Εἶπον ἤδη κἀγὼ πρὸ μικροῦ περὶ τῶν πικροχόλων, ὡς δυσφορώτεροι γίνονται τῶν φλεγματωδῶν ἐν τῷ μεταβάλλειν ἀθρόως τὴν δίαιταν ἐπὶ τὴν ἔνδειαν· ἐκχολοῦται γὰρ αὐτοῖς θᾶττον ἥ θ' ὅλη τοῦ σώματος ἕξις, καὶ ἡ κατὰ τὴν γαστέρα. διὰ τί δὲ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, οἱ πικρόχολοι, ἀλλὰ προσέθηκε, τὰ ἄνω; ὅτι τῆς ξανθῆς χολῆς, ἣν δὴ καὶ ὠχρὰν καὶ πικρὰν ὀνομάζουσιν, ἐπιπολαζούσης μὲν τῇ ἄνω γαστρί, πικροχόλους εἰκότως ἐροῦμεν εἶναι τὰ ἄνω τοὺς τοιούτους· ὑπιούσης δὲ E δι' ἕδρας, πικροχόλους τὰ κάτω. Παύλῳ μὲν γὰρ τῷ ῥήτορι φλεγματώδη τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ σώματος ἔχοντι, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπεπόλαζεν ἡ ξανθὴ χολή, καὶ ταύτην αὐτὴν ἤμει μετὰ τὸ λουτρὸν οὐκ ὀλίγην. Εὐδήμῳ δὲ τῷ φιλοσόφῳ χολώδει τὴν κρᾶσιν ὄντι, διὰ τῆς ἕδρας ὑπῄει κάτω, καὶ σπανίως ποθ' οὗτος ἤμει χολὴν ὠχράν. ἦν δ' ὥσπερ τῷ Παύλῳ τὰ διαχωρήματα χολῆς ὀλίγον ἔχοντα, οὕτω τῷ Εὐδήμῳ πάμπολυ. τοῖς οὖν ἐκλείπουσι παρὰ τὸ ἔθος τὸ ἄριστον, ἐὰν μὴ τήν τε ὅλην ἕξιν τοῦ σώματος ὦσι πικρόχολοι, τήν τε ἄνω γαστέρα, συμβαίνειν F ἀναγκαῖόν ἐστι πάνθ' ὅσα προεῖπεν ὀλίγον ἔμπροσθεν· ὅσοις δὲ τὴν ἄνω γαστέρα μόνην ὑπάρχει πικροχόλοις εἶναι, τὰ μὲν τῆς δυσφορίας συμβήσεται ὁμοίως, τὰ δὲ ἄλλα συμπτώματα, τινὰ μὲν οὐδ' ὅλως ἔσται, τινὰ δὲ μετριώτερα. προειρήκει δὲ τοὺς ἐκλείποντας τὸ ἄριστον παρὰ τὸ ἔθος, δειλοὺς ἐς πᾶν ἔργον γίνεσθαι, καὶ καρδιαλγέας, καὶ κρέμασθαι δοκεῖν αὐτοῖς τὰ σπλάγχνα, καὶ οὐρεῖν θερμὸν καὶ χλωρόν, καὶ τὴν ἄφοδον συγκαίεσθαι· τισὶ δ' αὐτῶν καὶ τὸ στόμα πικρὸν γίνεσθαι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κοίλους, καὶ τοὺς κροτάφους πάλλεσθαι, καὶ τὰ ἄκρα διαψύχεσθαι. τούτων δέ, τινὰ μὲν τοῖς ὅλην τὴν ἕξιν πικροχόλοις μᾶλλον συμβαίνει, τινὰ δὲ τοῖς τὴν ἄνω γαστέρα. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ πρὸς τὰς ἐνεργείας ἀτολμία, καὶ ἡ τῶν ἄκρων ψύξις,

ρό, τ' οὖρον θερμόν τε καὶ χλωρόν, καὶ τὰ διαχωρήματα συγκαίεσθαι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κοίλους γίνεσθαι, καὶ τοὺς κροτάφους πάλλεσθαι, τοῖς τὴν ὅλην ἕξιν πικροχόλοις· ἀμφοτέροις δὲ, τό, τε δοκεῖν κρέμασθαι τὰ σπλάγχνα, καὶ τὸ στόμα πικραίνεσθαι. διὰ μὲν γὰρ τὴν παρὰ τὸ ἔθος ἔνδειαν, αἰσθάνονται ἰσχυρῶς ἀστηρίκτων τῶν σπλάγχνων· διὰ δὲ τὴν ἐπικράτειαν τῆς χολῆς, πικρὸν γίνεσθαι τὸ στόμα τοῖς τὸ πᾶν σῶμα πικροχόλοις, οὐχ ὡς τοῦ παθήματος ἐν τῷ στόματι γιγνομένου μᾶλλον, ἀλλ' [67] ὅτι τῆς αἰσθήσεως αὐτὸ μόριον ἡ φύσις ἐποίησεν, χυμῶν ἰδέας διαγνωστικόν. ἡ δὲ γαστὴρ συγκαίεται, μᾶλλον μὲν οἷς ἡ ἐξ ἥπατος εἰς αὐτὴν καταῤῥέουσα χολὴ τὸ ἐπιπολάζον ἔσχηκεν, ἧττον δὲ οἷς ὑπέρχεται κάτω· τούτοις μὲν γὰρ ἐρεθίζει τὸ ἔντερον εἰς ἀπόκρισιν, ἐκείνοις δὲ τὸν στόμαχον ἀδικεῖ· διὸ καὶ ὁ Εὔδημος ἑκάστης ἡμέρας διεχώρει δὶς, ἔστι δ' ὅτε καὶ τρὶς, ὁ δὲ Παῦλος ἐνίοτε οὐδ' ὅλως ἐξέκρινεν. εἰ μὴ γὰρ ἐρεθίζοιτο πρός τινος δάκνοντος ἢ τῷ πλήθει τῆς κόπρου βαρύνοιτο τὰ ἔντερα, προθυμίαν ἐκκρίσεως οὐ [68] λαμβάνει. τούτων δ' οὐδέτερον τοῖς παραλείπουσι τὸ ἄριστον· οὔτε γὰρ δάκνονται τὰ ἔντερα, τῆς χολῆς ἐπὶ τὸ στόμα ἀνωφερομένης, οὐκ ἐκεῖνα δακνούσης καὶ ἀνιώσης· οὔτε βάρος ἐγγίνεται τοῖς μηδὲ ὅλως ἐδηδοκόσι.

A mictus calidus viridiſque, deiectionum aduſtio, cauatio oculorum, & temporum ſaltus, toto habitu picrocholis eueniunt. Vtriſque autem pendentium viſcerum opinio, & oris amaritudo. Nam ob inſuetam inediam, ſuſpenſa percipiunt viſcera; verùm ob bilis exuperantiam, os amareſcit toto corpore picrocholis; non quòd affectio in ore magis fiat, ſed quòd ipſam ſentiendi partem natura fecerit, quæ ſpeciem humorum dignoſceret. Venter autem magis quidem iis exuritur, quibus ex hepate in B eum bilis effuſa ſupernatat; minùs autem quibus deorsùm ſubit. Nam his quidem inteſtinum proritat ad excretionem, illis verò ſtomachum morder. Ob eam rem Eudemus diebus ſingulis bis, & interdùm ter deiiciebat. Paulus autem interdùm nihil prorsùs excernebat. Niſi enim inteſtina à mordente aliquo irritarentur, vel copioſo excremento grauarentur, excretionis promptitud'nem non acciperent. Neùtrum autem horum impranſis contingit; neque enim mordentur inteſtina, bile in os aſcendente, C non illa mordente, vexantéque; neque grauitas his fit, qui nullo pacto comederunt.

Τοὺς φλεγματώδεις τῶν πικροχόλων τὴν παρὰ τὸ ἔθος ἀσιτίαν εὐφορώτερον φέρειν· περὶ τῆς τῶν χυμῶν γενέσεώς τε καὶ μεταβολῆς.

Pituitoſos inſuetam cibi abſtinentiam, & inediam, bilioſis faciliùs ferre; de humorum procreatione ac permutatione.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λ'.

ΤΗν δέ γε ἀσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω εὐφορώτερον φέρουσι τὸ ἐπίπαν· ὥστε καὶ μονοσιτίην τὴν παρὰ τὸ ἔθος, εὐφορώτερον οὗτοι ἂν ἐνέγκοιεν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 30.

NOn conſuetam autem cibi abſtinentiam faciliùs omninò ferunt, qui ſuperioribus partibus pituitoſi ſunt. Quare aſſumptùm præter conſuetudinem ſemel die cibum hi faciliùs etiam tulerint. D

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΜπροσθεν μὲν εἰρήκει τοὺς πικροχόλους τὰ ἄνω δυσφορώτερον φέρειν τὴν μονοσιτίην, νυνὶ δὲ πρὸς τοὺς φλεγματώδεις μεταβὰς, ἀντὶ τῆς μονοσιτίας, πρότερον ἐμνημόνευσε τῆς ἀσιτίας, ἐκ τοῦ σαφεστέραν ἔχοντος τὴν βλάβην, τὴν μετάβασιν ἐπὶ τὸ βλάπτον ἧττον ποιησάμενος ἐξ ἀναλογίας. εἰ γὰρ δὴ μᾶλλον μὲν εἰκὸς βλάπτεσθαι τοὺς ὅλην τὴν ἡμέραν ἀσιτήσαντας παρὰ τὸ ἔθος, ἧττον δὲ τοὺς ἐκλείποντας τὸ ἄριστον· εὐφορώτερον δὲ τῶν πικροχόλων οἱ φλεγματώδεις φέρουσι τὴν μονοσιτίαν· εὔδηλον ὡς καὶ τὴν ἀσιτίαν εὐφορώτερον οἴσουσιν. ἡ δὲ αἰτία τοῦ ῥᾷον φέρειν τὴν μονοσιτίαν τοὺς φλεγματώδεις, ἐκ τῶν προειρημένων ἐπὶ τοῖς χολώδεσι πρόδηλος. ὁ μὲν γὰρ τῆς χολῆς χυμὸς ἐν ταῖς ἀσιτίαις ἑαυτοῦ γίνεται πικρότερος, ὁ δὲ τοῦ φλέγματος ἐν τῷ χρόνῳ πεπτόμενος γίνεται αἷμα, τῶν χολῶν οὐδετέρας ἐπανελθεῖν εἰς αἵματος οὐσίαν δυναμένης· ἐπειδὴ τοῦ μὲν αἵματος ἐν αὐτῷ θερμανθέντος ἐπὶ πλέον, ἡ ξανθὴ γεννᾶται χολὴ, τούτου δ' αὐτοῦ κατοπτηθέντος ἢ καὶ τοῦ παχέος αἵματος, ἡ μέλαινα· τοῦ δὲ φλέγματος ἡ γένεσις ἐν τοῖς φλεγματώδεσιν ἐδέσμασιν ἀεὶ προηγεῖται τοῦ αἵματος, καὶ διὰ μέσης τῆς τούτου γενέσεως, ἡ εἰς αἷμα μεταβολὴ γίνεται τοῖς σιτίοις. καὶ τοῦτο συμβέβηκεν οὐ μόνον τοῖς μοχθηροτέροις ἐδέσμασιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πάνυ δοκούντων ἐνίοις ὑγιεινῶν εἶναι, καθάπερ ἄρτῳ τε καὶ χόνδρῳ καὶ σεμιδάλει. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐξήγημαι τὴν ἀρίστην εἶναί μοι δοκοῦσαν γραφήν· αὐτό τε γὰρ καθ'

COMMENTARIVS GALENI.

PRiùs quidem parte ſuperiore pichrocolos aſſumptum ſemel die cibum difficiliùs tolerare dixit; nunc autem ad pituitoſos digreſſus, pro vnico cibatu, priùs inediæ meminit, ex re habente manifeſtiorem læſionem, ad minùs lædentem tranſlationem ex proportione faciens. E Nam ſi magis quidem lædi eos, qui cibo abſtinentes totum diem præter conſuetudinem traduxerunt, conſentaneum ſit, minùs autem prandium deſerentes; & pituitoſi picrocholis cibatum die vnicum faciliùs ferant; quòd ſanè & inediam faciliùs ferant, perſpicuum eſt. Cauſa autem, cur pituitoſi faciliùs cibatum die vnicum ferant, ex iis quæ anteà de bilioſis dicta ſunt, euadit conſpicua. Nam bilis humor in ipſis inediis amarior redditur; pituitæ verò humor temporis proceſſu coctus, ſanguis efficitur, neutrâ bile in ſanguinis ſubſtantiam redire valente; F quandoquidem ex ſanguine quidem in ſe plus calefacto flaua bilis procreatur; ex eodem verò aſſato, vel etiam ex craſſo ſanguine, atra. Pituitæ autem generatio in pituitoſis eduliis ſanguinem perpetuò antecedit; atque generatione ipſius mediâ, cibi in ſanguinem commutantur. Neque hoc deterioribus tantùm cibis contingit, verùm & quibuſdam eorum, qui ſalubres admodùm eſſe videntur, vt pani, halicæ, ſiligini. Ego ſanè eam, quæ mihi optima eſſe videtur, enarraui deſcriptionem. Etenim quod

quod in ea docetur, per se verum est, atque antecedentibus consentaneum, qui optimæ explicationis sunt scopi. Non tamen in exemplaribus omnibus consimilem inuenies descriptionem, sed in aliis & aliis pugnantem. Verùm aliter in libris ferè omnibus reperitur dictio hæc inscripta, falso sermone reddito, nullámque prædictis consequentiam seruante.

A αὐτὸ τὸ ἐν αὐτῇ διδασκόμενον ἀληθές ἐστι, καὶ τοῖς προειρημένοις ἀκόλουθον, ὅπερ εἰσὶ σκοποὶ τῆς ἀρίστης ἐξηγήσεως· οὐ μὴν ἐν ἅπασί γε τοῖς ἀντιγράφοις εὑρήσεις τὴν τοιαύτην γραφὴν, ἀλλ' ἐναντίως μὲν καὶ ἀλλήλοις, ἑτέρως δὲ ἐν ἅπασι σχεδόν τι τοῖς βιβλίοις ἐστὶν εὑρεῖν ἐγγεγραμμένην τὴν ῥῆσιν ταύτην, καὶ ψευδοῦς γιγνομένου τοῦ λόγου, καὶ τοῖς προειρημένοις οὐδεμίαν ἀκολουθίαν σώζοντος.

Maximas naturæ & habitûs mutationes maximè morbos parere. Quid per naturam, & quid per habitum intelligitur.

Τὰς μεγίστας τῆς φύσεώς τε καὶ τῆς ἕξεως μεταβολὰς μάλιστα νοσοποιεῖν. τί διὰ τῆς φύσεως καὶ τί διὰ τῆς ἕξεως νοεῖται.

B

TEXTVS HIPPOCRATIS 31.

Satis igitur idoneum & hoc argumentum, quòd eorum, quæ circa naturam nostram, habitumque contingunt, maximæ mutationes maximè morbos efficiunt.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λα'.

Ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖον, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων, μάλιστα νοσοποιέουσιν.

COMMENTARIVS GALENI.

C Multa quidem apud Hippocratem naturæ nomen significat; sed hoc in loco temperamentum significari quispiam existimauerit, veluti & partium ipsarum structuram habitum appellari, qua in structura continetur & bilis ad partes superiores fluctuatio, & ad inferiores deiectio, & viscerum tum suspensio, tum stabilitas. Nam quum venter naturâ magnus existit, viscera stabilit, etiamsi venter cibis vacuus fuerit. Verùm quum paruus est, cibis quidem repletus fulcit, vacuatus verò subsidentia relinquit; hinc sensus est ipsis suspensa esse viscera. Quòd D autem quibusdam bilis flaua sursum fluctuet, antè dictum est, meatu ipsam ex hepate ad ventris duodenum deferente, structuram differentem habente. Nam interdùm quibusdam portio aliqua ab ipso ad ventrem procedit. His quidem supernatat biliosum excrementum; cæteris verò deorsum omninò voluitur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Πολλὰ μὲν οὖν σημαίνει παρ' αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα, νῦν μέντοι τὴν κρᾶσιν ἄν τις ὑπολάβοι δηλοῦσθαι· καθάπερ γε καὶ τὴν αὐτῶν τῶν μορίων κατασκευὴν ἕξιν ὠνομάσθαι νῦν, ἐν ᾗ κατασκευῇ καὶ τὸ ἐπιπολάζειν ἄνω τὴν χολήν ἐστι, καὶ ὑποχωρεῖν κάτω, καὶ τὸ κρεμάμενα μᾶλλον ἔχειν ἢ ἐστηριγμένα τὰ σπλάγχνα. μεγάλη μὲν γὰρ οὖσα φύσει ἡ γαστὴρ, στηρίζει τὰ σπλάγχνα, κἂν κενὴ ἡ γαστὴρ σιτίων ᾖ· σμικρὰ δ' ὑπάρχουσα, σιτίων μὲν πληρωθεῖσα στηρίζει, κενωθεῖσα δὲ καταλείπει συνιζάνουσα, κἀντεῦθεν αἴσθησις αὐτοῖς γίγνεται τοῦ κρεμᾶσθαι τὰ σπλάγχνα. περὶ δὲ τοῦ τὴν ξανθὴν χολὴν ἐπιπολάζειν τισὶν ἄνωθεν, πρόσθεν εἴρηται, τοῦ καταφέροντος αὐτὴν εἰς τὴν τῆς γαστρὸς ἔκφυσιν ἐξ ἥπατος πόρου, διαφέρουσαν ἔχοντος τὴν κατασκευήν. ἐνίοτε γὰρ τισὶν ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὴν γαστέρα παραγίνεται μόριον· τούτοις μὲν οὖν ἐπιπολάζει τὸ χολῶδες περίττωμα, τοῖς δ' ἄλλοις ὑπέρχεται κάτω πάν.

Quod nefas sit intempestiuas ac vehementissimas vasorum vacuationes facere, & in morborum vigore & inflammatione cibum exhibere; sed vitandas esse repentinas ad contraria mutationes.

Ὅτι ἀθέμιτον τὰς παρὰ καιρὸν καὶ σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιεῖν, καὶ ἐν τῇ νοσημάτων ἀκμῇ καὶ φλεγμασίᾳ προσφέρεσθαι· ἀλλὰ τὰς ἀθρόας μεταβολὰς ἐπὶ τἀναντία φυλάττεσθαι χρή.

E

TEXTVS HIPPOCRATIS 32.

Neque sanè intempestiuas, neque vehementissimas vasorum vacuationes moliri fas est; neque vigentibus morbis, & in inflammatione consistentibus, cibos exhibere, neque derepentè huc aut illuc in toto negocio quicquam mutare licet.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λβ'.

Οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν, οὔτε σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιέειν, οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νουσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων, προσφέρειν, οὔτ' ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, οὔτε ἐπὶ τὰ, οὔτ' ἐπὶ τά.

COMMENTARIVS GALENI.

F Dictio hæc præter ordinem scripta est. Copulari siquidem ipsam oportebat cum ea, quæ antè scripta est; vt tota oratio talis esset. *Talia verò molestiùs ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt. At non assuetam cibi abstinentiam facillimè omninò ferunt, qui parte superiore sunt pituitosi, quo fit vt vnicam die cibationem insuetam faciliùs etiam ferant. Non igitur intempestiuè, neque vehementes vasorum vacuationes moliri, neq quum morbi vigent & cum*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἀτάκτως ἡ ῥῆσις αὕτη γέγραπται, συνῆφθαι γὰρ αὐτὴν ἐχρῆν τῇ πρὸ αὐτῆς γεγραμμένῃ, ἵνα ὁ σύμπας λόγος γένηται τοιοῦτος· αὖθις μέντοι σφῶν αὐτῶν δυσφορώτεροι δὴ τὰ τοιαῦτα φέρουσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω· τὴν δέ γε ἀσιτίαν τὴν παρὰ τὸ ἔθος, οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω εὐφορώτεροι φέρουσι τὸ ἐπίπαν, ὥστε καὶ τὴν μονοσιτίην τήν γε παρὰ τὸ ἔθος, εὐφορώτεροι ἂν οὗτοι ἐνέγκαιεν· οὐδὲ οἷόν τε παρὰ καιρὸν, οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν, οὔτ' ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων, καὶ ἐν

φλεγμασίῃ ἐόντων, προσφέρειν. συμπληρώσας γὰρ τὸν λόγον, ἐν ᾧ τὰς μεγάλας μεταβολὰς τῆς διαίτης ἐδείκνυεν καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑγιαίνοντας βλαπτούσας, οὐχ ὅπως τοὺς νοσοῦντας, εἰκότως ἐπήνεγκεν, οὗ χάριν ἐμνημόνευσεν ἁπάντων τούτων, εἰπών· οὐδ᾽ οἷόν τε παρὰ καιρὸν, οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν. Ἀποδεδειγμένου δὴ ἱκανῶς αὐτῷ τοῦ προκειμένου καὶ διὰ τῶν εἰρημένων, ὅμως φαίνεται μεταβαίνων καὶ ἐφ᾽ ἕτερον λόγον ἀποδεικνύντα ταῦτα, ἐκ περιουσίας χρώμενος ταῖς πίστεσιν. Ἀρχὴ τοίνυν ἐστὶν εἰκότως τοῦ δευτέρου λόγου τούτου, ἡ ῥῆσις ἥδε· ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημεῖόν ἐστιν, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων, νοσοποιέουσιν· ᾧ λόγῳ συνεχὴς ἂν εἴη καὶ ἀκόλουθος ἐστί· πολλὰ δ᾽ ἄν τις ἠδελφισμένα τούτοισι τῶν εἰς τὴν κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ῥῆσιν ἐξηγήσομαι, νυνὶ δὲ ἐπὶ τὴν προκειμένην ἐπανήξω, τήνδε τὴν διάνοιαν ἔχουσαν· οὐχ οἷόν τε ἐστὶν παρὰ καιρὸν, οὔτε σφόδρα λιμαγχονέειν, οὔτ᾽ ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν νοσημάτων μεταβάλλειν τὴν δίαιταν ἐξ ἐνδείας ἐπὶ προσφορὰν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἐπὶ τοὐναντίον ἀθρόως· οἷς ἕπεται δηλονότι τὸ τοιαύτην ποιεῖσθαι τὴν δίαιταν, οἵαν ἐστὶ ἐκέλευσε· κεφάλαιον δὲ αὐτῆς ἐστι, πεφυλάχθαι τὰς ἀθρόας μεταβολὰς ἐπὶ τἀναντία.

inflammatione sunt, cibum dare licet. Nam peracto sermone, quo magnas victûs mutationes prodidit, sanos ipsos, non modò ægrotantes, lædere; iure intulit, cuius gratiâ mentionem de his omnibus fecit, inquiens, *Non igitur intempestiuas, neque vehementes vasorum vacuationes moliri licet.* Quanquàm autem & institutum etiam per relata satis demonstrauit, videtur tamen & ad alterum transire sermonem, qui hæc commonstret, ex abundanti testimoniis vsus. Principium igitur sequentis sermonis iure censetur hic textus. *Satis idoneum sanè & hoc argumentum, quòd maximæ mutationes eorum, quæ circa naturam nostram habitumque contingunt, maximè morbos concitent.* Cui quidem orationi continua fuerit, quæ ita sequitur; *Multa autem his cognata eorum, quæ ventri contingunt, atque alia quis retulerit.* Textum sanè hunc sum explicaturus; sed nunc ad præsentem reuertar, qui hunc sensum habet. Non intempestiuè, neque vehementer fame necare, neque in morborum vigore victum ex inedia ad cibi oblationem permutare licet; quemadmodùm neque derepentè ad contrarium. Ex quibus scilicet sequitur, talem instituendam victûs rationem, qualem is præcepit. Summa autem horum est, declinandas esse repentinas ad contraria permutationes.

Τὰ εἰθισμένα βρώματα καὶ ποτὰ, καίτοι χείρω, τῶν ἀηθῶν καίτοι βελτιόνων εἶναι προσφερέστερα· καὶ μέγιστα δύνασθαι τὰ ἔθη.

Consuetos cibos ac potus, licet deteriores, insuetis etiamsi melioribus, præferendos esse; & maxima posse consuetudines.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λγʹ.

Πολλὰ δὴ ἄν τις ἠδελφισμένα τούτοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι· ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα ἃ εἰθισμένοι εἰσὶν, ἢν καὶ μὴ ἀγαθὰ ᾖ φύσει, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά· δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰθισμένοι εἰσὶν, ἢν καὶ μὴ κακὰ ᾖ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά.

TEXTVS HIPPOCRATIS 33.

Multa verò eorum, quæ ad ventrẽ spectant, atque alia his cognata referre quis possit, quòd quidem cibos, quibus assueuerunt, facilè ferant, etiamsi naturâ non boni sint; eodem modò & potus. Molestè autem ferunt cibos, quibus non assueti sunt, quãuis mali non sint; consimili modo & potus.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὰ ὁμοιούμενα, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἱκανῶς συγγενῆ, καλεῖν ἠδελφισμένα σύνηθες αὐτῷ, διότι τῶν συγγενῶν οἰκειότατοί τέ εἰσι, καὶ συγγενέστατοι πάντων οἱ ἀδελφοί· καὶ γὰρ αἱ ἄλλαι συγγένειαι τούτων εἰσὶν ὕστεραι, θεῖοί τε καὶ θεῖαι, καὶ ἀνέψιοι καὶ ἀνεψιαὶ, καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Τὰ δὴ ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα, δεικνύντος αὐτοῦ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐδείκνυε, κεφάλαιον ἔχοντα, μέγιστα μέντοι δύνασθαι τὰ ἔθη, τὴν δὴ ἀθρόαν μεταβολὴν οὐ σμικρὰ βλάπτειν τὰ σώματα.

COMMENTARIVS GALENI.

Qvæ similia & vt quispiam dixerit vehementer cognata sunt, ea fraterna vocare ipsi consuetum est; quod congenerum & consanguineorum tum familiarissimi tum genere omnium iunctissimi sint fratres. Etenim propinquitates cæteræ his posteriores sunt, vt auunculi, amitæ, consobrini, & consobrinæ, & quę huius generis sunt alia. Cætera dictionis clara sunt; quum is demonstret sermonem eundem, quem ab initio demonstrauit, cuius summa est, maxima quidem posse consuetudines, repentinas verò mutationes corpora non parùm lædere.

Τὴν ἐξαπιναίαν τῆς εἰθισμένης διαίτης μεταβολὴν ἐν τῇ τῶν ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων ἰδέᾳ καὶ δυνάμει βλαβερὰν εἶναι.

Repentinam consuetæ diætæ mutationem in cibi ac potûs specie & qualitate noxiam.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λδʹ.

Καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιουτότροπα μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειεν, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἀλ-

TEXTVS HIPPOCRATIS 34.

Et quæcunque multus quidem carnis esus præter consuetudinẽ assumptus facit, aut allia, aut laser, aut eius succus, aut caulis, aut eiusmodi alia insignibus prædita facultatibus proprijs, minùs vtique miretur quis, si quæ sunt eiusmodi, dolores ventriculis

lis magis quam alia, inducunt. At iure miraberis, si didiceris quantam maza & turbationē, & tumorē, & flatum, & tormina ventri afferat præter morem comesta ab eo, qui pane vesci solet; aut qualem panis grauitatem & tensionem ventris, mazam edere solito; vel qualē panis ipse calidus deuoratus sitim inducat, & repentinam plethoram, tum quod exiccet, tum quòd tardè descendat. Et quā diuersas inter se affectiones efficiant purissimi confusaneique panes in cibo præter consuetudinē assumpti; itemq; maza præter morē arida, aut humida, aut lenta; & quale quid polentæ efficiant recentes non assuetis, aliæq; ijs qui recentibus assueti sunt; & vini potus, & aquæ potus præter consuetudinem in opposita derepētè permutatus; & aquosum vinū, & meracū derepentè præter consuetudinem epotū. Illud enim in superiore ventre humiditatē excrementitiā, & in inferiore flatum inducit; hoc verò spectabilem venarum pulsum, capitis grauitatē, & sitim. Tum etiā vinum albū & nigrū, siquis præter cōsuetudinē immutet, etiamsi ambo vinosa fuerint, multa tamen in corpore alterarint, vt minus mirū esse quis dixerit, dulce & vinosum vinum, vbi repente permutata fuerint, non idem posse.

A λων· ἀλλ' εἰ καταμάθῃς, ὁκόσον μᾶζα τε ὄχλον καὶ ὄγκον καὶ φῦσαν καὶ στρόφον τῇ κοιλίῃ παρέχει, παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα τῷ ἀρτοφαγέειν εἰθισμένῳ· ἢ ὁκοῖον ἄρτος βάρος καὶ τάσιν κοιλίης τῷ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ· ἢ αὐτός γε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς οἵην δίψαν παρέχει καὶ ἐξαπιναίην πληθώρην, διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ βραδύπορον· B καὶ οἱ ἄγαν καθαροί τε καὶ ξυγκομιστοὶ παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες, διαφέροντα ἀλλήλων ποιέουσι· καὶ μᾶζα τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος, ἢ ὑγρὴ, ἢ γλίσχρη· καὶ τὰ ἄλφιτα οἷόν τι ποιέει τὰ ποτάινια τοῖσι μὴ εἰωθόσι, καὶ τὰ ἑτεροῖα τοῖσι τὰ ποτάινια εἰωθόσι· καὶ οἰνοποσίη καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος εἰς θάτερα μεταβληθέντα ἐξαπίνης, καὶ ὑδαρής γε οἶνος καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς· ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει, καὶ φῦσαν ἐν τῇ C κάτω, ὁ δὲ παλμόν τε φλεβῶν καὶ καρηβαρίην καὶ δίψαν· καὶ λευκός τε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβάλλοντι, εἰ καὶ ἄμφω οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα, ὡς δὴ γλυκύν τε καὶ οἰνώδεα, ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι μὴ τωὐτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβληθέντα.

COMMENTARIVS GALENI.

ORationis totius sensu priùs aperto, sic ad particulares quæ in ea sunt dictiones perueniemus. Orationis igitur totius sensus talis est. Victûs mutationem in eos, qui insigni præditi sunt facultate, tum cibos tum potus, nemo qui lædentem corpora viderit, admirabitur; verùm eam mutationem quæ fit neque sine læsione in cibaria facultatibus parua, iure quis admirabitur. Talis quidem est sermonis totius intelligentia. Sed vt particulatim dicam, orationis totius principium meminit ciborum habentium vehementem facultatem, nominatimque esûs carnium, alliorum, laseris, succi eiusdem videlicet & caulis. Etenim laser totum vehementem habet facultatem, sigillatimque succus ipsius, & caulis. Verùm hæc quidem simpliciter dixit. Sed quum esûs carnium meminit, adiecit hoc verbum, *multus*; nam sic magnam habebit facultatem, commoderatus verò non magnam. Quæ huic succedit dictio, ad eos accedit cibos, qui perexiguâ constant facultate, mazam, & panem, calidum vel frigidum, purum vel confusaneum. Quòd verò panem non purum confusaneum appellet, constat & ex ea quæ ad purum est oppositione. Panem hunc sanè homines huius temporis cibarium appellant, non separato ex sese furfure, sed vnà cum pura farina subacto. Post hæc de polentarum differentia mentionem fecit, recentesq; vocauit potænias, Ionum & antiquiorum voce. *Memorauit* & vini, & aquæ potationes præter consuetudinem immutatas; meraciorem item, & dilutiorem potum; quibus adiecit dilutius vinum in ventre superiore excrementitiam humiditatem facere, hoc est, prauum humorem, ac infirmitatem; flatumq; in inferiore. Meracum verò aspectabilem temporum pulsum, capitis grauitatem, & sitim;

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

D ΤΗν ὅλου τοῦ λόγου τοῦδε διάνοιαν εἰπὼν πρότερον, οὕτως ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ λέξεις ἀφίξομαι. διάνοια μὲν οὖν ὅλου τοῦ λόγου τοιαύτη τίς ἐστι. τὴν μὲν οὖν εἰς τὰ μεγάλην ἔχοντα δύναμιν ἐδέσματά τε καὶ πόματα, μεταβολὴν τῆς διαίτης, οὐκ ἄν τις θαυμάσειε βλάπτουσαν ὁρῶν τὰ σώματα· περὶ δὲ τῆς εἰς τὰ μικρὰ μεταβολῆς οὐδ' αὐτῆς ἀβλαβοῦς γινομένης, εἰκότως ἄν τις θαυμάσειε. Τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ παντὸς λόγου διάνοια. κατὰ μέρος δὲ, τῆς ὅλης ῥήσεως ἡ ἀρχὴ τῶν E ἰσχυρὰν δύναμιν ἐχόντων σιτίων ὀνομαστὶ μέμνηται, κρεοφαγίης τε, καὶ σκορόδων, καὶ σιλφίου, καὶ ὀποῦ καὶ καυλοῦ, δηλονότι τοῦ σιλφίου· καὶ γὰρ ὅλον τὸ σίλφιον ἰσχυρὰν ἔχει δύναμιν, καὶ κατὰ μέρος ὁ ὀπὸς αὐτοῦ καὶ ὁ καυλός. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἁπλῶς εἶπεν· ἐπὶ δὲ τῆς κρεοφαγίας προσέθηκε καὶ τὸ, πολλή· μεγάλην γὰρ οὕτως ἕξει δύναμιν, οὐκ ἔχουσα μεγάλην, εἰ σύμμετρος ᾖ. ἡ δ' ἐφεξῆς τῆσδε λέξις, ἐπὶ τὰ σμικρὰν ἔχοντα δύναμιν ἐδέσματα μεταβαίνει, μάζαν, καὶ ἄρτον, θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ καθαρὸν ἢ συγκομιστόν. F ὅτι δὲ τὸν μὴ καθαρὸν ὀνομάζει συγκομιστὸν, εὔδηλόν ἐστι κἀκ τῆς πρὸς τὸν καθαρὸν ἀντιθέσεως· οἵ γε μὴν νῦν ἄνθρωποι τὸν τοιοῦτον ἄρτον αὐτόπυρον ὀνομάζουσιν, οὐ διακρινομένου τοῦ πιτυρώδους ἀλεύρου κατ' αὐτὸν, συναναφυρομένου δὲ τῷ καθαρῷ. τούτοις ἐφεξῆς καὶ τὰς ἐν τοῖς ἀλφίτοις διαφορὰς ἐμνημόνευσε, τὰ δὲ πρόσφατα, ποτάινια κέκληκε, τῇ τῶν Ἰώνων φωνῇ καὶ τῇ τῶν παλαιοτέρων· οἰνοποσίας τε καὶ ὑδροποσίας παρὰ τὸ ἔθος ὑπαλλαττομένων, ἀκρατεστέρου καὶ ὑδαρεστέρου πόματος. ἐφ' ὧν καὶ προσέθηκεν, ὡς ὁ μὲν ὑδαρὴς οἶνος, πλάδον ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, τουτέστιν ὑγρότητα καὶ ἀτονίαν ἐμποιήσει, καὶ φῦσαν ἐν τῇ κάτω· ὁ δ' ἄκρατος παλμὸν [74] κροτάφων, καὶ καρηβαρίαν, καὶ δίψος.

ἔστι μὲν τῇ θερμότητι ταῦτα ἐργαζόμενος, ὁ δ᾽ ὑδαρὴς τῇ θ᾽
ὑγρότητι καὶ τῇ ψύξει, τὰ ἐναντία. καὶ τῶν οἴνων δ᾽ αὐτῶν ἐμνημό-
νευσε τὰς διαφορὰς, ἐξ ἁπάντων τούτων ἀθροίζων τὸ προκεί-
μενον ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ καθόλου, πᾶσαν ἐξαλλαξιν ἔθους, ἀθρόως
γινομένην, οὐ μικρὰν βλάβην κατὰ τὸ σῶμα ἐργάζεσθαι.

Ὅτι ὥσπερ ἡ ἐξαπιναία τῆς διαίτης μεταβολὴ τοὺς ὑγιαίνοντας
βλάπτει, οὐχ οὕτως τοὺς νοσοῦντας· καὶ οὗτος ὁ λόγος,
τῷ προτέρῳ ἐναντίως τιμωρητέος ἐστί.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λέ.

Τιμωρητέον μέντοι τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης τουτέοισιν ἐγένετο, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ σώματος οὔτε ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥστε προσθέσθαι δεῖν σιτία, οὔτ᾽ ἐπὶ τὴν ἀῤῥωστίην, ὥστε ἀφαιρεθῆναι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὸ μὲν, τιμωρητέον, δηλωτικόν ἐστι τοῦ, βοηθητέον· ἡ βοήθεια δ᾽ οὐκ ἂν ἄλλη τις εἴη τῷ λόγῳ, παρὰ τὴν συνηγορίαν ὡς ἀληθεύει. δυοῖν γὰρ τοῖν λόγοιν, τοῦ μὲν ἀρέσκοντος αὐτῷ, τοῦ δὲ ἐναντιουμένου τούτῳ, συνηγόρησε μὲν ἄχρι τοῦδε τῷ ἀρέσκοντι, νυνὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν θατέρου συνηγορίαν ἐτράπετο, καθ᾽ ὃν εἰκὸς εἶναι φήσειεν ἄν τις, ὠφελεῖσθαι τοὺς νοσοῦντας ὑπὸ τῆς ἐν τῇ διαίτῃ μεταβολῆς μεγάλως, ἐπεὶ καὶ ἡ τοῦ σώματος ὑπήλλακται διάθεσις εἰς τοὐναντίον, οἷς γε πρόσθεν μὲν ὑγίαινε, νυνὶ δὲ νοσεῖ. ἀλλά γε πρὸς τοῦτον τὸν λόγον καὶ ἔμπροσθεν μὲν εἶπεν ἐν τῷ καθόλου· τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν, εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον, ὀρθῶς μέντοιγε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολή. καὶ τί ποτ᾽ ἐστὶ τὸ ὀρθῶς, ἐδήλωσε διὰ πλειόνων, ὃ συγκεφαλαιούμενος, εἶπεν· οὐ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιεῖν, οὔτ᾽ ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν τῇ φλεγμασίῃ ἐόντων, προσφέρειν, οὔτ᾽ ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ σώματι μεταβάλλειν, οὔτ᾽ ἐπὶ τὰ, οὔτ᾽ ἐπὶ τά. ὥστε ἤδη φθάνει λελυκέναι ἀμφιβολίαν, ἣν εἶπεν ἄρτι, συναγορεύων τῷ λόγῳ· προσθήσει δ᾽ αὐτῇ τι καὶ νῦν, λέγων· προσεκμαρτυρητέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἑκάστου, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἐφεξῆς εἶπεν, ἃ κατὰ τὴν ἐφεξῆς ῥῆσιν διηγήσομαι.

Ὅτι πρὸς τὸ ἀσφαλῶς τοῖς νοσοῦσι τὴν δίαιταν προγράφειν,
προσεκμαρτέον α΄. τὴν τοῦ κάμνοντος δύναμιν (ἰσχυρὰν ἢ ἀσθενῆ)
β΄. καὶ τὸν τοῦ νοσήματος τρόπον (κατὰ τὸ εἶδος, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἦθος,
καὶ τὴν κίνησιν, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰ συμπτώματα, καὶ τὰς κρίσεις)
γ΄. καὶ τὴν τοῦ νοσοῦντος φύσιν, κοινήν τε καὶ ἰδίαν (κατὰ τὴν κρᾶσιν, καὶ τὴν
διάπλασιν, καὶ τὴν τοῦ χυμοῦ ὑπερβολήν) δ΄. καὶ δίαιταν εἰθισμένην
(κατὰ τὸ ποιόν τε καὶ ποσὸν, καὶ τὴν χρῆσιν, καὶ τὸν καιρὸν, καὶ τὴν δίαιταν
ἐπιτεταγμένην) τοὺς ἰατροὺς ἀλλήλων βελτίους τε καὶ χείρους εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λϛ΄.

Προσεκμαρτυρητέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τοῦ νουσήματος ἑκάστου, καὶ τῆς φύσιος τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος, καὶ τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν.

A idque calore hæc efficit, dilutum autem contraria, tum humiditate tum frigore. Mentionem quoque & de vinorum ipsorum differentia fecit, ex his omnibus colligens vniuersum ab initio ipsi propositum, omnem consuetudinis permutationem derepentè factam non paruam corpori læsionem efficere.

Non vt sanis, sic ægris, repentinam victûs mutationem
noxiam esse; hancque orationem superiori
contrariam astruendam esse. B

TEXTVS HIPPOCRATIS 35.

At sanè pars hæc operis cõtrariã quãdam ratione astruenda est, quòd his sanis victûs mutatio facta sit, corpore neque ad robur, vt cibos adijcere, neque ad infirmitatem, vt cibos demere oporteat, non immutato.

COMMENTARIVS GALENI. C

Astruendum idem ac auxiliandum significat. Auxilium autem non quid aliud sermoni huic fuit, præter patrocinium, vt verè loquitur. Nam quum ex duobus sermonibus vnus ipsi placuerit, alter verò huic aduersetur; ei quidem qui placuit, huc vsque est patrocinatus; nunc etiam ad alterius patrocinium descendit, quo æquum esse quiuis dixerit, ægrotantes ab insigni victûs mutatione iuuari, quum & corporis affectio in contrarium his quidem qui anteà sani viuebant, nunc verò ægrotant, permutata sit. D Sanè & in huius sermonis gratiam vniuersaliter antea est loquutus *his verbis; commutare quidem bene habet non parùm; rectè tamen mutatio transferenda.* Et quid rectè sit, non paucis ostendit, sed ad summam colligens dixit, *Neque sanè intempestiuas, neque vehementes vasorum vacuationes molirifas est, neque vigentibus morbis, & in inflammatione consistentibus, cibos exhibere, neque repentè huc aut illuc in toto negocio quicquam mutare licet.* Quare & ambiguitatem soluere iam anticipat, quam nuper enunciauit sermoni consentiens. Adiiceq́ue ipsi in præsentia aliquid, quum inquiet. E *Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusque modum,* & cætera quæ his succedunt, quæ in sequenti dictione explanabo.

Quod ad diætam tutò ægris præscribendam, cõiicere oportet 1. vires ægrotantis (validas aut infirmas) 2. morbi modum vel historiam (in specie, magnitudine, more, motu, causis, symptomatis, & crisibus) 3. ægri naturam communem & particularem (in temperamento, conformatione, & humoris dominatu) 4. diætam consuetam (in qualitate, quantitate, vtendi modo, occasione, & vitæ institutione) Medicos esse alios aliis præstantiores ac deteriores. F

TEXTVS HIPPOCRATIS 36.

Ad hæc autem & virium robur coniectandum est, & morbi cuiusque modus, & hominis natura, & ægrotantis in victu consuetudo, non in cibis solùm, verùm etiam in potionibus.

COMMENT.

COMMENTARIVS GALENI.

Victûs rationi acutè laborantibus decenter præscriptæ, vt docuit, & roboris considerationem, & morbi modum, præterea & hominis naturam, consuetudinemque ipsius adiicere imperat. Nam quam summam astruit, hæc est; *non permutandam esse victûs speciem, priusquàm signa coctionis manifesta sint.* Id autem fiet, si quot diebus ad vigorem morbus venturus sit, præcognoueris. Verùm quum victus, quem manifestabo, pro maioris minorisve ratione permutari possit, quòd laborantes inter se differant virium tum robore, tum infirmitate, naturali item temperamento, & morbi modo, atque antecedente consuetudine, si ad ea respexeris, poteris artificiosè, tum magis, tum minùs in specie victûs coniicere, si oxymelite, vel melicrato ægrum cibare debeas; aut solam aquam bibendam adusque coctionis notas dare; aut ptisanam, aut eius solùm cremorem; & an bis, an semel die. In victu ergo tum magis tũ minùs per ea quæ iã dixit, coniicere oportet. Nam si ægrum ptisanæ cremore indigere comperias, nondum cognoscis quantùm de eo sis propinaturus; consimili modo de oxymelite, melicrato, & aquâ. Verùm quemadmodùm ad speciei victûs inuentionem, dignoscere, an robustæ vel infirmæ sint laborantis vires, opus tibi fuerit, quot item diebus morbi coctio futura sit; sic & nunc considerandum, quousque viribus robur aut imbecillitas accidit. Multa nanque differentia est inter ipsum virium tum robur, tum etiam imbecillitatem, maioris & minoris ratione. Sic morbi quoque differentias coniicere oportet. Non enim solùm cognoscere oportet, quòd pleuritis, aut peripneumonia sit, sed & qualis ea sit, in dolore, febre, & sputis. Etenim pleuritidum quæ cum dolore sunt, aliæ quidem magis, aliæ verò minùs tales existunt; febremque vehementem habent tum magis, tum minùs particulares pleuritides. Sed non parua quoque est in iis, quæ expuuntur, differentia, vt in prognostico dictum est. Quum igitur particulatim in dictis differentiis distinguantur ægri, non datur in Empiricorum appellatis syndromis doctrinam constitui. Neque enim eorum qui in viribus comperiuntur excessuum differentiæ scribi possunt, neque febris vehementia, neque sputorum quantitas, neque in particularibus coloribus dissimilibusque eductionibus magis minúsque. Verùm cuiusque rei facultate intellectâ, omnes inter se singillatim comparare, summamq; vnam ex ipsis colligere oportet. Hac enim in re licet tum meliores, tum deteriores haberi medicos, quanquàm eadem didicerint. Nam acutiores ratiocinio, hebetioribus *euadunt probatiores*; laboris amantiores, segnioribus; exercitatiores, minùs exercitatis; atque memoriâ valentiores, memoriâ minùs valentibus. Ex particularium igitur omnium facultatibus colligere in vnam summam, vniuersam *victûs* formam, singulorumque ciborum quantitatem, commodius est. Nam imbecillitas sæpiùs quidem, sed paulatim, alimentum exhibendum esse indicat; fidemque rei huic facit, quòd æger bis edere consueuerit. Contrarium autem rursus robur virium *indicat*, si in homine semel cibari assueto videatur, semel ipsum cibare oportet; quod indicant ambæ coniecturæ. Sic verò & quod corpus facilis est discussionis

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

A Εἰς τὸ προσηκόντως ἐπὶ τῶν ὀξέως νοσούντων καταστήσασθαι τὴν δίαιταν, ὡς ἐδίδαξε, προστιθέναι κελεύει τήν τε τῆς ἰσχύος ἐπίσκεψιν, καὶ τοῦ νοσήματος τὸν τρόπον, ἔτι δὲ τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἔθος αὐτοῦ. τὸ μὲν γὰρ κεφάλαιόν ἐστιν, ὃ κατασκευάζει, μὴ μεταβάλλειν τὸ τῆς διαίτης εἶδος, πρὸ τοῦ γενέσθαι σαφῆ τὰ τῆς πέψεως σημεῖα· τοῦτο δὲ ἔσται, προεγνωκότος σου, πόσαις ἡμέραις τὸ νόσημα πρὸς τὴν ἀκμὴν ἀφίξεται. B δυναμένης δὲ τῆς διαίτης, ἣν ἐξελέγξω, κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ τὸ ἧττον ἐξαλλάττεσθαι, διὰ τὸ καὶ τοὺς κάμνοντας ἀλλήλων διαφέρειν κατά τε ῥώμην, καὶ ἀρρωστίαν τῆς δυνάμεως, καὶ τὴν φυσικὴν κρᾶσιν, καὶ τὸν τρόπον τοῦ νοσήματος, καὶ τὸ προγεγονὸς ἔθος, εἰς ταῦτα ἀποβλέποντά σε, τεχνικῶς ὑπάρχει στοχάζεσθαι τοῦ τε μᾶλλον καὶ ἧττον τοῦ τῆς διαίτης εἴδους, εἰ ἐπ' ὀξυμέλιτος, ἢ μελικράτου τὸν κάμνοντα χρὴ διαιτᾶν, ἢ ὕδατος μόνου διδόναι πίνειν ἄχρι τῶν τῆς πέψεως γνωρισμάτων, ἢ πτισάνην δοτέον, ἢ μόνον τὸν χυλὸν αὐτῆς, εἴτ' οὖν δίς, εἴτε καὶ ἅπαξ τῆς ἡμέρας. τὸ δὲ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τῇ διαίτῃ προστεκμαίρεσθαι χρὴ δι' ὧν C εἶπε νῦν. οὐ δήπου γὰρ ἐὰν εὕρῃς τὸν κάμνοντα χυλοῦ δεόμενον, ἤδη γινώσκεις ὁπόσον τούτου δοτέον ἐστί· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ ὀξυμέλιτός τε καὶ μελικράτου, καὶ ὕδατος· ἀλλ' ὥσπερ εἰς τὴν εὕρεσιν τοῦ τῆς διαίτης εἴδους, ἐδεήθης διαγνῶναι, πότερον ἄρρωστος ἢ εὔρωστός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ κάμνοντος, ἐν πόσαις τε τῶν ἡμερῶν ἡ πέψις ἔσται τοῦ νοσήματος, οὕτω καὶ νῦν προσεπισκεπτέον, μέχρι πόσου τὰ τῆς ἰσχύος, ἢ τὰ τῆς ἀσθενείας αὐτῇ συμβέβηκε· παμπόλλη γὰρ ἡ διαφορὰ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἰσχὺν τῆς δυνάμεως, ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν ἀσθένειαν, ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. οὕτως δὲ καὶ ἡ τοῦ D νοσήματος διαφορὰ προστεκμαρτέα· χρὴ γὰρ οὐ μόνον ὅτι πλευρῖτις, ἢ περιπνευμονία, γινώσκειν, ἀλλὰ καὶ ποία τίς ἐστιν αὕτη, κατά τε τὰς ὀδύνας, καὶ τοὺς πυρετούς, καὶ τὰ πτυόμενα. καὶ γὰρ τῶν ὀδυνηρῶν πλευριτίδων, αἱ μὲν μᾶλλον, αἱ δὲ ἧττόν εἰσι τοιαῦται, καὶ τὸν σφοδρὸν πυρετόν, ἧττόν τε καὶ μᾶλλον ἔχουσι τοιοῦτον αἱ κατὰ μέρος πλευρίτιδες. ἐν δὲ τοῖς πτυομένοις οὐ σμικρὰ διαφορά, καθότι κἀν τῷ προγνωστικῷ λέλεκται. Ποικιλλομένων οὖν τῶν κατὰ μέρος ἀρρώστων ἐν ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς, οὐχ οἷόν τε κατὰ τὰς τῶν ἐμπειρικῶν ὀνομαζομένας συνδρομὰς ποιήσασθαι τὴν διδασκαλίαν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ γράψαι δυνατόν ἐστιν τὰς διαφορὰς τῶν κατὰ δύναμιν ὑπεροχῶν, ἢ τὰς τῶν E σφοδροτήτων τοῦ πυρετοῦ, καὶ τὸ ποσὸν ἐν τοῖς πτύσμασι, καὶ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τοῖς κατὰ μέρος χρώμασιν ἀνομοιοτρόποις ἀναγωγαῖς, ἀλλ' ἑκάστου πράγματος ἀκηκοότα τὴν δύναμιν, ἰδίᾳ καὶ κατὰ μέρος αὐτὸν χρὴ παραβάλλειν γε πάσας ἀλλήλαις, ἀθροίζειν δέ τι κεφάλαιον ἓν ἐξ αὐτῶν. ἐν τούτῳ γάρ ἐστι καὶ τὸ βελτίονας καὶ χείρονας γίνεσθαι τοὺς ἰατρούς, εἰ καὶ τὰ αὐτὰ μεμαθηκότες εἶεν· οἱ γὰρ ὀξύτεροι τὸν λογισμὸν τῶν ἀμβλυτέρων, οἵ τε φιλοπονώτεροι τῶν ῥαθυμοτέρων, οἵ τε τριβακώτεροι τῶν ἀπειροτέρων, οἵ τε μνημονικώτεροι τῶν ἀμνημονεστέρων. ἄμεινον οὖν ἐκ τῆς τῶν κατὰ μέρος πάντων δυνάμεως, F ἀθροίζειν εἰς ἓν κεφάλαιον ὅλον τὸ σχῆμα, καὶ τὸ καθ' ἑκάστην τροφὴν ποσόν. ἡ μὲν γὰρ ἀσθένεια, πλεονάκις μέν, ἀλλὰ καὶ ὀλίγον, διδόναι τὴν τροφὴν ἐνδείκνυται· συνεπιμαρτυρεῖ δὲ τούτῳ καὶ τὸ δὶς ἐσθίειν εἰθίσθαι τὸν κάμνοντα. τοὐναντίον δὲ πάλιν ἡ ῥώμη τῆς δυνάμεως ἐὰν ἐπ' ἀνθρώπου μονοσιτεῖν εἰθισμένου φαίνηται, θρεπτέον ἅπαξ τοῦτον· ἐνδείκνυται δὲ ἄμφω τὰ τεκμήρια. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν εὐδιαφόρητον σῶμα

πρὸς τὸ διδόναι τροφὴν προορμᾷ, τὸ δὲ δυσδιαφόρητον ἐπὶ τἀναντία ἄγει· καὶ τὸ μὲν λεπτοὺς ἔχον τοὺς χυμοὺς, ἐπὶ τὸ διδόναι τροφὴν, τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον ἐπὶ τἀναντία· καθ' ἕκαστόν τε τῶν εἰρημένων τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἀνάλογον ἑαυτῷ καὶ τὴν τοῦ βοηθήματος χρῆσιν αὔξει τε καὶ ἀνίησι. λέλεκται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ πάντα ἑξῆς κατὰ τάξιν, ὡς μαθεῖν τε δύνασθαι τάχιστα, καὶ μνημονεῦσαι ῥᾷστα· δι' ἑνὸς γὰρ βιβλίου τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου πάντα καλῶς εἰπεῖν τὸν Ἱπποκράτην, καὶ κατὰ τάξιν διδάξαι, τῶν ἀδυνάτων ἦν, καὶ μάλιστα αὐτοῦ πρώτου τὴν εὕρεσιν αὐτῶν ποιουμένου· τῷ δὲ παρ' αὐτοῦ μὲν αὐτὰ μαθόντι διεσπαρμένως τε καὶ ἀτάκτως, ὅλον τε τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀναθέντι πρὸς τὴν ἐξ ἔργων ἄσκησιν διδαχθεῖσαν, οὐκ ἀδύνατον καὶ σαφήνειαν καὶ τάξιν τῇ διδασκαλίᾳ προσθεῖναι· ἐὰν δὲ καὶ διὰ πλειόνων βιβλίων ὑπάρξῃ τοῦτο πρᾶξαι, δῆλόν ἐστι πόση γίνεται τῆς σαφηνείας τῶν διδασκομένων ὑπερβολή. μὴ τοίνυν ἀθυμείτω τις, ἐὰν ἐντεῦθεν συγχεῖται περικλυζόμενος ἀθρόως τῷ πλήθει τῶν σκοπῶν· ἀλλ' ἐννοήσας ὅτι κατὰ μέρος ἕκαστον τούτων δέδεικται πρὸς ἡμῶν ἐν τῇ θεραπευτικῇ πραγματείᾳ, μεταβὰς ἐπ' ἐκείνην ἐκμανθανέτω φιλοπόνως ἕκαστον, αὐτὰ γὰρ τὰ νῦν ἀτάκτως λεγόμενα σαφῶς εἴσεται, καὶ τὴν θεωρίαν ἐν τοῖς τῆς τέχνης ἔργοις ἀσκῶν, ἐπαινέσει τὴν ἀλήθειαν αὐτῆς.

A ad cibationem stimulat; quod ægrè discutitur, ad contraria agit. Quod item tenues habet humores, id cibandum indicat; quod his non constat, contraria. Atque in singulis quæ dicta sunt, magis minúsque proportionaliter sibi & auxiliorum vsum tum auget, tum remittit. Sed de huiusmodi, omnia in methodo medendi deinceps & ordine ita exarata sunt, vt tum citissimè condiscere, tum facillimè ad memoriam reuocare possis. Fieri siquidem nequit, vt libro vno præsenti benè omnia scribat Hippocrates, atque ordine doceat; præcipuéque quum ipse primus horum inuentionem sit molitus. Qui tamen hæc ab eo tum transuersè, tum inordinatè *scripta* didicerit, totamque suam vitam B in id quod ex operibus docetur, studium deuouerit, is & lucem & ordinem doctrinæ adijcere poterit. Quod si & pluribus libris fecerit, quanta futura sit claritatis eorum quæ docentur exuperantia, liquidò patet. Nemo ergo animo despondeat, si hoc in loco confundatur scoporum multitudine affatim circumseptus. Verùm quum quòd particulatim horum vnumquodque à nobis in methodo medendi demonstratum sit, intellexerit, ad illam translatus sedulò singula discat, & sanè quæ nunc inordinatè dicuntur, liquidò cognoscet; speculationemque in ipsis C artis operibus exercens, veritatem ipsius laudabit.

Ὁπότε τὴν τῶν σιτίων πρόσθεσίν τε καὶ ἀφαίρεσιν τοῖς νοσοῦσι κελεύειν χρὴ, προτεκμαρτέον.

Quando ciborum additio, aut detractio ægrotantibus imperanda sit, coniectandum.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λζ'.

Πολλῷ δὲ ἧττον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον· ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελεῖ, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις ἂν τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ.

TEXTVS HIPPOCRATIS 37.

D *Multò autem minùs ad* ciborum *additionem procedendum. Quandoquidem ipsos detractione omninò subducere sæpenumerò conducit, vbi suffecturus est æger, donec morbi vigor mitescat.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐπεὶ τοῦ καθ' ἑκάστην δίαιταν εἴδους ἐξ ὧν εἶπεν ἔμπροσθεν εὑρισκομένου, προσεκμηρεῖσθαι χρὴ τὰ κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν εἰρημένα, χάριν τοῦ τὸ ποσὸν εὑρίσκειν ἐν ἑκάστῃ διαίτῃ· διὰ τῆς νῦν προκειμένης [76] λέξεως (πολλῷ δὲ ἧσσον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον, ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελεῖ) γινώσκων ὅτι τὸ ποσὸν ἑκάστου βοηθήματος στοχασμοῦ δεῖται τεχνικοῦ, στοχάζεσθαι δὲ τεχνικῶς, ἀνδρός ἐστιν ἐκμεμαθηκότος τάς τε δυνάμεις ἁπάντων τῶν κατὰ τὴν τέχνην, καὶ μεμνημένου, καὶ φιλοπόνως ἐπὶ τῶν ἔργων γεγυμνασμένου· τοιοῦτοι δὲ ὀλίγοι παντάπασιν εἰσίν· εἰκότως προσέγραψε ταυτὶ τὰ νῦν εἰρημένα κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν λέξιν, τοῦτ' ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἐπὶ τῇ ποσότητι μᾶλλον, ὅταν τις ἁμαρτάνῃ τοῦ προσήκοντος μέτρου, παραγίνεσθαι παραινῶν, ἤπερ ἐπὶ τὸ πλέον. τὸ μὲν γὰρ πλέον ἀνεπανορθώτους ἐνίοτε τὰς βλάβας ἐργάζεται· τὸ δ' ἔλαττον, εὐεπανόρθωτόν ἐστι· δυναμένων ἡμῶν ἐὰν ἡ δύναμις ὀκλάζειν φαίνηται, τροφῆς ὀλίγου ἐπιδιδόναι· τῆς δὲ φθασάσης εἰς τὴν γαστέρα καταπεπόσθαι, τὸ περιττὸν ἀφελεῖν, οὔτ' ἄλλως ῥᾴδιον, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν. Ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελεῖ, ὅκου διαρκεῖν μέλλει ὁ κάμνων μέχρις ἂν τῆς νόσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ. τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως τοῦτο τὸ μέρος αὖθις [77] ἀνέλαβεν, ἀναμνῆσαι βουλόμενος τοῦ συνήθους αὐτοῦ σκοποῦ κἀνταῦθα καὶ κατὰ τοὺς Ἀφορισμούς·

COMMENTARIVS GALENI.

Qvoniam victûs cuiusque species ex iis quæ anteà dixit, inuenitur; & quæ in antè scripto textu dicuntur, coniicere oportet, vt in vnoquoque E victu quantitas reperiatur; præsenti dictione, *ciborum autem adiectioni intendendum multò minùs; quandoquidem subductione eos prorsus detrahere, sæpenumerò conducit,* cognoscens præsidiorum singulorum quantitatem artificiosâ egere coniecturâ, artificiosè autem conijcere viri esse, qui facultates omnium quæ in arte sunt, didicerit, memoriæ mandauerit, atque studiosè sese in operibus artis exercuerit; paucosque tales existere. Iure hîc quæ præsenti textu dicuntur, adscripsit, in quantitate ad quod minùs magis, quàm ad quod exuberat, quum quis à iusto modo aberret, procedendum esse admonens. Nam F quod plus est, noxas interdum inemendabiles facit; quod verò minus est, facilè emendatur. Nam si vires deficere videantur, cibi exiguum ministrare possumus; verùm eo in ventrem absorpto, superfluum non aliàs, multò magis in acutis morbis, tollere est facile. *Nam prorsus subtrahere sæpenumerò conducit, vbi æger sufficere possit, donec morbi vigor maturuerit.* Rursum præscriptæ dictionis partem hanc assumpsit, nos familiaris huius scopi admonens, qui tum hîc, tum in Aphorismis habetur.

Nam

A Nam si æger ad morbi vsque vigorem sine cibo sufficere posse videatur, in omni ciborum abstinentia eum potu solo moderaberis, cum tibi videbitur necessitas.

Pollicetur se scripturum, quando à paulò pleniore victu ad tenuiorem, etiam ad detractionem æger sit deducendus.

TEXTVS HIPPOCRATIS 38.

B *IN quibus autem hoc faciendum sit, scribetur.*

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd statuerit, demonstratâ vniuersali victûs ratione hoc in libro, se transiturum ad cæteros omnes acutos morbos, declarat. Veruntamen id opus huiusmodi non reperitur. Sed quæ hoc in libro post balneum proposita sunt, siquis veluti in typo ab Hippocrate scripta, qui sibi hæc ad commemo- C rationem præparauerat; in domo reperiens post viri mortem, deprompsit, fortassis rationem aliquam habuit. At tanquàm opus, dignum Hippocratis facultatibus non est; quemadmodùm neque ea quæ de morbis & affectibus inscripta sunt, quanquàm multa in iis probè scripta sunt. Id autem in scriptis super ea explicationibus definiemus ac distinguemus.

Quòd quas consuetudinis mutatio inuehat læsiones, de iis ab aliis alia multa Hippocratis sententijs affinia scribi queant.

D

TEXTVS HIPPOCRATIS 39.

MVlta verò etiam alia productis consimilia quis scribere potuerit.

COMMENTARIVS GALENI.

RVrsus ad eum reuersus est sermonem, quem multis exemplis confirmauit, mutationem consuetudinis ægrotantes lædere demonstrans. E Verùm quoniam à sanis in eos transiit, ob id quæ similia sunt, cognata vocat. Quòd autem posteà dicturus est, sermonis huius testimonium existit; quanquàm non æquale neque simile, neque germanum, vt ipse appellarit, sed idipsum quod indagatur. Patebit autem tibi mens viri in sequentis dictionis explicatione.

F In acuti morbi principio, cibos ægris exhibitos minùs lædere, quàm ægros per triduum inediâ conficere, confectosque in morbi vigore ante morbi coctionem cibis implere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 40.

HOc tamen melius est testimoniũ. Non enim solùm rei, de qua plurimus à me sermo habitus est, cognatũ existit; sed res ipsa opportunissimũ est documentum. Nam quidam per morborum acutorum

A ἐὰν γὰρ φαίνηται δυνάμενος ὁ κάμνων αὐθὶ ἐφεξῆς ἐξαρκέσαι τῇ τοῦ νοσήματος ἀκμῇ, διὰ παντελοῦς ἀσιτίας αὐτὸν [76] ἐπὶ τὸν ποτὸν μόνον διαιτήσεις, ὅπου περ ἂν εἶναί σοι δόξῃ χρεία.

Ἐπαγγέλλεται γράψειν, πότε ἀνακτέον τὸν κάμνοντα ἐκ τῆς μικρῷ πλείονος διαίτης εἰς τὴν λεπτοτέραν καὶ αὐτὴν τὴν ἀφαίρεσιν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λη΄.

B ΕΝ ὁκοίοισιν δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον, γεγράψεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΔΗλός ἐστι προῃρημένος, μετὰ τὸ διδάξαι τὴν καθόλου δίαιταν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ, μεταβῆναι πρὸς τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ ὀξέα· οὐ μὴν εὑρίσκεταί γε τοιοῦτον τοῦτο σύγγραμμα. τὰ δὲ [78] προκείμενα ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ μετὰ τὸ λουτρὸν, εἰ μὲν ὡς ἐν τύπῳ τις ὑπ' αὐτοῦ γε- C γραμμένα, ταῦτα παρασκευάσαντος εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ, εὑρὼν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐξέδωκε μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἴσως ἄν τινα λόγον ἔχοι· ὡς σύγγραμμα δ' οὐκ ἔστιν ἄξιον τῆς Ἱπποκράτους δυνάμεως· ὥσπερ οὐδὲ τὰ περὶ νόσων τε καὶ περὶ παθῶν ἐπιγραφόμενα, καίτοι πολλὰ καλῶς ἐν αὐτοῖς εἴρηται· διοριούμεθα δὲ τὸ αὐτὸ καὶ διακρινοῦμεν ἐν ταῖς εἰς αὐτὰ γεγραμμέναις ἐξηγήσεσι.

Ὅτι αἱ ἡ τοῦ ἔθους μεταβολὴ βλάβας εἰσφέρει; περὶ τούτων ἄλλοις ἄλλα πολλὰ τοῖς εἰρημένοις ὑφ' Ἱπποκράτους ἠδελφισμένα γράφεσθαι δύναται.

D

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λθ΄.

ΠΟλλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι [79] γράφοι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΑλιν ἐπὶ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπανῆλθεν, ὃν διὰ πολλῶν παραδειγμάτων ἐπιστώσατο, δεικνὺς τὴν τοῦ E ἔθους μεταβολὴν βλάπτειν τοὺς νοσοῦντας· ἀλλ' ἐπειδήπερ ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων μετέβαινεν ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τοῦτ' εἶπεν ἠδελφισμένα, τὰ ὅμοια καλῶν. ὁ δὲ ἐφεξῆς ἐρεῖν μέλλει, μαρτύριόν ἐστι τοῦ λόγου τούτου· καίτοι οὐκ ἔστι παραπλήσιον, οὐδ' ὅμοιον, οὐδ' ὡς αὐτὸς ὀνομάσειεν ἂν, ἠδελφισμένον, ἀλλὰ τὸ ζητούμενον αὐτό. σαφὴς δ' ἡ γνώμη τοῦ ἀνδρὸς ἔσται σοι κατὰ τὴν ἐξήγησιν τῆς ἐχομένης ῥήσεως.

F Ἐξ ἀρχῆς τοῦ ὀξέος νοσήματος τὰ σιτία τοῖς νοσοῦσι προσενεχθέντα ἧττον βλάπτειν, ἢ τὸ τοὺς νοσοῦντας τρεῖς ἡμέρας ἀσιτίᾳ προταριχεύειν, καὶ προταριχευθέντας ἐν τῇ τοῦ νοσήματος ἀκμῇ πρὸ τοῦ πεπασμοῦ σιτίων ἐμπλῆσαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μ΄.

ΤΟ γε μὴν κρέσσον μαρτύριον· οὐ γὰρ ἠδελφισμένον μόνον ἐστὶ τῷ πρήγματι, περὶ οὗ πλεῖστός μοι λόγος εἴρηται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα, ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον. οἱ μὲν γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νούσων, ἔστιν ὅτε οἱ μὲν

σιτία ἔφαγον αὐθημερὸν, ἠργμένοι ἤδη, οἱ δὲ καὶ τῇ ὑστεραίῃ, οἱ δὲ καὶ ἐρρόφεον τὸ προστυχὸν, οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐρρόφεον· ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μέν ἐστιν, ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη, πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ [80] ἁμαρτηθέντα, ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ καὶ τρεῖς κενεαγγήσειε τελείως, τεταρταῖος δὲ ἐὼν τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος. ἔτι μέντοι κάκιον εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσιν ὕστερον ἡμέρῃσιν οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον· οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείστοισιν, εἰ μὴ παντάπασί τις εὐήθης ἡ νοῦσος εἴη· αἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἁμαρτάδες, οὐχ ὁμοίως ταύτῃσιν ἀνήκεστοι εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι.

exordia, nonnunquam quo tum laborare cœperunt die, cibos comederunt, quidam etiam postridie; nonnulli quoq; quiduis sine delectu, alij etiã moretũ sorpserũt. Sanè hæc omnia deteriora quidẽ sunt, quã siquis aliter victûs rationẽ instituerit. Multò tamẽ leuiorẽ læsionẽ inferũt qui hoc tẽpore errores fiunt, quã siquis primis quidẽ duobus, vel tribus diebus omninò vasa exinanierit, mox quarto, aut quinto talem cibũ exhibuerit. Deterius etiamnũ tamen est, siquis totis his diebus vasis præuacuatis, posterioribus deinceps diebus ita victũ instituerit, priusquàm morbus concoctus sit. Sic enim apertè plurimis mortem adfert, nisi mitis quidã omninò morbus extiterit. Quæ verò per initia errata committuntur, his non similiter incurabilia existunt, sed multò faciliùs curantur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΜπροσθεν μὲν ἀπὸ τῶν τοῖς ὑγιαίνουσι συμβαινόντων ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν ἐθῶν, ἐπὶ τοὺς νοσοῦντας μετῆλθε καθ' ὁμοιότητα· μεταβήσεσθαι δὲ μέλλει καὶ νῦν, καὶ αὐτὸ δείξειν ἄντικρυς οὕτως ἔχειν τὸ προκείμενον. τί δ' ἦν τοῦτο; τὸ μὴ ἐξ ἀρχῆς, μηδ' ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις προταριχεύσαντας τοὺς νοσοῦντας, ὅταν ἤδη πλησίον ἥκωσι τῆς ἀκμῆς, ἐμπιπλάναι. δι' ὧν οὖν εἶπε καθ' ὅλην τὴν ῥῆσιν, ἐπιδεῖξαι βούλεται μείζονα γιγνομένην βλάβην τοῖς νοσοῦσιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασιν, ὅταν ἐγγὺς ἤδη τῆς ἀκμῆς ἁμαρτηθῇ, ἢ ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν νοσημάτων. φησὶ γάρ· πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ ἁμαρτηθέντα, ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ καὶ τρεῖς κενεαγγήσειε τελείως, τεταρταῖος δὲ ὢν, τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος· ἔτι μέντοι κάκιον, εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσιν ὕστερον ἡμέρῃσιν οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νόσον. εὔδηλον δ' ὅτι πέπειρον ὀνομάζει τὴν πεπεμμένην. εὐήθεις δὲ νόσους εἴρηκεν, οὐ τὰς κακοήθεις, ἀλλὰ τὰς εὐτρέπτους· ἴσμεν γὰρ ὅτι οὕτως κέχρηνται τῇ λέξει πολλοὶ τῶν παλαιῶν, καὶ οὕτως ὁ Ἱπποκράτης πολλάκις, ὡς ἐν ἑτέροις δέδεικται.

COMMENTARIVS GALENI.

ANtè quidem ab iis quæ valentibus ex consuetudinis mutatione oboriuntur, ad ægrotantes per similitudinem transiit. Transiturus autem & nunc, atque ipsum, quod nunc instituitur, planè ita habere est demonstraturus. Sed quidnam id fuit? quòd neque à principio, neque primis diebus fame exiccatos ægros, quum iam prope vigorem peruenerint, replere oportet. Dictis sanè toto textu vult ostendere maiorem ægris læsionem oboriri ex iisdem erroribus, quum iam prope vigorem erratum sit, quàm in morborum principiis. Dicit enim; *multò tamen leuiorem læsionem inferunt qui hocce tempore errores fiunt, quàm siquis primis quidem duobus vel tribus diebus omninò vasa exinanierit, mox quarto, aut quinto talem cibum exhibuerit; deterius etiamnum tamen est, siquis totis his diebus vasis præuacuatis, posterioribus deinceps ita victum instituerit, priusquàm morbus concoctus sit.* Quòd maturum appellet concoctum, manifestum est. Morbos præterea mites ac benignos dixit, non malignos, sed qui facilè submouentur. Scimus enim veterum multos ita vti dictione, ita quoque & Hippocratem multoties, vt alibi demonstratum est.

Ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος τοὺς κάμνοντας τοῖς ῥοφήμασι τρέφειν χρή.

Per initia morbi sorbitionibus ægros nutriendos esse.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μα'.

ΤΟδέ τ' οὖν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος ἢ τοίου ἢ τοίου, τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασιν ἢ τοίοις ἢ τοίοις χρέεσθαι.

TEXTVS HIPPOCRATIS 41.

HOc igitur maximum reor esse documentum, quòd primi dies hac vel illâ sorbitione non sint priuandi, in his qui paulò pòst his aut illis sorbitionibus vsuri sunt.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑνταῦθα τὸν αὐτὸν λόγον πάλιν εἶπεν, ὃν πολλάκις ἔμπροσθεν ἀπεφήνατο, τρέφειν ἐξ ἀρχῆς κελεύων τοὺς μὴ δυναμένους ῥοφήμασιν ἐξαρκέσαι μέχρι τῆς ἀκμῆς ἄνευ τοῦ λαβεῖν τῆς πτισάνης· ξυμβήσεται γὰρ ἡμῖν ἀναγκασθῆναι τρέφειν αὐτοὺς ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς, ὁπότε ἐχρῆν, εἰ καὶ ἔμπροσθεν ἁδρότερον διῃτῶντο, μεταβαίνειν πρὸς τὸ λεπτότερον εἶδος τῆς διαίτης.

COMMENTARIVS GALENI.

HIc sermonem rursus eundem dixit, quem sæpius anteà enunciauit, nutrire sorbitionibus ab initio præcipiens eos, qui ad vigorem vsque sufficere citra prisanæ ingestionem non possunt. Accidet enim nobis, vt eos propè vigorem nutrire cogamur, quum ad tenuiorem victûs speciem, etiamsi anteà pleniùs cibati fuerint, transeundum sit.

Prisanæ

Ptisanæ cremore per initia morbi, ptisanâ verò hordeaceâ post morbi coctionem, ægros nutriendos esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 42.

FVnditùs igitur ignorant, qui hordeaceâ ptisanâ vtuntur, quòd ab ea malè habeant, quum duobus, aut tribus, aut etiā pluribus diebus anteà exinanitis vasis, sorbere cœperint; neque etiamnū qui cremore vtuntur, quòd sorbentes lædantur, intelligunt, vbi non rectè sorbitionem inchoauerint. Hoc tamen cauent, & agnoscunt magnam adferre læsionem, si æger, priusquàm morbus coctus fuerit, ptisanam hordeaceam sorpserit, cremore vti assuetus. Omnia igitur hæc magna testimonia sunt, quod Medici nō rectè ægrotantes ad cibos adducant, sed & in quibus morbis vasa exinaniri non oportet, & in quibus sorbitionibus vtendum sit, vasa euacuant; & in quibus ex vasorum inanitione ad sorbitiones transeundum non sit, in his transeant.

COMMENTARIVS GALENI.

FVnditùs quidem aut omninò, aut ab initio ipsi indicat. Nam medicos ignorare ait, quando primùm vel ptisanam, vel cremorem ægrotis dare oporteat; benè tamen eos scire, si antè morbi coctionem ptisanam hordeaceam dederint, se ægrum læsuros. Sequentem autem dictionis huius seriem, quæ eadem de eisdem sæpiùs dictis ostendit, de industria ob claritatem transgrediar.

In morbi vigore tenuissimo victu vtendum esse

TEXTVS HIPPOCRATIS 43.

ET plerúnque absolutè, interdùm autem hisce tēporibus, ex vasorum inanitione ad sorbitiones discedunt, quibus sæpe à sorbitionibus ad vasorum inanitionem accedere prodest, si ita morbum exacerbari contigerit.

COMMENTARIVS GALENI.

HOc *absolutè* & apud auctores Atticos, & apud ipsum Hippocratem, pro perfectè ac exquisitè dicitur. Eóque nunc sanè est vsus, demonstrare volens medicos in illo maximè tempore permutare victûs rationem ex abstinentia cibi ad sorbitiones, quo ad abstinentiam accedere confert; atque hinc manifestissimè ostendens, quum morbi vigor adest, tunc tenuissimo victu vti necessarium esse.

Hippocrates enunciat & Galenus explicat pessima symptomata deprauatæ diætæ succedentia, vigilias, mœrores, cruditates, deliria, oculorum coruscationes, excandescentiam, amarorem, aurium sonitus, extremorum perfrigerationes, vrinas crudas, sputa tenuia salsa, colorata, ceruicis sudores, iactationes, spiritum collidentem, densum aut maximum, superciliorum grauitatem, lipothymiam, vestium reiectiones, manuum tremores, labii concussionem.

TEXTVS HIPPOCRATIS 44.

INterdùm autem & cruda tum à capite, tum à thoracis regione, biliosa attrahuntur; vigiliæq; his

A

Ὅτι τῷ μὲν τῆς πτισάνης χυλῷ ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος, τῇ δὲ πτισάνῃ κριθώδει μετὰ τὸν νοσήματος πεπασμὸν, τοὺς κάμνοντας τρέφειν χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μβ'.

ΠΥθμενόθεν μὲν οὖν οὐκ ἴσασιν οὐδ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτέῃσι κακοῦνται, ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, ἢν προκενεαγγήσωσι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας
B ἢ καὶ πλείους· οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γινώσκουσιν, ὅτι αὐτέοισι βλάπτονται ῥοφέοντες, ὁκόταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος· τότε μὲν φυλάσσουσι, καὶ γινώσκουσιν, ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων, εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι. Πάντ' οὖν ταῦτα μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσιν εἰς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας· ἀλλ' ἐν ᾗσί τε νούσοισιν οὐ χρὴ κενεαγγέειν τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι, κενεαγγέουσιν· ἐν ᾗσί τε οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης εἰς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι.
C

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΥθμενόθεν μὲν, ἤτοι τὸ παντελῶς, ἢ τὸ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸ δηλοῖ· φησὶ γὰρ ἀγνοεῖν τοὺς ἰατροὺς, ὁπότε χρὴ πρῶτον ἤτοι πτισάνην, ἢ χυλὸν διδόναι τοῖς κάμνουσιν, ἐπίστασθαί γε μὴν αὐτοὺς, περὶ τοῦ πεφθῆναι τὸ νόσημα εἰ κριθώδη πτισάνην δώσουσι, βλαβήσεσθαι τὸν κάμνοντα. τὴν δ' ἐφεξῆς μὲν τῆσδε τῆς ῥήσεως ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἀποφαινομένην τὰ αὐτὰ τοῖς πολλάκις εἰρημένοις, ἑκὼν ὑπερβήσομαι διὰ σαφήνειαν.

D

Ἐν τῇ νοσήματος ἀκμῇ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ χρηστέον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μγ'.

ΚΑὶ ὡς ἐπιτοπολὺ [81] ἀπαρτὶ, ἐνίοτε δὲ ἐν τοῖσι τοιούτοισι καιροῖσι, μεταβάλλουσιν ἐς τὰ ῥοφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης, ἐν οἷς πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥοφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἢν οὕτως τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟ ἀπαρτὶ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ἐπὶ τοῦ
E ἀπηρτισμένως εἴρηται, καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει. καὶ νῦν οὖν αὐτῷ κέχρηται, βουλόμενος δηλοῦν ἐν ἐκείνῳ μάλιστα τῷ καιρῷ τοὺς ἰατροὺς μεταβάλλειν τὴν δίαιταν ἐκ τῆς ἀσιτίας εἰς τὰ ῥοφήματα, ἐν ᾧ συμφέρει πλησιάζειν τῇ ἀσιτίᾳ· σαφέστατα κἀντεῦθεν δηλῶν, ὁκόταν ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

Ἐξαγορεύει ὁ Ἱπποκράτης, καὶ ἐξηγεῖται ὁ Γαληνὸς τὰ κάκιστα συμπτώματα τὰ τοῖς κακῶς διαιτηθεῖσιν ἐπιγινόμενα, ἀπεψίας, ἀγρυπνίας, περιλύπην, ὀξυθυμίαν, παραφροσύνας, μαρμαρυ-
F γώδη ὄμματα, πικρότητα, ὦτα ἠχώδη, ἀκρωτήρια κατεψυγμένα, οὖρα ἄπεπτα, λεπτὰ πτύσματα, καὶ ἁλυκὰ, καὶ κεχρωσμένα, ἱδρῶτας τραχήλου, ἀλυσμοὺς, πνεῦμα προσπταῖον, πυκνὸν, ἢ μέγα, ὀφρύων δείνωσιν, λειποψυχίαν, ἱματίων ἀπορρίψεις, χεῖρας τρομώδεις, καὶ χείλους σεισμόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μδ'.

ΕΝίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπό τε κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ θώρακος τόπου, χολώδεα, ἀγρυπνίαι τε συμπί-

πλόοισιν αὐτέοισι, δι' ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος, περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίγνονται, καὶ παραφρονέουσι, καὶ μαρμαρυγώδεα[88] σφέων τὰ ὄμματα, καὶ αἱ ἀκοαὶ ἤχου μεσταί, καὶ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα, καὶ οὖρα ἄπεπτα, καὶ πτύσματα λεπτὰ καὶ ἁλυκά, καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι σμικρά, καὶ ἱδρῶτες περὶ τὸν τράχηλον, καὶ διαπορήματα, καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, πυκνὸν ἢ μέγα λίην· ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, λειποψυχώδεα πονηρά, καὶ τῶν ἱματίων ἀπορρίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος, καὶ χεῖρες τρομώδεες, ἐνίοτε δὲ χεῖλος τὸ κάτω σείεται.

A accidunt, ob quas non coquitur morbus; pertristes & amarulẽti euadunt, delirant, ipsorum oculi fulguriũt; aures sonitu implentur, & extrema perfrigescunt, vrinæ incoctæ; sputa tenuia fiunt, salsa, colore sincero tincta, & pauca; sudores circa ceruicem, & iactationes, & spiritus collidens in ea quæ sursum fit latione, densus, aut magnus valdè, supercilia grauitatem sortiuntur, prauæ animi defectiones, vestium à pectore reiectationes, manus tremulæ, interdùm verò labium inferius concutitur. B

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ταῦτα πάντα συμβαίνειν φησὶ τοῖς κακῶς διαιτηθεῖσιν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι προταριχεύσαντες ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις τοὺς κάμνοντας, ἤτοι κατὰ τὴν γ'. ἢ δ'. ἢ ε'. ἢ τὴν ς'. ἐπὶ σιτία μετέβησαν ἀθρόως, οὐδέπω τῆς ἀκμῆς τοῦ νοσήματος γεγενημένης· ὡς εἰ γέγονε, προσηκόντως αὖθις ὑπηλλαχέναι φησὶ τὴν δίαιταν. ὅπερ οὖν ἔλεγεν, ὅτι μεταβάλλειν μὲν δεῖ τὴν δίαιταν τῶν ὑγιαινόντων ἐν ταῖς νούσοις, οὐ μὴν ὡς ἔτυχέ γε τοῦτο ποιητέον, ἤδη νομίζω γεγονέναι σαφὲς ἐκ τῶν προειρημένων. οὔσης γὰρ καταστάσεως τοῦ σώματος, μιᾶς μὲν τῆς ὑγιεινῆς, ἑτέρας δὲ τῆς ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος ἄχρι τῆς ἀκμῆς, εἶτ' ἄλλης ἄχρι τῆς παντελοῦς λύσεως, καὶ μετ' αὐτὴν τῆς ἀναλήψεως ἄχρι τῆς καθ' ἕξιν ὑγείας, ἐν ἑκάστῃ τῶν τεττάρων καταστάσεων οὐ χρὴ ποιεῖσθαι μεγάλας μεταβολὰς τῆς διαίτης, πρὶν εἰς ἕτερον εἶδος ἀφικέσθαι καταστάσεως. οἱ τοίνυν τοὺς κάμνοντας ἐν ἀρχῇ τῶν νοσημάτων ἐν ἀσιτίᾳ παντελεῖ φυλάττοντες, εἰ μὲν ἄχρι τῆς ἀκμῆς δύναιντο διαφυλάξαι τὸ τοιοῦτον τῆς διαίτης εἶδος, οὐκ ἄν τις αὐτοὺς μέμψαιτο· μὴ δυνάμενοι δὲ πρᾶξαι τοῦτο διὰ τὸ καταλύεσθαι μεταξὺ τὴν δύναμιν τῶν νοσούντων, εὔδηλον ὅτι κακῶς ἐχρῶντο ταῖς ἀσιτίαις, προταριχεύσαντες τοὺς κάμνοντας. ἐνδείκνυται δὲ ἐναργῶς διὰ τῆσδε τῆς προσηγορίας, τὴν ἀμετρίαν τῆς ἀσιτίας καταξηραίνουσαν τὸ σῶμα περαιτέρω τοῦ προσήκοντος· ὅπου γὰρ ἐν ᾧ χρὴ καιρῷ λεπτότερον διαιτᾶν, ἐγγὺς οὔσης τῆς ἀκμῆς, ἐν τούτῳ προσφέρειν ἠναγκάσθησαν σιτία, πρόδηλόν ἐστι[82] κατεξηράνθαι διὰ τῆς ἀσιτίας ἀμέτρως τοὺς κάμνοντας, ὅπερ ὀνομάζεται ταριχεύεσθαι. διὰ τοῦτ' οὖν φησὶν ἕπεσθαι συμπτώματα τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς διαίτης πολλὰ καὶ μοχθηρά, καταλέγει δὲ ἐφεξῆς αὐτὰ πάντα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ χολωδῶν ὠμῶν ποιησάμενος· ὀνομάζει γὰρ οὕτως αὐτά, διότι καὶ τὴν τῶν περιττωμάτων ὀνομάζει πέψιν, εἰ καὶ μὴ δυνατὸν μεταβληθέντα θρέψαι τὸ σῶμα, καθάπερ αἱ χολαὶ καὶ οἱ ἰχῶρες· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ κρατεῖ καὶ τῶν τοιούτων ἡ φύσις, εἴωθεν ὀνομάζειν πεπεμμένα μὲν τὰ κρατηθέντα τῶν τοιούτων περιττωμάτων ὑπὸ τῆς φύσεως, ἄπεπτα δὲ τὰ μὴ κρατηθέντα. διὰ τοῦτο καὶ τὸ πύον ἐπὶ τῶν πεττομέναις φλεγμοναῖς γίγνεσθαί φησι, καίτοι μηδενὸς μορίου τὴν ἐκ πύου θρέψιν ἀναλαμβάνοντος, ὥσπερ τὴν ἐκ τῶν ὠμῶν ὀνομαζομένων χυμῶν καὶ τοῦ φλέγματος, ἅπερ ἀναδεξάμενα τὸ λοιπὸν τῆς κατεργασίας, καὶ πεφθέντα τελείως, τρέφειν δύναται τὸ ζῶον. οὕτως οὖν καὶ τῶν χολωδῶν πέψις χυμῶν ἐστιν, ὥσπερ καὶ τοῦ κατὰ φλεγμονὴν αἵματος εἰς πύον μεταβάλλοντος, κατὰ τὸ γενικώτερον σημαινόμενον τῆς πέψεως ἀκουόντων ἡμῶν τῆς προσηγορίας· γενικώτερον δ' ἐστίν, ὅταν ἡ φύσις τῶν αἰτίων ἰσχυροτέρα ᾖ, καὶ μεταβάλλει[83] αὐτὰ κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἰσχύν· τὰ δ' ὡς ἐν ἀψύχῳ σώματι σηπόμενα, μηδὲν συντελούσης αὐτοῖς τῆς ἐμφύτου θερ-

COMMENTARIVS GALENI.

HÆc omnia prauè cibatis à medicis oboriri profert, qui primis diebus exhaustos ægros, aut die tertio, aut quarto, aut quinto, aut sexto repentè ad edulia, non peracto morbi vigore, permutauerunt; quasi peracto *morbi vigore*, conuenienter eos victum permutasse dicat. Quòd igitur dicebat, Permutare quidem oportet sanorum victum in morbis, non tamen temerè id agendum, iam patere ex prædictis arbitror. C Quum enim vnus quidem corporis status salubris sit; alter, qui à morbi initio ad vigorem vsque extenditur; mox & tertius qui ad perfectam vsque morbi solutionem sese prorogat; deinde & quartus, qui totius conualescentiæ tempus ad vsque sanitatis habitum occupat; in nullo horum quatuor statuum permutationes victûs insignes facere oportet, nisi priùs in alteram statûs speciem peruentum sit. Qui igitur ægros per morborum exordia in omni ciborum abstinentia seruant, si ad vigorem vsque talem victûs speciem seruare possint, nemo eos culpauerit; quòd si facere nequeant ob D interlabentes ægrorum vires, quod malè inediâ vtantur exiccantes ægros, palàm est omnibus. Hoc autem verbo, inediæ immoderationem plus iusto corpus exiccare, euidenter demonstrat. Vbi enim quo tempore propè vigorem tenuiùs cibandum fuit, in eo cibum dare coacti sunt, ægros inediâ immoderatè exiccatos esse, quod vocatur, fame confectos, manifestum est. Ob id igitur huic cibandi rationi succedere ait symptomata multa, & praua; quæ omnia continuatâ recenset serie, à biliosis crudis ducto exordio. Hæc enim ita nominauit, quoniam E & excrementorum coctionem appellat, quanquàm mutata corpus nutrire non possunt, vt bilis vtraque, & serum. Veruntamen quoniam & talia euincit natura, cocta quidem vocare consueuit excrementa huiusmodi, quæ à naturâ ipsâ euicta sunt; cruda verò, quæ non sunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis, quæ concoquuntur, fieri ait, quanquàm pars nulla ex pure alimentum accipit, quemadmodum *accipit* ex crudis appellatis humoribus, & pituitâ, quæ F reliquum perfectionis assequuta, & prorsus cocta, animal nutrire possunt. Sic igitur biliosorum humorum concoctio existit, vt & sanguinis phlegmones in pus migrantis, intelligentibus nobis coctionis nomen in suo vniuersaliore significato. Est autem vniuersalius, quum natura causis fortior fuerit, permutaueritque eas pro suis viribus. Quæ igitur tanquàm in corpore inanimato putrescunt, nihil ad mutationem conferente ipsis innato calore, à concoctionis

ctionis ratione degenerant. Hoc sanè aliquando contingit etiam aquosis iis ichoribus, qui per vrinas excernuntur; atque ob id incoctas vrinas concoqui dicimus, quanquam corpus ex coctis vrinis ali non potest. Generali prætereà hoc concoctionis significato vtimur, quum aut catarrhum, aut coryzam, aut fluentes ex his ichoras, aut eos qui in lippitudinibus manant, aut incoctos, aut coctos esse dicimus. Sic igitur & bilem, vel crudam, vel incoctam, vel coctam esse pronunciamus. Cruda quidem, & flaua admodùm est, & acris, & malè olens; cocta autem, & pallidior, & minimùm malè olens. Bilem igitur incoctam ait ad ventrem de necessitate confluere, quæ ob prauam victûs rationem tum ex capite, tum ex thorace trahitur; alio quidem tempore, quo fame ægros enecant, nullo vtili solatium ventri præstantes. Alio verò tempore, quo ab inedia ad validos cibos propè vigorem intempestiuè transeunt. Recenset autem deinceps & symptomata alia, quæ prauam ob victûs rationem oriuntur. In primis quidem vigilias, quæ nimirùm longas inedias ciboſque intempestiuos consequuntur, quæ vtroque tempore medicorum victûs rationem culpant. Quod autem vigilias morbi cruditas consequatur, patet, si somnos concoctio *sequi debeat.* Deinde pertristes, inquit, fiunt; vtroq; videlicet tempore, tum ob longam inediam, tum ob validum repentinum alimentum, quo grauatur venter; grauatus verò tristes ęgros reddit ac mœstos. Imò etiam amaros ipsos fieri ait, quid prædicto omninò consimile astruens. Vt enim nonnulli ex melancholia mœrent, sic alij sępè excandescunt, tãquam collectâ in stomacho ipsâ bile. Vel etiam quum amaros fieri ait, eam quæ in ipsorum ore ex tali bile fit, amaritudinem indicat. Deliria verò & excandescentias, & bilem amaram in stomacho vel cerebro collectam comitari consueuerunt. Oculi verò coruscantes euadunt, tum propter eam quæ à ventre fertur, exhalationem; tum propter sanguinis ad caput elati copiam. Horum autem prius quidem ex intempestiua interdum fit ciborum oblatione; alterum autem vel propter criticam sanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Consimiliter autem & aures sonitu implentur, tum propter elatos à ventre sursùm vapores, tum propter flatulentum spiritum in capite ipso oborientem. Corporis extrema, quæ sunt tum pedes, tum manus, promptè perfrigerari, malè habente ventriculi orificio, nouimus, quum vel propter longam inediam vehementer à mordentibus mordetur ichoribus, vel ob ineptam cibi multitudinem grauatur. Patitur autem vtrunq; ex prædicta victûs ratione, quâ medici ægros primis diebus vbi fame exiccauerint, quo tempore tenuiter cibandum sit, ad frumentacea repentè transeunt edulia. Ob eandem rationem neq; eorum qui ita cibantur, vrinæ concoquuntur. Nam in ea quæ citra vel cremoris ptisanæ, vel melicrati, vel oxymelitis oblationem fit, exiccatione, sanguis quod non purgetur, bilescit; propterq; repentinam ad esculẽta permutationem venter, cõpatiente ipsi facultate vitali, grauatur adeò, vt stomachicę appellatę syncopę manifestò nobis indicẽt facultatis vitalis ad os ventris sympathiã. Hoc siquidem tum magis, tum primùm ex intempestiuis tum inediis, tum ciborũ oblationibus vitiatur.

A μότητος εἰς τὴν ἀλλοίωσιν, ἐκπέπτωκε τοῦ πέττεσθαι. τοῦτ᾽ οὖν ἐνίοτε καὶ τοῖς ὑδατώδεσιν ἰχῶρσι συμβαίνει δι᾽ οὔρων ἐκκενουμένοις, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οὖρα τὰ ἄπεπτα, πέττεσθαί φαμεν, καίτοι μὴ δυναμένου τοῦ σώματος ἐκ τῶν πεπεμμένων οὔρων τρέφεσθαι. τῷ δὲ γενικῷ τούτῳ σημαινομένῳ τῆς πέψεως χρώμεθα, ἐπειδὰν κατάρρουν, ἢ κόρυζαν, ἢ τοὺς ἐκ τούτων ῥέοντας ἰχῶρας, ἢ τοὺς ἐν ταῖς ὀφθαλμίαις, ἤτοι γε ἀπέπτους, ἢ πεπεμμένους εἶναι λέγωμεν. οὕτως γοῦν καὶ χολὴν, ἢ ὠμὴν, ἢ ἄπεπτον, ἢ πεπεμμένην εἶναι φαμέν. ἡ μὲν γὰρ ὠμὴ ξανθή τέ ἐστιν ἱκανῶς καὶ δριμεῖα, καὶ δυσώδης· ἡ πεπεμμένη δὲ, ὠχροτέρα τε καὶ ἥκιστα δυσώδης. ἄπεπτον οὖν χολὴν φησιν εἰς γαστέρα συῤῥεῖν ἀναγκάζεσθαι, διὰ τὴν κακήν τε δίαιταν ἔκ τε τῆς κεφαλῆς καὶ B τοῦ θώρακος ἑλκομένην· καθ᾽ ἕτερον μὲν καιρὸν ἐν ᾧ λιμαγχονοῦσιν, οὐδενὶ χρηστῷ παραμυθούμενοι τὴν γαστέρα· καθ᾽ ἕτερον δὲ καιρὸν, καθ᾽ ὃν ἀκαίρως μεταβαίνουσιν ἐκ τῆς ἀσιτίας εἰς ἰσχυρὰ σιτία πλησίον τῆς ἀκμῆς. Ἐφεξῆς δὲ καὶ ἄλλα συμπτώματα καταλέγει διὰ τὴν μοχθηρὰν δίαιταν γινόμενα. πρώτας μὲν τὰς ἀγρυπνίας, ἑπομένας δηλονότι ἀσιτίαις μακραῖς καὶ τροφαῖς ἀκαίροις, ἅπερ ἀμφότερα μέμφεται τὴν διαίτησιν τῶν ἰατρῶν. ὅτι δὲ ταῖς ἀγρυπνίαις ἡ ἀπεψία τοῦ νοσήματος ἕπεται, πρόδηλον, εἴγε καὶ τοῖς ὕπνοις ἡ πέψις. ἀλλὰ καὶ περίλυποι, φησι, γίγνονται· καὶ ἀμφότερα δηλονότι, τήν τε μακρὰν C ἀσιτίαν καὶ τὴν ἰσχυρὰν τροφὴν τὴν ἐξαίφνης, ὑφ᾽ ἧς ἡ γαστὴρ βαρύνεται, βαρυνομένη δὲ καὶ δυσθύμους τε καὶ λυπηροὺς ἀπεργάζεται τοὺς κάμνοντας. ἀλλὰ καὶ πικροὺς αὐτοὺς ἔφη γίγνεσθαι· δηλονότι παραπλήσιόν τι τῷ προειρημένῳ. καθάπερ γὰρ ἔνιοι δυσθυμοῦνται μελαγχολικῶς, οὕτως ἕτεροί τινες ὀξυθυμοῦνται πολλάκις, ὡς ἀθροιζομένης αὐτῆς τῆς χολῆς κατὰ τὸν στόμαχον· ἢ καὶ τὴν ἐν τῷ στόματι γιγνομένην αὐτοῖς ἐκ τῆς τοιαύτης χολῆς πικρότητα δηλοῖ, διὰ τὸ φάναι πικροὺς αὐτοὺς γί- D γνεσθαι. αἱ παραφροσύναι δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ὀξυθυμίαις καὶ τῇ πικρᾷ χολῇ κατὰ τὸν στόμαχον ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἀθροιζομένῃ, πεφύκασιν ἕπεσθαι. τὰ δ᾽ ὄμματα μαρμαρυγώδη γίγνεται, διά τε τὴν ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἀναθυμίασιν, καὶ διὰ πλῆθος αἵματος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένου. τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον ἐπ᾽ ἀκαίροις ἐνίοτε γίγνεται προσφοραῖς τῆς τροφῆς· τὸ δὲ δεύτερον, ἢ δι᾽ αἱμοῤῥαγίαν κρίσιμον, ἢ παραφροσύνην ἐφεδρεύουσαν. E ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ὦτα πληροῦται τοῦ ἤχου, διά τε τοὺς ἐκ τῆς γαστρὸς ἀναφερομένους ἀτμοὺς, καὶ διὰ πνεῦμα φυσῶδες ἐν αὐτῇ τῇ κεφαλῇ γιγνόμενον. τὰ δ᾽ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος, ἅπερ ἐστὶ πόδες τε καὶ χεῖρες, ἴσμεν ἑτοίμως καταψυχόμενα, κακοπαθοῦντος τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ὅταν ἤτοι διὰ μακρὰν ἀσιτίαν δάκνηται σφοδρῶς ὑπὸ δακνωδῶν ἰχώρων, ἢ διὰ πλῆθος ἄκαιρον τροφῆς βαρύνηται. πάσχει δ᾽ ἀμφότερα κατὰ τὴν προειρημένην δίαιταν, ἐν ᾗ προταριχεύσαντες ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις τοὺς κάμνοντας οἱ ἰατροὶ, μεταβαίνουσιν ἀθρόως ἐπὶ σιτώδεις τροφὰς, ἐν ᾧ καιρῷ ἐχρῆν αὐτοὺς λεπτότερον F διαιτᾶν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδ᾽ οὖρα πέττεται, διαιτωμένων οὕτως· ἐν μὲν τῷ προταριχεύειν ἄνευ τοῦ προσφέρειν ἢ χυλὸν πτισάνης, ἢ μελίκρατον, ἢ ὀξύμελι, τοῦ αἵματος ἐπιχολουμένου διὰ τὸ μὴ καθαίρεσθαι· διὰ δὲ τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν ἐπὶ σιτία, βαρυνθείσης μὲν τῆς γαστρὸς, συγκαμνούσης δ᾽ αὐτῇ καὶ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως· ὡς αἱ στομαχικαὶ καλούμεναι συγκοπαὶ σαφῶς ἡμῖν ἐνδείκνυνται τὴν συμπάθειαν τῆς ζωτικῆς δυνάμεως πρὸς τὸ τῆς γαστρὸς στόμα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μᾶλλόν τε καὶ πρῶτον ἐν ταῖς ἀκαίροις ἀσιτίαις τε καὶ προσφοραῖς κακούμενον.

διὰ τὸ τοιοῦτον καὶ τὰ πτύσματα λεπτὰ, καὶ ἁλυκὰ, καὶ σμικρὰ, καὶ κεχρωσμένα χρώμασιν ἀκράτοις γίνεσθαί φησι, καὶ ἱδρῶτας περὶ τὸν τράχηλον μόνον, ἀπορίαν τε, καὶ δύσπνοιαν. ἄπεπτον γὰρ μένει τὸ νόσημα δι' ἑκατέραν τὴν ὑπερβολὴν, ἀσιτίαν τε μακρὰν καὶ τροφῆς προσφορὰν ἄκαιρον. τῇ δ' ἀπεψίᾳ συνέπεται καὶ τὰ καταλελεγμένα πτύσματα· καθάπερ καὶ οἱ περὶ τράχηλον ἱδρῶτες, καὶ διὰ λιμαγχονίαν καταλυομένης τῆς δυνάμεως, καὶ διὰ τροφὴν ἄκαιρον βαρυνομένης. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀπορία κοινὸν ἀμφοῖν ἐστι σύμπτωμα, καὶ διὰ μακρὰν ἀσιτίαν ἐμπιπλᾶσαν ἰχώρων τὴν γαστέρα, καὶ διὰ τροφὴν ἄκαιρον, βαρύνουσαν. ἡ γε μὴν δύσπνοια, καθ' ἣν τὸ πνεῦμα περιΐσταται, διὰ τροφὴν ἄκαιρον γὰρ μᾶλλον ἢ δι' ἔνδειαν. ἔστι γὰρ στενοχωρίας τε καὶ σπασμοῦ γνώρισμα, προσκόπτειν τε καὶ οἷον ἵστασθαι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν [86] ἐκπνοήν. ἡ γὰρ ἄνω φορὰ τὴν ἐκπνοὴν ποιεῖται. τῷ τοιούτῳ δὲ πνεύματι τὸ ἐναντίον ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν αὐτὸς διῆλθεν, εἰπών· διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις οἷον [87] ἐπεισπνέουσιν. ὅτι δὲ διὰ τὴν ἄκαιρον τροφὴν, οὐ διὰ τὴν ἔνδειαν, ἡ τοιαύτη γίνεται δύσπνοια, δῆλόν ἐστι κἀκ τοῦ φάναι τὸν Ἱπποκράτην, πυκνὸν ἢ μέγα λίην τοῖς κακῶς διαιτηθεῖσι γίνεσθαι τὸ πνεῦμα. καὶ γὰρ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ μέγα, στενοχωρουμένου τοῦ διαφράγματος ὑπὸ τῆς ἐν τῇ κοιλίᾳ περιεχομένης τροφῆς, ὅταν μὴ κρατουμένη, μηδὲ κατεργαζομένη καλῶς ὑπὸ τῆς γαστρὸς, ἐργάζηται πνευματώσιν. ἀναγκαῖον γάρ ἐστι τηνικαῦτα, διά τε τὴν στενοχωρίαν τοῦ διαφράγματος, ἔλαττον εἰσπνεῖσθαι τὸ πνεῦμα, καίτοι διαστολὴν διαστελλομένου τοῦ θώρακος ἢ πρόσθεν διεστέλλετο. τὸ τ' οὖν ὅσον λείπεται τὸ νῦν πνεῦμα τοῦ πρότερον, ἔνδειαν τῆς χρείας τῆς ἀναπνοῆς ἐργάζεται, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἔνδειαν ἤτοι μείζονα τὴν ἀναπνοὴν ἀναγκάζει ποιεῖσθαι τὸ ζῶον, ἢ πυκνοτέραν, ἢ ἀμφότερα. λέλεκται δὲ περὶ πασῶν δυσπνοιῶν ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς περὶ δυσπνοίας, ἐν οἷς καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων δυσπνοιῶν τὰς αἰτίας, σὺν ταῖς οἰκείαις ἀποδείξεσιν ἐγράψαμεν· ἀλλ' εἴς γε τὸ παρὸν ἀρκεῖ ταῦτα. φησὶ δὲ τῆς κακῆς διαίτης, καὶ τὰς ὀφρῦς γίνεσθαι ἀχθώδεος μετεχούσας. γέγραπται δὲ διττῶς, ἔν τισι μὲν τῶν ἀντιγράφων κατὰ τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν, ὀφρὺς ἀχθώδεος μετέχουσα· καθ' ἕτερα δὲ πληθυντικῶς, ὀφρύες ἀχθώδεος μετέχουσαι. δηλοῦται δὲ ἐκ τῆς λέξεως τὸ περισπᾶσθαί πως αὐτὰς ἢ ἀνασπᾶσθαι· καὶ γίνεται τοῦτο, ποτὲ μὲν ἀμφοτέρων τεινομένων σπασμωδῶς, ἢ τῆς ἑτέρας μόνης· ποτὲ δὲ τῆς ἑτέρας παραλελυμένης. Εἶτ' ἐφεξῆς φησι, λειποψυχώδεα πονηρὰ, τὸν λόγον ἀναφέρων ἐπὶ τὰ συμπτώματα, καθ' ἃ καὶ τῶν ἱματίων ἀπορρίψεις γίνονται, διακαιομένων τῶν καμνόντων· ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖρες ὅλαι τρομώδεις, ἐπὶ πλέον αὐξανομένου τοῦ κακοῦ. Τὸ δὲ κάτω χεῖλος σειόμενον, ἐνδείκνυται δῆξιν εἶναι σφοδρὰν ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, διὸ καὶ σημεῖόν ἐστιν ἐμέτου δριμέων χυμῶν τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα.

A Ob id igitur sputa tenuia, & salsa, & pauca, & sinceris coloribus colorata fieri ait, & sudores circa ceruicem duntaxat, & anxietatem, & spirandi difficultatem. Incoctus enim manet morbus propter excessum vtrumque, tum longam inediam, tum intempestiuam cibi oblationem. Cruditatem autem consequuntur sputa commemorata, vt & circa ceruicem sudores, viribus & ob enecantem inediam succumbentibus, & ob cibum intempestiuum grauatis. Eodem modo & anxietas commune est vtrisque symptoma, & ob longam inediam, quæ ventrem ichoribus replet, & B propter cibum intempestiuum grauantem. Verùm spirandi difficultas, quâ spiritus colliditur, ob cibum intempestiuum magis, quàm ob indigentiam, oritur. Nam spiritum inter exspirandum, & collidi, & quasi sisti, tum angustiæ, tum conuulsionis est nota. Latio etenim quæ sursum fit, expirationem facit. Tali autem spiritui contrarium, tum in secundo, tum in sexto epidemiorum ipse percurrit, inquiens, *Duplex intrò reuocatio, veluti superinspirantibus*. Quod autem ob cibum intempestiuum, nô propter penuriam, C talis fiat spirandi difficultas, patet ex sermone Hippocratis, spiritum densum, vel magnum valdè, prauè cibatis fieri asserentis. Etenim fit densus magnusque, coarctato septo transuerso ab eo quod in ventre continetur alimento, quum neque victum, neque probè à ventre confectum inflationē parit. Necessarium enim est tunc ob septi trāsuersi angustiam minùs aëris inspirari, quanquàm diastole thoracis sese quò priùs explicantis dilatetur. Ergo quantùm nunc spiritûs deest priori, id deficientem respirationis vsum facit, atque ob eam penuriam animal respirationem facere D maiorem cogitur, vel densiorē vel vtranque. Dictum autem abundè de spirandi difficultatibus omnibus in libris de spirādi difficultate, in quibus tum harum, tum aliarum difficultatum spirandi causas cum propriis demonstrationibus scripsimus; verùm quantum ad præsens attinet, hæc sufficiunt. Ait præterea & ex prauo victu supercilia grauitatem sortiri. Verùm id bifariam scriptum inuenitur; in quibusdam sanè exemplaribus singulari numero, *supercilium grauitatem sortitur*; In cæteris verò pluraliter, *supercilia grauitatem sortiuntur*. Significatur autem ex ea dictio- E ne, supercilia ipsa quodam modo euelli, vel retrahi; fitque illud, interdùm quidem ambobus conuulsiuè intentis, aut altero solo; interdùm autem & altero resoluto. Deinceps ait, deliquia animi praua, sermonem ad symptomata referens, per quæ & vestium reiectiones fiunt, ardentibus ægris. Interdùm autem & manus totę tremulæ fiunt, plus aucto malo. Concussio autem labri inferioris, morsum in ore ventris vehementem significat; idcircò tale symptoma vomitûs acrium humorum etiam signum est. F

Τὰ εἰρημένα συμπτώματα ἐπιφαινόμενα, κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τῶν νοσημάτων εἶναι θανάσιμα, κατὰ τὴν ἀκμὴν δὲ μή· περὶ τῶν τεσσάρων τοῦ νοσήματος καιρῶν, καὶ τῆς πρὸς ἔκκρισιν ταραχῆς.

Enarrata symptomata apparentia, in principio morbi quidem, non autem in vigore, esse lethalia; de quatuor morbi temporibus, & perturbatione ad excretionem.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ με'.

ΤΑῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσιν ἐπιφαινόμενα, παραφροσύνης εἰσὶ δηλωτικὰ [89] σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀποθνήσκουσιν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 45.

HÆc autem in principijs comparentia vehementis delirij sunt indicia, & plerúnque intereunt.

COMMENT.

COMMENTARIVS GALENI.

DIcta, inquit, ſymptomata per morborum initium oborta, delirii vehementis ſunt indicia. Morbi autem principium te nunc intelligere oportet totum illud tempus, in quo nondum exiſtunt concoctionis notæ. Nam in libris de iudicationibus dictum eſt, nomen principii & plura ſignificare, & ſignificatum quod nunc dictum eſt, ſecundum eam eſſe diuiſionem, quâ morborum tempora diuidentes, *morbos* ipſos conſtare ex principio, incremento, vigore, & declinatione aſſerimus. Ergo quum nuper dicta ſymptomata, vbi prope morbi vigorem apparent, iudicationẽ futurã obſidentibus nimirũ in morbis ſignificent; ſi in principio fiant, iudicationem quidem non denunciant (nihil enim in principio iudicari poteſt) ſed delirii notæ exiſtunt. Scriptum autem & de his abundè in libris de iudicationibus; ex illis ſanè & tu totum qui de his eſt, ſermonem perdiſces; eſt enim longior, quàm vt nunc omninò ipſum percurrere oporteat. Sed vt in cæteris, ita in his ſummatim dicere ſatis erit. Ergo quoties natura ad excretionem properat, effatu digna in corpore fit perturbatio, ob quàm ſymptomata huiuſmodi cum manifeſtiſſimis coctionis ſignis apparent. Verùm quum perturbatio efficitur ſimilis, nullo à natura ad infeſtantium excretionem facto apparatu, tunc periculoſiſſimum eſt ſignum. Dictum verò iam & cæteris in commentariis de iudicatoriis ſymptomatis, qualis ſit ipſorum natura, & quo pacto ab apparentibus vocatis differant; in quibus erunt & ipſa coctionis ſigna. Nam & Prognoſticum, & librum de humoribus, & Aphoriſmos iam ante hunc librum expoſuimus. Sanè ſemper de his eadem dicere ad eum ſpectat, qui prolixioribus vtitur ſermonibus.

Quomodò ex dictis ſymptomatis ſuperſtites euaſerunt.

TEXTVS HIPPOCRATIS 46.

QVi verò effugiunt, aut cum abſceſſu, aut ſanguinis è naribus profluuio, aut puris craſſi expuitione euadunt, aliter autem minimè.*

COMMENTARIVS GALENI.

QVum mori ipſos dixit, non ſimpliciter, ſed *vt plurimùm* aſcripſit; quapropter quo pacto quidam ex ipſis ſeruentur, dicere ſequens erat. Hos igitur nunc percurrit, atque quoſdam ex ipſis ſeruari ait, aut per ſanguis eruptionem, aut per abſceſſum, aut puris abundè cocti expuitionem; ſimul ex iis, quæ retulit, ægros in huiuſmodi ſymptomata incidere propter multitudinem ſignificans.

Quòd oporteat medicos modos cauſaſque omnes imbecillitatis virium dignoſcere, quales vaſorum vacuationem, inediam, laborem, irritamentum, morbi vehementiam, & ſimiles.

TEXTVS HIPPOCRATIS 47.

NEque enim horum ita peritos video medicos, qui vt oportet, dignoſcant in morbis virium*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΑ εἰρημένα, φησὶ, συμπτώματα κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν νοσημάτων γινόμενα, παραφροσύνης εἰσὶ δηλωτικὰ σφοδρᾶς. ἀρχὴν δὲ νόσου νῦν ἀκούειν σε χρὴ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ὅλον, ἐν ᾧ μηδέπω πέψεώς εἰσι γνωρίσματα. εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς περὶ κρίσεων, ὅτι τε πλείω σημαίνει τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, καὶ ὅτι τὸ νῦν εἰρημένον σημαινόμενον τῆς ἀρχῆς, ἔστι κατὰ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν γινόμενον, ἐν ᾗ τοὺς τοιούτους καιροὺς τῶν νοσημάτων διαιρούμενοι, λέγομεν ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ, καὶ ἀναβάσεως, καὶ ἀκμῆς, καὶ παρακμῆς συγκεῖσθαι. τῶν οὖν εἰρημένων ἄρτι συμπτωμάτων, ὅταν ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς φαίνηται, κρίσιν ἐσομένην προδηλούντων, ἐν περιεστηκόσι δηλονότι νοσήμασιν· ὅταν ἐν ἀρχῇ γίνηται, κρίσιν μὲν οὐ δηλοῖ (κριθῆναι γὰρ ἐν ἀρχῇ οὐδὲν δύναται) παραφροσύνης δ' ἐστὶ γνωρίσματα. καὶ γέγραπται περὶ αὐτῶν ἱκανῶς ἐν τοῖς περὶ κρίσεων· ἐξ ἐκείνων οὖν καὶ σὺ μάνθανε τὸν ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν λόγον· ἔστι γὰρ μακρότερος, ἢ ὡς νῦν ἅπαντα διελθεῖν αὐτόν. ἀλλ' ἀρκέσει, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οὕτω κἀπὶ τούτων τὸ κεφάλαιον εἰπεῖν, ὡς ἐπειδὰν ἡ φύσις ἐπείγηται πρὸς ἔκκρισιν, ἀξιόλογος ἐν τῷ σώματι γίνεται ταραχὴ, δι' ἣν τὰ τοιαῦτα φαίνεται συμπτώματα μετὰ τῶν τῆς πέψεως σαφεστάτων σημείων· χωρὶς δὲ τοῦ παρεσκευάσθαι τὴν φύσιν εἰς τὴν τῶν λυπούντων ἔκκρισιν, ὁμοία ταραχὴ γινομένη, κινδυνωδέστατόν ἐστι σημεῖον. εἴρηται δὲ καὶ δι' ἄλλων ὑπομνημάτων ἤδη περὶ κρισίμων συμπτωμάτων, ὁποῖα τέ τις ἡ φύσις αὐτῶν ἐστι, καὶ ὅπῃ διαφέρει τῶν ἐπιφαινομένων καλουμένων, ἐν οἷς ἔσται καὶ τὰ τῆς πέψεως σημεῖα. τό, τε γὰρ προγνωστικὸν, καὶ τὸ περὶ χυμῶν, καὶ τοὺς ἀφορισμοὺς ἤδη προεξηγήμεθα πρὸ τοῦδε τοῦ βιβλίου· μακρολογοῦντος οὖν ἐστιν, ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν τὰ αὐτά.

Ὅπως ἐκ τῶν εἰρημένων συμπτωμάτων διέφυγον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μϛ'.

ΟΙ δὲ διαφεύγοντες, ἢ μετ' ἀποστήματος ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινὸς, ἢ πύον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσιν, ἄλλως δὲ οὔ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΠΕΙΔΗ θνήσκειν αὐτοὺς εἶπεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ προσέγραψεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, διὰ τοῦτο ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, ὅπως ἐξ αὐτῶν ἔνιοι σώζονται. τούτους οὖν νῦν διεξέρχεται, καί φησιν ἢ δι' αἱμορραγίας, ἢ δι' ἀποστήματος, ἢ διὰ πύου πτύσεως ἱκανῶς πεπεμμένου, σώζεσθαί τινας ἐξ αὐτῶν· συνενδεικνύμενος ἐξ ὧν εἶπε, διὰ πλῆθος τοῖς τοιούτοις περιπίπτειν συμπτώμασι τοὺς κάμνοντας.

Ὅτι χρὴ τοὺς ἰατροὺς διαγινώσκειν τοὺς τρόπους τε καὶ τὰς αἰτίας ἁπάσας τῆς δυνάμεως ἀσθενείας, οἷον τὴν κενεαγγείαν, καὶ τὴν ἀσιτίαν, καὶ τὸν πόνον, καὶ τὸν ἐρεθισμὸν, καὶ τὴν τῆς νόσου ὀξύτητα, καὶ τὰ τοιαῦτα.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μζ'.

ΟΥδὲ γὰρ τῶν τοιούτων ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς, ὡς χρὴ διαγιγνώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισιν, αἵ

τε διὰ κενεαγγείην [94] ἀσθενέονται, αἵ τε δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τῆς νούσου, ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις, καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα· καίτοι σωτηρίην, ἢ θάνατον φέρει γινωσκόμενα, ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα.

A *imbecillitates, & quæ ob vasorum euacuationẽ, & quæ ob aliud quoddam irritamentum, & quæ ob dolorem, & ab acumine morbi oboriantur, quosque affectus, ac diuersas eorum species natura nostra, & habitus singulis pariat; quanuis hæc cognita aut ignorata, salutem aut mortem adferant.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐπεὶ περί τε τῆς ἰσχύος τοῦ κάμνοντος πεποίηται, καὶ περὶ τῆς ἀσθενείας λόγον (ταῦτα δ' εἰσὶ τῶν ἐκ τῆς διαίτης σκοπῶν οὐχ οἱ φαυλότατοι) διὰ τοῦτο νῦν ἀναλαμβάνει τὸν ὑπὲρ αὐτῆς λόγον τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀσθενείας, ᾧτινι τρόπῳ γίγνεται, διαγνωστικοὺς λέγων δεῖν εἶναι τοὺς ἰατρούς· ὅτι ἔνιαι μὲν τῶν ἀσθενειῶν, διὰ τὴν τῶν ἀγγείων κένωσιν ἀποτελοῦνται (τοῦτο γὰρ ἡ κενεαγγεία σημαίνει κυρίως τε καὶ πρώτως, καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀσιτία κενεαγγεία πολλάκις εἴρηται, ὡς τῷ τοῦ γένους ὀνόματι καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους συνηθέστατα χρωμένων ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων) ἔνιαι δὲ διὰ πόνον, ἤτοι τὸν ἰδίως λεγόμενον, ὅσπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς ταῖς ὀδύναις, ἢ τὴν ὡς ἂν εἴποι τις κακοπάθειαν, ἣν κακοπαθοῦσιν οἱ κάμνοντες ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις. ἐνίας δὲ καὶ δι' ἄλλον τινὰ γίγνεσθαί φησι ἐρεθισμόν. εἰ μὲν γὰρ δὴ τὴν δῆξιν ἐρεῖ ἤτοι γε τῆς γαστρὸς, ἢ τῶν ἐντέρων, δόξειεν ἂν ὑποπεπτωκέναι [95] τὸ σύμπτωμα τοῦτο ταῖς ὀδύναις· εἰ δὲ ἀγρυπνίαν, ἤ τι τοῦ στόματος τῆς κοιλίας πάθος, οὐ κυρίως ἂν δόξειεν ἑρμηνεῦσαι. ἥ γε μὴν δύναμις ὁρᾶται καταλυομένη, διά τε κένωσιν ἐξ αἱμοῤῥαγιῶν, ἢ ἐμέτων, ἢ διαχωρημάτων, ἢ ἱδρώτων, καὶ δι' ἀσιτίαν μακροτέραν τοῦ προσήκοντος, καὶ δι' ἄλγημά τι, καὶ ἀγρυπνίαν, ἐξαναστάσεις τε συνεχεῖς ἀποπατήσεως ἕνεκα, καὶ πρὸς τούτοις ὅταν ποτὲ πάθῃ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς οὕτως, ὡς ἐναπειλεῖν συγκοπάς· τοῦτο μέν γε καὶ διὰ τροφῆς πλῆθος βαρυνούσης, ἤ τινα τῶν ἀνιαρῶν αὐτῆς ποιοτήτων, αὐτή τε κάμνει, καὶ συγκαταλύει τὴν δύναμιν ἑαυτῇ τάχιστα. Πᾶσαι μὲν οὖν αὗται διὰ φανερῶν αἰτιῶν γίγνονται αἱ βλάβαι τῆς δυνάμεως· ἕτεραι δέ εἰσιν ἀφανεῖς, ὥσπερ ὅταν ἄνευ κενώσεως φανερᾶς, ἢ ἀγρυπνίας, ἢ λιμαγχονίας, ἢ καὶ τῆς κατὰ τὸ στόμα κοιλίας αἰσθήσεως, οἱ κάμνοντες εἰς τοιαύτην ὑποσύρωνται τοῦ σώματος διάθεσιν, οἵαν ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτὸς ἔγραψε, λέγων· ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὅσα τε τούτων ἐφεξῆς. αὕτη γὰρ τοῦ σώματος ἡ κατάστασις, γίνεται μὲν καὶ δι' ἀγρυπνίαν, καὶ δι' ἔκκρισίν τινα πολλὴν, καὶ λιμαγχονίαν· γίνεται δὲ καὶ χωρὶς τούτων, ὅταν οἵ τε ἐν τῷ σώματι χυμοὶ, λεπτοὶ [96] τυγχάνωσιν ὄντες, ἥ τε τοῦ πυρετοῦ θερμασία δριμεῖα· διαφοροῦνται γὰρ οἱ οὕτως λεπτυνόμενοι, κατὰ τὸ ἄδηλον. Ἐνίοις δὲ καὶ κατὰ τὴν δυσκρασίαν μιᾶς τῶν ἀρχῶν παθούσης, ἀσθενὴς ἡ δύναμις γίγνεται· πρώτη μὲν οὖν ἡ πρώτως παθοῦσα κάμνει, κατὰ συμπάθειαν δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ δύο. μεμάθηκας γὰρ ἄλλην μὲν εἶναι κατὰ τὰ νεῦρα δύναμιν, ἀρχὴν ἔχουσαν τὸν ἐγκέφαλον· ἄλλην δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας, ἧς ἡ ἀρχὴ καρδία· καὶ τρίτην κατὰ τὰς φλέβας, ἐξ ἥπατος ὁρμωμένην· ἐνίοτε γοῦν τῶν μορίων ἑνὸς οὑτινοσοῦν δυσκρασία τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐκάκωσεν, ᾗ συνεπάθησαν αἱ λοιπαὶ δύο δυνάμεις. τάχισται μὲν οὖν ἀπώλειαι γίγνονται, τῆς καρδίας παθούσης· ἐφεξῆς δὲ, τοῦ ἐγκεφάλου· βραδεῖαι δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. ὥσπερ γὰρ ταῦτα τὰ μόρια κατὰ δυσκρασίαν παθόν-

COMMENTARIVS GALENI.

B QVoniam de ægri robore imbecillitateque sermonem fecit, qui victûs scopi sunt non contemnendi, ob id nunc sermonem de ea quæ virium est imbecillitate repetit, quibus hæc fiat modis, medicos dignoscere debere asserens; quòd quædam fiant imbecillitates ob vasorum vacuationem (Etenim vasorum vacuatio hoc & propriè & primùm significat, atque ob id inedia vasorum vacuatio sæpiùs dicitur, tanquàm nomine generis etiam in specie homines omnes vti consueuerint) Alia autem ob laborem vel propriè dictum, qui idem est doloribus; vel vt quis dixerit, malam affe-
C ctionem, quâ in acutis morbis ægri malè afficiuntur. Aliam prætereà *virium imbecillitatem* ob aliud quoddam fieri ait irritamentum. Nam sanè si morsum dixit vel ventriculi, vel intestinorum, symptoma hoc sub dolorum nomine intellexisse est visus. Verùm si vel vigilias, vel aliquam oris ventriculi affectionem dixit, non propriè interpretari visus est. Cæterùm vires exolui videntur, & ob euacuationem, quæ fit vel sanguinis eruptione, vel vomitu, vel deiectionibus, vel sudoribus, & ob longiorem quam par sit inediam, & propter tum dolorem ali-
D quem, tum vigilias, tum assiduas ventris purgandi gratiâ exsuscitationes; atque etiam quum os ventriculi ita affectum fuerit, vt syncopas minetur; atque etiam propter grauantis alimenti copiam, aut molestam quandam ipsius qualitatem, & ipse laborat, & vires secum celerrimè dissoluit. Omnes igitur hæ virium læsiones ex manifestis quidem fiunt causis; sed aliæ ex non manifestis, vt quum absque manifesta vacuatione, vel vigilijs, vel inediâ, vel oris ventriculi sensu, ægri ad talem subtrahuntur corporis affectionem, quam in prognostico in principio
E scripsit ipse, inquiens; *Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora*, & quæ deinceps sunt. Nam hæc corporis constitutio, fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quandam copiosam, & ob grauem inediam; fit quoque & absque his, quum corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nam exhauriuntur qui ita extenuantur, per insensibilem euacuationem. Nonnullis autem & ob intemperiem principis vnius partis affectæ imbecilles redduntur vires. Primò siquidem affecta prima laborat, deinde
F per consensum & reliquæ duæ. Didicisti enim aliam quidem esse in neruis facultatem, quæ principium habet cerebrum; alteram verò in arterijs, cuius principium est cor; tertiam denique in venis, quæ ex hepate oritur. Ergo partis vnius, quæcunque fuerit, intemperies propriam interdùm facultatem vitiauit, cui consenserunt affectæ reliquæ duæ facultates. Celerrimi igitur fiunt affecto corde interitus; deinde *affecto* cerebro; tardi ab hepate *prodeunt*. Vt enim partes hæ intemperie affectæ maxi-

mam

mā facultatis vnaquæq; suæ læsionē incurrunt: sic partes aliæ principio vnicuiq; propiùs appositæ, si vehementer intēperie laborent, facultatum principia ad sympathiam agunt. At quædam quanuis propiùs appositę non sint, ob generis tamen communitatem, vel quandam affectionis proprietatem, partes facultatum principia continentes lædunt. Os igitur ventriculi quum vitalem facultatem ad sympathiam agat, syncopas infert; quum verò propriè animalem appellatam, deliria vel cōuulsiones. Vterus interdùm quidem & apnœas, interdùm verò & neruorum contentiones. Verū singula hæc completa, ab omnibus cognoscūtur; quum verò fiunt, & paulatim increscunt, medicos plerosq; latent. Hæc autem non quum ob magnitudinem auxilio carent, tunc cognoscere oportet, quòd vulgo contingit; sed & quum incipiunt & fiunt; hoc siquidem optimum est. Quòd si fieri non possit, sed omninò quum increscunt, *dignoscere necesse est.* Sanè hæc omnia Hippocrates hocce textu significasse mihi videtur, quo dicit, *quosque affectus, ac diuersas eorum species natura nostra & habitus singulis pariat*; vbi naturam, temperamentum vocauit; habitum autem, ipsius corporis structuram. Nam qui rariores naturâ sunt, exhauriuntur, & in syncopen facilè incidunt; qui verò densiores, in diuturniores morbos ruunt. Sic autem & partes nonnulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias sicciores, & alias humidiores; sed omnibus pro temperamento peculiaris morbus.

Qui medicus ignorat, ægrum ob vacuationem magis, quàm ob dolorem aut morbi vim, imbecillum esse, eum tum ægrum lædere, tum probro esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 48.

MAius siquidē malum est, siquis ob laborem, & acumen morbi debilitato potū, aut sorbitionem copiosiorem, aut cibū exhibeat, ob vasorum vacuationem imbecillum esse arbitratus. Indecorum autem est & ob vasorum vacuationem imbecillum non cognoscere, & victu opprimere. Periculū siquidem aliquod adfert & hic error, multò tamen minùs quàm alter, sed multò magis altero risu dignior hic error est. Nā si medicus alius aut plebeius accesserit, & quæ contigerunt cognouerit, dederitque tum cibos, tū potus, quos alter prohibuit, apertè auxilium attulisse videatur. Atque ista maximè artifices apud homines infamant. Videtur enim ipsis qui accessit medicus, aut plebeius, hunc tanquàm mortuum suscitasse.

COMMENTARIVS GALENI.

OB dolores sæpè ægri pulsûs expertes euadunt, ac in lipothymiam incidunt, nulloque motu queunt moueri, adhæc autem & ob morbi acumen. Quidam verò non ob hæc viribus ægrotant, sed ob vasorum quancunque factam euacuationem, siue ob euacuationem sensui manifestam, siue etiam ob discussionem, siue ob diuturnam inediam. Ita affecti igitur cibari quam celerrimè expostulant. Contrà autem qui ob dolorem, aut morbi acumen, va-

A τα, μεγίστην βλάβην βλάπτεται τῆς οἰκείας ἕκαστον δυνάμεως· οὕτως ἔνια πλησίον ἑκάστης ἀρχῆς κείμενα, κατὰ δυσκρασίαν ἰσχυρῶς νοσήσαντα, τὰς ἀρχὰς τῶν δυνάμεων εἰς συμπάθειαν ἑαυτοῖς ἄγει· τινὰ δὲ, κἂν μὴ πλησίον ᾖ κείμενα, διὰ τὴν κατὰ γένος κοινωνίαν, ἤ τινα διαθέσεως ἰδιότητα, τὰ τὰς ἀρχὰς τῶν δυνάμεων ἔχοντα βλάπτει μόρια. τὸ μὲν οὖν στόμα τῆς γαστρὸς, ὅταν μὲν ζωτικὴν δύναμιν εἰς συμπάθειαν ἄγῃ, συγκοπὰς ἐπιφέρει· ὅταν δὲ τὴν ἰδίως ψυχικὴν ὀνομαζομένην, παραφροσύνας ἢ σπασμούς· ἡ δὲ μή-
B τρα, ποτὲ μὲν ἀπνοίας, ποτὲ δὲ συντάσεις νεύρων. ἀλλὰ συμπληρωθέντα μὲν ἕκαστα τούτων, ἁπλῶς γνώριμα, συνιστάμενα δὲ καὶ αὐξανόμενα κατὰ βραχὺ, λανθάνει τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν. χρὴ δὲ οὐχ ὅταν ὑπὸ μεγέθους ἀβοήθητα γένηται, τότε γνωρίζειν αὐτὰ, τοῖς ἰδιώταις ὡσαύτως, ἀλλὰ ἀρχόμενά τε καὶ γιγνόμενα, τοῦτο γὰρ κάλλιστον· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ᾽ αὐξανόμενά γε πάντως. Ἅπαντα οὖν τὰ τοιαῦτα δοκεῖ μοι δηλῶσαι διὰ τῆσδε τῆς λέξεως ὁ Ἱπποκράτης, ἐν ᾗ φησιν· ὅσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ
C πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα· καὶ νῦν φύσιν λέγει τὴν κρᾶσιν· ἕξιν δὲ, αὐτοῦ τοῦ σώματος τὴν κατασκευήν. οἱ μὲν γὰρ ἀραιότεροι φύσει, διαφοροῦνται καὶ συγκόπτονται ῥᾳδίως· οἱ δὲ πυκνότεροι, χρονίζουσιν ἐν ταῖς νόσοις. οὕτω δὲ καὶ μόρια, τὰ μὲν ἔχουσί τινες ψυχρότερα, τὰ δὲ θερμότερα, καὶ τὰ μὲν ξηρότερα, τὰ δὲ ὑγρότερα· ἅπασι δὲ οἰκεῖον τῇ κράσει τὸ νόσημα.

D Ὅτι ἰατρὸς ἀγνοῶν τὸν κάμνοντα διὰ κενεαγγείαν μᾶλλον, ἢ διὰ πόνον ἢ τὴν ὀξύτητα τῆς νόσου, ἀσθενεῖν, καὶ τὸν νοσοῦντα βλάπτει καὶ ἐπονείδιστος γίνεται.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μη᾽.

ΜΕῖζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προσφέρῃ τις ποτὸν, ἢ ῥόφημα πλεῖον, ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι, καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ· φέρει μὲν γάρ
E τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἧσσον τῆς ἑτέρης· καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς, ἢ καὶ ἰδιώτης ἐσελθὼν, καὶ γνοὺς τὰ ξυμβεβηκότα, δώῃ καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν [97] δοκέῃ ὠφεληκέναι· τὰ δὲ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐσελθὼν ἰητρὸς ἢ ἰδιώτης, ὥσπερ εἰ καὶ τεθνεῶτα [98] ἀναστήσας.

F

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΔΙὰ τὰς ὀδύνας πολλάκις οἱ κάμνοντες ἄσφυκτοι γίγνονται, καὶ λειποψυχοῦσι, καὶ κίνησιν οὐδεμίαν οἷόν τε κινηθῆναι, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς νόσου· τινὲς δὲ οὐ διὰ ταῦτα κάμνουσι τὴν δύναμιν, ἀλλὰ διὰ κένωσιν ἀγγείων ὁπωσοῦν γεγενημένην, εἴτ᾽ οὖν δι᾽ ἔκκρισιν πρόδηλον αἰσθήσει, εἴτε διαφόρησιν, εἴτε καὶ διὰ λιμαγχονίαν. οὗτοι μὲν οὖν δέονται τροφὴν προσάρασθαι ὅτι τάχιστα· τοὐναντίον δὲ αὖ οἱ δι᾽ ὀδύνην, ἢ δι᾽ ὀξύτητα τῆς νόσου, κενώσεως

ἐνίοτε χρῄζουσι μᾶλλον ἢ πληρώσεως. ἀλλὰ τούτοις μὲν ὁ τὴν τροφὴν διδοὺς, μέγιστόν τι κακὸν ἐργάζεται· τοὺς δὲ διὰ κενεαγγείην ἀσθενοῦντας εἴ τις πιέζει διαίτῃ λεπτῇ, βλάψειεν, οὐχ ὁμοίως δὲ ἐπιφανῶς ἢ ὀξέως· αἶσχός τε μὴν ἐστὶν ἀγνοῆσαι τοὺς διὰ κένωσιν ἀσθενοῦντας μᾶλλον, ἢ τοὺς δι᾽ ὀδύνην. τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς ῥήσεως σαφῆ.

A cuatione interdùm magis, quàm repletione indigent. At qui cibum his exhibet, maximum affert damnum. Verùm qui ex vasorum vacuatione imbecilles sunt, hos siquis diætâ tenui oppresserit, lædet, quanquàm non æquè euidenter, vel celeriter. Ignorare autem, si æger sit imbecillus ob vacuationem magis quàm ob dolorem, probro vertitur. Cætera dictionis manifesta sunt.

Ἕτερον περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων βιβλίον γράφειν ἐπαγγέλλεται.

Alium librum de morbis acutis pollicetur.

B

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μθ'.

Γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τούτων σημήϊα, οἷσι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 49.

Horum igitur etiam signa, quibus singula dignoscere oporteat, scribentur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐπαγγέλλεται οὖν πάλιν κἀνταῦθα, ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἕτερόν τι γράψαι περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων βιβλίον.

COMMENTARIVS GALENI.

Rursùm ergo hic pollicetur, sicuti paulò antè, se librum alium quendam de morbis acutis scripturum.

C Ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώματος, ἐκ σχολῆς ἐς ἀσχολίαν, καὶ ἐκ κοίτης σκληροτέρας εἰς μαλακὴν, ἢ τοὐναντίον, αὐτίκα μεταβάλλεσθαι κακόν.

Vniuersum corpus & quasque corporis partes ab otio ad negotium, & à duriore cubili ad mollius, & contrà, derepentè commutari noxium.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ν'.

Παραπλήσια μέντοι τοῖσι κατὰ κοιλίην ἐστὶ καὶ ταῦτα. καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται " πουλὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἔῤῥωται μᾶλλον· ἢν δὲ [100] δὴ καὶ πλείονα χρόνον [101] ἐλινύσας, ἐξαπίνης εἰς τοὺς πόνους ἔλθοι, φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. οὕτω δὲ καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώματος· καὶ γὰρ ἢν πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης [102] εἰς τὸ πονέειν ἔλθῃ. ταὐτὰ δ᾽ ἂν καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ οἱ ὀδόντες πάθοιεν, καὶ πᾶν ὁτιοῦν· ἐπεὶ καὶ κοίτη παρὰ τὸ ἔθος [103] μαλακὴ πόνον ἐμποιέει, καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος· καὶ ὕπαιθρος παρὰ τὸ ἔθος εὐνὴ, σκληρύνει τὸ σῶμα.

TEXTVS HIPPOCRATIS 50.

Enimuerò hæc & sunt ijs, quæ ad aluum spectāt, similia. Etenim si vniuersum corpus præter consuetudinem multùm quieuerit, non statim robustius euadit. Si verò sanè & vbi diuturniori tempore otiatus, ad labores repentè venerit, malum quiddam euidenter operabitur. Ita verò & singulæ corporis partes. D *Etenim & pedes tale quiddam efficient, cæterique artus laborare non assueti, si longo post tēpore derepentè ad laborem accesserint; iisdem verò & oculi, & dentes, & quæcunq; pars afficietur. Quandoquidem & lectus præter consuetudinem mollis laborem facit, itemque præter solitum durus. Quin & sub dio cubile præter solitum corpus indurat.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπάνεισι, συμπληρώσας τὸν κατὰ παρέκβασιν αὐτῷ λόγον ἐμπεσόντα περὶ τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀσθενείας· καί φησιν, ὅτι τοῖς κατὰ τὴν κοιλίαν ἔμπροσθεν εἰρημένοις τὰ νῦν λεχθησόμενα παραπλήσιά πώς ἐστι· συντείνει γὰρ εἰς ταυτὸ τὸ κεφάλαιον, ἐν ᾧ κατασκευάζει τὰς ἀθρόας μεταβολὰς μεγάλην φέρειν τοῖς κάμνουσι βλάβην. αὐτὸ δ᾽ ὃ νῦν γράφει, τοιόνδε ἐστίν. ὥσπερ ἡ κοιλία πλείονα χρόνον παντάπασιν ἀργήσασα, καλῶς ἐνεργεῖν οὐ δύναται, πρὶν κατὰ βραχὺ πάλιν ἐθισθῆναί τε καὶ προσαχθῆναι ταῖς οἰκείαις ἐνεργείαις· οὕτω καὶ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τῶν ἄλλων μορίων ἕκαστον. εἶτα καὶ μορίων ἐνίων ἐφεξῆς ὀνόμασι μνημονεύει· ἐπὶ δὲ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου, καὶ τῆς κατὰ τὴν κοίτην μεταβολῆς ἐμνημόνευσεν, ἔτι δὲ καὶ νῦν κατασκευάζων τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ περὶ τῆς τῶν ἐθῶν μεταβολῆς.

COMMENTARIVS GALENI.

E Rursus ad institutum rediit, absoluto de virium imbecillitate sermone, quem per digressionem à pristino mutauerat instituto; aitque, quæ nunc dicentur, similia quodammodò esse iis, quæ ventriculo contingere dicta sunt. Nam scopum dirigit ad summam eam, in qua repentinas mutationes magnam ægrotantibus afferre læsionem astruit. Id autem quòd nunc scribit, huiusmodi est. Quemadmodùm aluus diuturniori tempore omninò ociata probè functionem obire non potest, priusquàm sensim F rursùm assuescat, & suas exerceat operationes; sic & corpus vniuersum, singulæque aliæ partes. Deinde & partes quasdam serie continuatâ nominatim commemorat. Atque in fine sermonis, & eius quæ in cubili fit, mutationis mentionem fecit, astruens sanè & tunc, quod ab initio de consuetudinis mutatione est ab eo propositum.

A

Quæ fiunt, quæque apparent in repentina mutatione ab otio ad negotium, exemplo vlceris aut vulneris qui in quiete aut labore curatur; & quid vulnus insigne vel magnum sit, & benignum vel paruum.

TEXTVS HIPPOCRATIS 51.

Sed & horum omnium exempla scribere confert. Siquis enim accepto in tibia vulnere, neque admodùm insigni, neque valdè benigno, cui neque admodùm difficilè, neque admodùm facilè vulnera sanentur, statim primâ ab initio die decumbens curetur, & nequaquàm crus attollat; sic sanè vulnus inflammationis expers fuerit, multóque celeriùs sic sanus euaserit, quàm si obambulans curaretur. Si tamẽ quinto, aut sexto, aut superiore etiamnũ die surgens ambulare voluerit, tunc magis vtiq; ægrotabit, quã si statim ab initio oberrans curatus fuisset. Quòd si etiã multùm derepentè laborauerit, multò magis ægrotauerit, quàm si is ita curatus hisce diebus laborasset.

COMMENTARIVS GALENI.

DE repentina etiamnùm mutatione, quemadmodùm anteà in exemplis aliis, ita & nunc in vlcere sermonem facit. Siquis enim (inquit) vlcus in tibia habens, qui & quiescere & decumbere indigeat, sensim incedens obambulet (hoc enim significat, obambulans curetur) lædetur quidem prorsus, sed minùs quàm qui primis diebus quieuerit, ac derepentè circa quintum, vel sextum, vel diem etiamnùm superiorem, tertium, vel quartum, ambulare cœperit. Quidam hoc, *superiùs*, de sequentibus dici diebus existimant, septimo, octauo & nono; quod si ipsis placebat, eos principium dictionis per ε & ξ, ἐξωτέρω, & non ἀνωτέρω per α & ν, scribere oportebat. Quare autem, inquiunt, tale fieri non valet vlcus, vt non parùm lædatur, qui septimo, vel octauo die ambulare cœperit, & anteà quieuerit? Et grauiter, dixerim, si vlcus magnum fuerit, vel ægrotus fuerit vnus ex illis, quibus vlcus difficulter curatur; & magis si ambo cõcurrerint. Quòd si neque vlcus magnum fuerit, neque ęger fuerit cui difficilè vlcera curentur, curetur autem conuenienter (etenim hoc subaudire in sermone oportet) circa septimum, aut octauũ diem bene iam habebit, & ambulare citra læsionem poterit. Quam ob causam sermoni adiecit, de vlcere quidem ipso, id neq; admodum insigne, neq; valdè benignũ, simplex scilicet benignũ vocans. De homine verò, cui non admodũ difficile vlcera sanentur. Is siquidem, si nihil aliud circa curationẽ erratũ sit, solũ quòd mediocriter ambulet, & decumbere indigeat, lædetur quidẽ; sed nõ ita grauiter, quã si primis diebus quieuerit, mox tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto obambulare cœperit. Qui verò magnũ vlcus habuerit, & cui difficilè vlcera sanentur, nõ mediocriter, sed magnoperè lædetur ab initio obambulãs; quẽadmodũ & rursũ qui paruũ vlcus habuerit, & cui facilè admodũ vlcera sanẽtur, si primis diebus quieuerit, & quinto, vel sexto ambulare cœperit, nõ grauiter, sed mediocriter lædetur. Propterea igitur Hippocrates de eo, qui in vtraq; oppositione

Τὰ γινόμενά τε, καὶ ἐπιφαινόμενα ἐν τῇ ἀθρόᾳ μεταβολῇ ἐκ τῆς σχολῆς ἐς ἀσχολίαν ἐφ' ἕλκους ἢ τραύματος τοῦ ἐν ἡσυχίᾳ ἢ ταλαιπωρίᾳ θεραπευομένου παραδείγματι· καὶ τί ἕλκος ἐπίκαιρον, ἢ μέγα, καὶ εὔηθες ἢ μικρόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ να'.

hic Ms. Regium deficit.

[104] Αὐτὰρ καὶ τὴν τοιῶνδε πάντων ἀρκέει παραδείγματα γράψαι. Εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν
B κνήμῃ, μήτε λίην ἐπίκαιρον, μήτε λίην εὔηθες, μήτε ἄγαν δυσελκὴς ὤν, μήτε ἄγαν εὐελκής, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο, καὶ μηδαμῇ μετεωρίζοι τὸ σκέλος, [105] ἀφλέγμαντον μὲν ἂν οὕτως εἴη, καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον οὕτω γένοιτο, ἢ εἰ περιπλανώμενος ἰητρεύοιτο· εἰ μέντοι πεμπταῖος ἢ ἑκταῖος, ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω, ἀναστὰς ἐθέλοι προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε, ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρεύοιτο·
C εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειεν ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον [106] πονέσειεν, ἢ εἰ ἐκεῖνος ἰητρευόμενος ταῦτα, ταλαιπωρήσειεν ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΤι τε περὶ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς ποιεῖται τὸν λόγον, ὥσπερ ἔμπροσθεν ἐπ' ἄλλων παραδειγμάτων, οὕτως καὶ νῦν ἐπὶ ἕλκους· εἰ γάρ τις, φησιν, ἕλκος ἔχων ἐν κνήμῃ, δέον ἡσυχάζειν τε καὶ κατακεῖσθαι, περιέρχοιτο βαδίζων ἠρέμα (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, πλανώμενος ἰητρεύοιτο) βλάπτοιτο μὲν ἐξ ἅπαντος, ἀλλ' ἧττον τοῦ ἐν ταῖς πρώταις
D ἡμέραις ἡσυχάσαντος, ἐξαίφνης περὶ ε'. ἢ ϛ'. ἢ ἔτι ἀνωτέρω τοῦ περὶ γ'. ἢ δ'. ἀρξαμένου βαδίζειν. ἔνιοι δὲ τὸ ἀνωτέρω νομίζουσιν ἐπὶ τῶν ἐφεξῆς ἡμερῶν εἰρῆσθαι τῆς ζ'. καὶ η'. καὶ θ'. οὓς ἐχρῆν, εἰ τοῦτ' αὐτοῖς ἤρεσκε, διὰ τοῦ ε καὶ τοῦ ξ γράμματος, τὴν ἀρχὴν τῆς λέξεως γράφειν ἐξωτέρω, καὶ οὐκ ἀνωτέρω, διὰ τοῦ α καὶ ν. τί οὖν, φήσουσιν, οὐχὶ καὶ τοιοῦτο γένοιτ' ἄν που ἕλκος, ὥστε κἂν ἑβδόμης τις ἢ ὀγδόης ἡμέρας ἄρξηται βαδίζειν, ἡσυχάσας ἔμπροσθεν, οὐ σμικρῶς βλαβήσεσθαι; καὶ μεγάλως φαίην ἄν, εἴγε μέγα τὸ ἕλκος ᾖ, ἢ ὁ κάμνων εἴη δυσελκής, μᾶλ-
E λον δ' εἰ ἄμφω συνέλθοι· εἰ δὲ μήτε μέγα τὸ ἕλκος, μήτε ὁ κάμνων δυσελκὴς εἴη, ἰητρεύοιτο δὲ προσηκόντως (καὶ γὰρ τοῦτο χρὴ προσυπακούεσθαι τῷ λόγῳ) περὶ τὴν ἑβδόμην ἢ ὀγδόην ἡμέραν ἤδη καλῶς ἕξει, καὶ βαδίζειν ἀβλαβῶς δυνήσεται. διὰ τοῦτ' οὖν προσέθηκε τῷ λόγῳ, περὶ μὲν τοῦ ἕλκους αὐτοῦ, μήτε λίην ἐπίκαιρον, μήτε λίην εὔηθες, τὸ ἁπλοῦν δηλονότι καλέσας εὔηθες· περὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, μήτε ἄγαν δυσελκής· ὁ γὰρ τοιοῦτος εἰ μηδὲν ἄλλο περὶ τὴν
F θεραπείαν ἁμαρτάνοι, μόνον διὰ τὸ βαδίζειν τὰ μέτρια, [107] δέον κατακεῖσθαι, βλαβείη μὲν ἄν, οὐ μὴν οὕτως γε μεγάλως, ὡς εἰ ταῖς πρώταις ἡμέραις ἡσυχάσας, περὶ τρίτην, ἢ τετάρτην, ἢ πέμπτην, ἢ ἕκτην ἤρξατο περιπατεῖν. ὁ δὲ μέγα τὸ ἕλκος ἔχων, καὶ δυσελκὴς ὤν, οὐ μετρίως, ἀλλὰ μεγάλως ἂν βλαβείη περιπατῶν ἐξ ἀρχῆς, ὥσπερ καὶ πάλιν ὁ μικρόν γε τὸ ἕλκος ἔχων, καὶ λίαν ὢν εὐελκής, ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἡσυχάσας, περὶ τὴν ε'. ἢ ϛ'. ἤρξατο περιπατεῖν, οὐκ ἂν μεγάλως, ἀλλὰ μετρίως βλαβείη. διὰ ταῦτ' οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τοῦ μέσως ἔχοντος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἀντιθέσεσι τὸν λόγον ἐποιήσατο.

G

το· λέγει δὲ ἀντίθεσιν τήν τε κατὰ τὸ μέγα καὶ μικρὸν ἕλκος, καὶ τὴν κατὰ τὸ δυσελκὲς καὶ εὐελκὲς εἶναι τὸν ἄνθρωπον. εὔδηλον δ' ὅτι διαφέρει μηδέν, ἐπίσημον ἕλκος εἰπεῖν ἢ μέγα, καθάπερ οὐδὲ μικρὸν ἢ εὔηθες. τὸ γὰρ ἐπίσημον, ἢ διὰ τὴν τοῦ χωρίου φύσιν γίνεται τοιοῦτον, μέγα κατὰ δύναμιν ἀποτελούμενον, εἰ καὶ τῇ διαιρέσει τοῦ χρωτὸς εἴη μικρόν, ἢ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ τῆς διαιρέσεως μέγεθος ἐπίσημον γίνεται. τὸ δ' εὔηθες, ὅπερ ἁπλοῦν ἐστι καὶ μικρόν, ἢ διὰ τὴν τοῦ χωρίου φύσιν ἄκυρον ὄντων, ἢ κατ' αὐτὴν τὴν διαίρεσιν βραχεῖαν γινομένην.

Ἐπὶ παραδειγμάτων τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν βλαβερὰν εἶναι ἔδειξε.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νβ'.

ΔΙὰ τέλεος οὖν μαρτυρέει ταῦτα πάντα ἀλλήλοισιν, ὅτι πάντα ἐξαπίνης μείζω πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα καὶ ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τά, βλάπτει.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

109 ἘΦ' ἑκάστῳ τῶν παραδειγμάτων ἀναμιμνήσκει τοῦ προειρημένου λόγου, καὶ νῦν οὖν ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸ ἕλκος παραδείγματος, ἐποίησεν αὐτό. τὸ γὰρ διὰ τέλεος, ταὐτὸν σημαίνει 110 τῷ διὰ παντὸς καὶ ἀεί.

Μείζονα τὴν βλάβην εἶναι τῆς ἐκ πολλῆς κενεαγγείας ἐς πολυφαγίαν, καὶ ἐξ ἡσυχίας μακρᾶς ἐς ταλαιπωρίαν ἐξαίφνης γενομένης μεταβολῆς, ἢ τὸ ἐναντίον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νγ'.

ΠΟλλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστίν, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προσαίρηται· ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι, πουλὺ πλείω βλαβείη, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι. δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισιν ἐλινύειν, κἢν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥαθυμίην ἐκπέσῃ· δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν πλήθεος βρώμης. εἰ δὲ μή, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει, καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ὍΠρῶτον ἁπάντων ἀποδεῖξαι προὔθετο, τοῦτ' ἦν αὐτὸ, τὸ περὶ τῶν κατὰ τὴν κοιλίην ἀθρόων μεταβολῶν· εἶτα ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ γενικώτερον, ὃ δὴ καὶ καθολικώτερον ὀνομάζουσι, μεταβάς, περὶ πάσης ἔθους ἐξαλλαγῆς ἀθρόας διελέχθη μέχρι δεῦρο. περιεχομένων γὰρ τῶν εἰδικωτέρων ἐν τοῖς γενικωτέροις, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἐν τοῖς καθόλου, καὶ ἡ τῶν κατὰ τὴν κοιλίην ἐξαλλαγὴ συναποδέδεικται τῇ περὶ πάντων ἀθρόᾳ μεταβολῇ· ἀλλὰ νῦν πάλιν ἐπὶ τὴν κοιλίην ἀφικόμενος, τῶν ἐν αὐτῇ μεταβολῶν τὰς διαφορὰς διδάσκει, καί φησι πολλαπλασίην εἶναι τὴν βλάβην ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς διαίτης, ὅταν ἐκ πολλῆς ἀσιτίας ἀθρόως 110 προσενέγκηται πλείω τῶν συμμέτρων, ἤπερ ὅταν ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς εἰς ἀσιτίαν μεταβάλλῃ. τούτῳ δ' αὐτῷ πάλιν ὅμοιον παρενέβαλε περὶ τὸ πᾶν σῶμα γιγνόμενον (ἧττον γὰρ βλάπτονται) μεταβάλλοντες ἐξαίφνης εἰς ἡσυχίαν ἐκ κινήσεων, ἤπερ ὅταν εἰς κίνησιν ἐξ ἡσυχίας.

A medium obtinet, sermonem fecit. Oppositionem autem dicit, tum eam quæ in magno, & paruo vlcere comperitur; tum eam, qua homo curatu facilis est vlceris, & difficilis vlceris. Patet autem quòd nihil referat, insigne vulnus, vel magnum dicere; quemadmodum neque paruum, neque benignum. Nam insigne, vel propter loci naturam tale fit; magnum verò viribus perficitur, etiamsi corporis sectione paruum sit, vel ipsâ sectionis magnitudine insigne fiat; benignum verò, quod simplex est, & paruum, vel B propter loci naturam, quæ ignobilis est, vel propter sectionem ipsam paruam factam, *dicitur.*

Ab exemplis repentinam mutationem noxiam esse probauit.

TEXTVS HIPPOCRATIS 52.

HÆc igitur omnia inter se perpetuò testantur, res omnes quæ derepentè supra modum in hæc vel illa magnoperè mutantur, oblædere.

C COMMENTARIVS GALENI.

IN exemplis singulis præsentis sermonis mentionem facit; quapropter & nunc in exemplo, quod de vlcere facit, idem est executus. Nam perpetuò, idem significat, quod vbique, & semper.

Maiorem esse læsionem mutationis, quæ à diuturna vacuatione ad cibi copiam, & à diuturno otio ad vehementem laborem derepentè fit, quàm contrà.

TEXTVS HIPPOCRATIS 53.

D *MVltiplex itaque in ventre est læsio, si ex multa vasorum vacuatione repentè quid plus iusto exhibeatur. Quin & reliquum corpus si ex multa quiete subitò ad maiorem laborem deuenerit, multò magis lædetur, quàm si ex multo cibo ad vasorum vacuationem commutetur. Corpus sanè his quiescere oportet, etiamsi ex multo labore derepentè ad otium ac ignauiam exciderit. Oportet autem & his ventrem à ciborum copia quiescere. Sin minùs, corpo-* E *ri laborem excitabit, & totius corporis grauitatem.*

COMMENTARIVS GALENI.

QVod primùm omnium demonstrare decreuerat, id ipsum de repentinis in ventre mutationibus fuit. Deinde ab hoc ad generalius, quod & vniuersalius dicunt, transiens, de repentina omni consuetudinis mutatione hucusque percurrit. Nam quum specialiora in generalioribus, & particularia in vniuersalibus contineantur, ventris quoque F permutatio cum repentina omnium mutatione demonstrata est. Sed nunc rursum ad ventrem reuersus, mutationum quę in eo fiunt differentias edocet, aitque longè grauiorem in victûs mutatione esse læsionem, quum ex multa inedia repentè plus moderato ingeritur, quàm si ex multo cibo ad inediam commutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore deprehenditur. Nam minùs læduntur qui ex motu ad quietem subitò transeunt, quàm qui ex quiete ad motum demigrant.

Rursùm

Rursùm autem & hoc in loco permutationis intempestiuæ emendationes, quemadmodùm & in præmissis, adscripsit. Verùm id præsenti speculationi necessarium non est. Quæ autem ascripsit, hæc sunt. Qui ex motu quidem actioneque in ocium segnitiemque transeunt, eos otiari, hoc est, toto quiescere corpore præcipit. Hæc eadem illi sententiæ existit; *Vbi fames, laborandum non est.* Verùm qui ex multo labore ad quietem *transeunt*, eos pauciora ingerere *iubet*, quod est & ventriculum quiescere. Quoniam siquis toto corpore non laborans consueta ingereret, is multitudinem subalet; proinde totum corpus grauabitur, laborabitque; labor autem nunc Hippocrati læsionem indicat, multis specialibus læsionibus genus existens.

Πάλιν δὲ κἀνταῦθα προσέγραψεν ἐπανορθώματα τῆς ἀκαίρου μεταβολῆς, ὥσπερ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν. οὐκ ἀναγκαῖον δὲ οὐδὲ τοῦτο τῷ προκειμένῳ σκέμματι. ἃ δ' οὖν προσέγραψε, ταῦτά ἐστι· τοὺς μὲν εἰς ἀργίην μεταβαίνοντας ἐκ κινήσεώς τε καὶ πράξεως, ἐλινύειν ἀξιοῖ, τουτέστιν ἡσυχάζειν τῷ παντὶ σώματι· τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστιν ἐκείνῳ τῷ, ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν· τοὺς δ' εἰς ἡσυχίαν ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίας, ὀλιγώτερα προσφέρεσθαι, τοῦτο δ' αὖ πάλιν ἐστὶν ἐλινύειν τὴν κοιλίην· ὡς εἴγε μὴ πονῶν ὅλῳ τῷ σώματι, προσφέροιτο τὰ συνήθη, πλῆθος ὑποθρέψει, διὸ βαρυνθήσεται τὸ πᾶν σῶμα καὶ πονήσει. σημαίνει δ' αὐτῷ νῦν ὁ πόνος τὴν βλάβην, γενικῶς νοούμενος πολλαῖς ταῖς κατ' εἶδος βλάβαις.

Cognitionem mutationis diætæ vtilem esse. In morbis acutis sorbitiones, vt cremorem hordei, non exhibendas esse, priusquàm morbus maturuerit, nisi signum adsit exolutionis virium à vacuatione, aut proritatione, aut hypochondrij ariditate citra phlegmonen.

Τὴν διάγνωσιν τῆς διαίτης μεταβολῆς εὔχρηστον εἶναι· ἐν ταῖς νόσοις ὀξείαις τὰ ῥοφήματα, ὡς τὸν πτισάνης χυλὸν, μὴ δοτέα, πρὶν ἡ νόσος πεπανθῇ, εἰ μὴ σημεῖον ᾖ τῆς δυνάμεως ἐκλύσεως ἀπὸ κενεαγγείας ἢ ἐρεθισμοῦ, ἢ ξηρότητος τοῦ ὑποχονδρίου ἄνευ φλεγμονῆς.

TEXTVS HIPPOCRATIS 54.

PLlurimus itaque mihi sermo habitus est de victûs rationis in hæc vel illa immutatione, quòd hæc nosse valdè sit vtile, cùm ad omnia, tum etiã ad id, de quo erat oratio, quòd in morbis acutis ex vasorũ inanitione, ad sorbitiones mutationem faciunt. Mutatio nanque, vt ego iã iubeo, facienda est; deinde sorbitionibus non vtendum, priusquàm morbus maturuerit, aut signum aliquod aliud apparuerit; vel in intestinis vacuatorium, vel proritatorium, vel in hypochondrijs qualia scribentur signa.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νδ'.

Ὁ δὴ οὖν πλεῖστός μοι λόγος γέγονε περὶ τῆς μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τῆς διαίτης, καὶ ἐπὶ τὰ, καὶ ἐπὶ τά. ἐς πάντα μὲν οὖν εὔχρηστον ταῦτ' εἰδέναι, ἀτὰρ καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν, ὅτι ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἐς τὰ ῥοφήματα μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς κενεαγγείης· μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη· ἔπειτα οὐ χρηστέον ῥοφήμασι, πρὶν ἡ νοῦσος πεπανθῇ, ἢ ἄλλό τι σημεῖον φανῇ, ἢ κατὰ ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια, ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.

COMMENTARIVS GALENI.

RVrsùs ipse sermonem totum in summam vnã coegit. In similiter quidem sese habentibus, victûs rationem non permutare præcipiens. Verùm qui ex sanitate ad morbum transeunt, eos permutare quidem, non tamen vt cæteri permutant. Deinde compendio quodam victûs scopum in acutis morbis declarauit. Nam si morbus maturuerit, transire ad cremoris ptisanæ exhibitionem præcepit; at si incoctus fuerit, non transire, nisi forsan symptoma aliquod vires prosternens apparuerit, aut vacuationis alui copiosioris, aut alterius cuiusdam proritationis obortæ. Communi autem proritationis nomine comprehendit omnia, quæ quouis modo vires ad infirmitatem agunt, in quibus est & morsus, quem acris humor siue in intestinis, siue in ventriculo, & præsertim ipsius ore parit, & vigilia, & ira, & mœror, & lumbrici qui ab intestinis ad ventriculum vsque ascendunt, & cutis vniuersæ, aut etiam quarundam partium, qui nocte impetit pruritus, ita vt vires non solùm ob irritationem, verùm etiam ob vigilias exoluat. Præterea inquit, *Vel in hypochondrijs, qualia scribentur signa*, ipsa quoque dandum, vel non dandum alimentum commonstrabunt. Vtrunque enim potest intelligi, sed alterum magis pro sermonum intelligentia. Nam præcipiens à ptisana abstinendum, antequàm morbus maturuerit, quũ scilicet æger sufficere possit, adiecit; *Nisi signum aliquod apparuerit, vel in intestinis vacuatorium, aut proritatorium, vel in hypochondrijs qualia scriben-*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Συνήγαγε πάλιν αὐτὸς εἰς ἓν κεφάλαιον ἅπαντα τὸν λόγον, ἀξιῶν ἐπὶ μὲν τῶν ὡσαύτως ἐχόντων μὴ μεταβάλλειν τὴν δίαιταν, ἐπὶ δὲ τῶν ἐξ ὑγείας εἰς νόσον, μεταβάλλειν μὲν, οὐ μὴν ὡς ἄλλοι μεταβάλλουσιν. εἶτα καὶ διὰ συντόμων ἐδήλωσε τὸν σκοπὸν τῆς ἐπὶ τῶν ὀξέως νοσούντων διαίτης. εἰ μὲν γὰρ πεπανθῇ τὸ νόσημα, μεταβαίνειν ἐπὶ τὴν τοῦ χυλοῦ δόσιν ἐκέλευσεν· εἰ δ' ἄπεπτον εἴη, μὴ μεταβαίνειν, εἰ μὴ ἄρα σύμπτωμά τι καθαιρετικὸν τῆς δυνάμεως ὀφθείη, ἢ κενώσεως κατὰ γαστρὸς πλείονος, ἢ ἄλλου τινὸς παρερεθισμοῦ προσγινομένου. κοινῷ δὲ ὀνόματι τῷ τοῦ ἐρεθισμοῦ, περιέλαβε πάντα τὰ καθ' ὁντιναοῦν τρόπον εἰς ἀρρωστίαν ἄγοντα τὴν δύναμιν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ἡ δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἤτοι κατ' ἔντερον, ἢ κατὰ γαστέρα γινομένη, καὶ μάλιστα αὐτῆς κατὰ τὸ στόμα, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὀργὴ, καὶ λύπη, καί τινες ἕλμινθες ἐκ τῶν ἐντέρων ἀναβᾶσαι πρὸς τὴν γαστέρα, καὶ κνῆσις τοῦ δέρματος ἅπαντος, ἢ καὶ μορίων τινῶν, ἐπιτιθεμένη διὰ νυκτὸς, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ τὸ ἐρεθίζειν, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀγρυπνίᾳ καταλῦσαι τὴν δύναμιν· καὶ τὰ ὑποχόνδρια δέ, φησιν, οἷα γεγράψεται, καὶ αὐτὰ συνενδείξεται τὸ διδόναι τροφὴν, ἢ μὴ διδόναι· δυνατὸν γὰρ ὑπακούειν ἀμφότερα, μᾶλλον μέντοι τὸ ἕτερον, ὅσον κατὰ τὴν τῶν λόγων ἀκολουθίαν. κελεύων γὰρ ἀπέχεσθαι πτισάνης πρὸ τοῦ πεφθῆναι τὴν νόσον, ὅταν γε δηλονότι δυνατὸν ᾖ τὸν κάμνοντα διαρκέσαι, προσέθηκε· πλὴν εἰ μὴ σημεῖόν τι φανείη, ἢ κατ' ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ ὑποχόνδρια, οἷα γεγράψεται.

A ὡς τούτων ποτὲ παρατετεμμένων ἐπὶ τὴν τοῦ χυλοῦ δόσιν πρὸ τοῦ πεφθῆναι τὴν νόσον. ἴσως δὲ τὰ κατεξηρασμένα σφοδρῶς ὑποχόνδρια, καὶ ἰσχυρῶς αὐχμώδη λέγει· τοιαῦτα γὰρ συμπίπτει καὶ τῷ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἰρημένῳ νεκρώδει προσώπῳ, περὶ οὗ φησι, ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτωκότες. αὕτη γὰρ ἡ συνδρομὴ τῶν σημείων ὑποχόνδριον ἔχει προσεσταλμένον ἱκανῶς, ὥστε τινὰ τῶν μὴ τετριμμένων, ὡς ἀνεσπασμένον ἐξαπατῆσαι· οὐ ταὐτὸν δέ ἐστι προσεστάλθαι τε σφοδρῶς διὰ ξηρότητα, καὶ ἀνασπᾶσθαι διὰ φλεγμονήν, εἴ γε μὴν ὑπερβάλλουσα B ξηρότης τοῦ σώματος ἐργαζομένη ἐστὶ τάσιν ἐν τῷ διαφράγματι πλείονα καὶ τῷ ὑποχονδρίῳ. μάλιστα δὲ προσέχειν δεῖ καὶ διορίζειν ἀπὸ τῆς ξηρότητος τὴν φλεγμονήν, ἐπειδὴ καὶ ἡ θεραπεία διάφορός ἐστι· τοῖς μὲν γὰρ διὰ φλεγμονὴν ἔχουσι τὸ τοιοῦτον αὐτό, λεπτοτάτης ἐστὶ χρεία διαίτης· τοῖς δὲ διὰ ξηρότητα, τῆς ἐναντίας, ἐν ᾗ πλεονάκις ὀλίγον δίδομεν χυλὸν πτισάνης.

tur, tanquàm & hæc interdùm cremoris exhibitionem, antequàm morbus maturuerit, admoneant. Fortassis autem hypochondria dicit, quæ vehementer exaruerunt, & squallida admodùm existunt. Talia nanque contingunt & mortiferæ faciei, de qua in prognostico dixit; *Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora.* Nam is signorum concursus hypochondrium habet ita contractum, vt aliquem ex inexercitatis fallat, tanquam reuulsum *videatur.* Verùm contrahi vehementer ob siccitatem, & propter phlegmonen reuelli, idem non sunt, siquidem exuperans corporis siccitas tensionem septo transuerso & hypochondrio pariat maiorem. Sed maximè animaduertas, distinguasque à siccitate phlegmonen, quòd sanatio diuersa sit, oportet. Nam qui hoc ipsum ob phlegmonen habent, tenuissimo egent victu; qui verò ob siccitatem, contrario, vbi sæpiusculè pauculum exhibemus ptisanæ cremorem.

C Τὰ τῆς ἰσχυροτέρας ἀγρυπνίας καὶ ἀήθους, καὶ τοῦ ἀμετροτέρου ὕπνου συμπτώματα.

Vehementiorum ac præter consuetudinem vigiliarum, & somni immoderatioris symptomata.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νέ.

Ἀγρυπνίη ἰσχυρή, πόματα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει· καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολή, διαλύει τὸ σῶμα, καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίην ἐμποιέει.

TEXTVS HIPPOCRATIS 55.

Vehemens vigilia, potus cibosque tum crudos, tum incoctiores efficit; ac rursus quæ in contraria fit mutatio corpus dissoluit, & excoctionem ac capitis grauitatem inducit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

D Πολλάκις ἐνενόησα τοῦτο τὸ βιβλίον ἐν τύποις εὑρεθὲν, ἐκδεδόσθαι μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον. ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων, οὐκ ἄλλως ἔοικεν, ἢ οὕτως γεγονέναι· προσγεγραμμένων μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν εὑρισκομένων αὐτῷ παραδειγμάτων εἰς τὴν τοῦ καθόλου πίστιν, ἐνίων μὲν ἐπὶ τοῦ μετώπου, ἐνίων δὲ κατὰ τοῦ νώτου· μὴ δυνηθέντος δὲ τοῦ ἐγγραφομένου, τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τάξιν ἀποδοῦναι. τὸ γοῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ, φανερωτάτην ἔχει ἀταξίαν· οὐ γὰρ νῦν, ἀλλ' ὀλίγον ἔμπροσθεν ἦν ὁ καιρὸς αὐτοῦ, κατ' E ἐκεῖνον τὸν λόγον, ἐν ᾧ περὶ τῆς παρὰ τὸ ἔθος εἰς τοὐναντίον μεταβολῆς ἔγραψε παραδείγματα· προσγράψαι γὰρ ἐκείνοις ἐχρῆν καὶ τοῦτο, τῆς μὲν εἰς ἀγρυπνίαν ἀήθους μεταβολῆς ἀπεπτότερα ποιούσης τὰ προσφερόμενα σιτία τε καὶ ποτά, τῆς δ' εἰς ὕπνον πολὺν, ἀήθως καὶ τοῦτον ἐπιτηδευθέντα, νωθρότητα τοῦ σώματος καὶ καρηβαρίαν. ἣν γὰρ εἶπεν ἑφθότητά τε καὶ διάλυσιν καὶ καρηβαρίην, ἑνὶ ῥήματι περιληφθεῖσαν τὴν ἔκλυσιν δηλοῖ τοῦ τόνου· συνενδείκνυται δὲ καὶ τὸ τῆς ἑφθότητος ὄνομα, δι' ὑγρότητα θερμὴν F γιγνομένης, οὐ διὰ ξηρότητα· πεφυκυίας διαφορεῖν μὲν καὶ ξηραίνειν τῆς ἐγρηγόρσεως, μὴ πέττειν δὲ κατὰ τὸ βάθος· ὑγραίνειν δὲ, τό, τε πνεῦμα καὶ τὰς ἀπορροίας κατέχειν, τοῦ ὕπνου. κατὰ λόγον οὖν τὰ ἀτμώδη περιττώματα πλεονάζει ἐν τῷ σώματι τῶν ἀήθως ἐπὶ πολὺ κοιμηθέντων, καὶ διὰ ταῦτα τὴν ὅλην αὐτῶν κατάστασιν ἔκλυτον ὁμοίως γίγνεσθαι τοῖς ἑψημένοις.

πρὸ γεγραφομένων

COMMENTARIVS GALENI.

Sæpiùs existimaui hunc librum in typis repertum, post Hippocratis mortem esse publicatum. Nam sermonum confusio non aliter quàm sic facta esse videtur. Enimuerò quæ ab ipso Hippocrate inueniebantur exempla, hæc in libro ad fidem vniuersalem ab eo scripta sunt, alia quidem in facie, alia verò in tergo; sed qui exscripsit, vnicuique rei minimè suum assignare ordinem potuit. Ergo quod ab ipso in præsenti textu dicitur, id manifestissimè ordinem non habet. Non enim nunc *ascribendæ* rei huius occasio fuit, sed paulò antè, quum de ea quæ præter consuetudinem ad contrarium fit, mutatione exempla scripsit. Nam illis adscribi debuit; quæ certè ad vigiliam insueta fit mutatio, incoctiores tum cibos, tum potus efficit; ad somnum verò multum, eumque insuetum, segnitiem corporis & capitis grauitatem. Quam enim dixit excoctionem, & dissolutionem, & capitis grauitatem, verbo vno coniunctam comprehensamque manifestat roboris exolutionem. Commonstrat autem & nomen excoctionis, quæ ob calidum humorem fit, non ob siccitatem; quum vigilia discutere quidem & siccare, non quæ in imo sunt, coquere consueuerit; somnus verò humectare, spiritumque & effluuia cohibere. Ratione igitur in eorum, qui plurimùm præter consuetudinem dormiunt, corpore, halituosa redundant excrementa; proptereáque tota ipsorum constitutio excoctis similiter exoluta redditur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΤΟ ὑπόμνημα τρίτον.

HIPPOCRATIS DE RATIONE VICTVS IN MORBIS ACVTIS LIBER, ET GALENI IN EVM Commentarius tertius.

ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ὁ λόγος γίνεται περὶ τῆς τοῦ οἴνου, καὶ τοῦ ὑδρομέλιτος, καὶ τοῦ ὀξυμέλιτος, καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τῆς λουτρῶν δυνάμεων.

ARGVMENTVM.

Agitur de vini, mulsæ, oxymelitis, aquæ, & balneorum facultatibus.

A

Quæ poculenta in acutis morbis, quò prosint, neque noceant, distinguenda sint. Differentias vini à colore, sapore, consistentia, odore, facultate, & tempore petendas esse, quarum ordinem & numerum Hippocratem nondedisse arguit Galenus.

TEXTVS HIPPOCRATIS I.

AT vinum dulce, & vinosum, & album, & nigrum, & aquam mulsam, & aquam, & acetum mulsum, his notis in morbis acutis distinguere oportet.

COMMENTARIVS GALENI.

NOn solùm inordinatè, verùm etiam non integrè, vinorum enumerationem fecit. Est enim vna quidem ipsorum differentia in colore, altera verò in gustu qualitas, tertia in consistentia, quarta in odore, & quinta in facultate. Quæ ergo in colore est, ea in album, nigrum, fuluum, & flauum, & rubrum diuiditur; quum & aliæ intermediæ sint differentiæ, sed vt in colore, sic in facultate permixtæ. Vinorum autem ex gustu differentia, in dulce, & austerum diuiditur; & omninò vtriusque medium, quod nullam manifestam habet qualitatem; ac præterea quod ex vtraque constat qualitate; ac denique in id quod acre appellatur. Verùm quæ in consisten-

Ὁποῖα ποτὰ ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν, ἵνα ὠφελῶσι, καὶ μὴ βλάπτωσι, χρὴ διορίζειν. τὰς τῶν οἴνων κατὰ τὴν χρόαν τε καὶ τὴν γεῦσιν, καὶ σύστασιν, καὶ ὀσμὴν, καὶ δύναμιν, καὶ χρόνον ποιητέας εἶναι διαφορὰς, ὧν τὴν τάξιν τε καὶ τὸν κατάλογον μὴ ποιῆσαι τὸν Ἱπποκράτην ὁ Γαληνὸς ἐλέγχει.

ῬΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ α΄.

B ΓΛΥΚΥΝ δὲ οἶνον καὶ οἰνώδεα, καὶ λευκὸν, καὶ μέλανα, καὶ μελίκρητον, καὶ ὕδωρ, καὶ ὀξύμελι, τοῖσδε σημαινόμενον χρὴ διορίζειν ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥ μόνον ἀτάκτως, ἀλλὰ καὶ ἐλλιπῶς, τὸν κατάλογον ἐποιήσατο τῶν οἴνων. ἔστι γὰρ αὐτῶν μία μὲν ἡ κατὰ τὰς χρόας διαφορὰ, ἑτέρα δὲ ἡ κατὰ τὴν γεῦσιν ποιότης, καὶ τρίτη κατὰ τὴν σύστασιν, καὶ τετάρτη κατὰ τὴν ὀσμὴν, καὶ ε΄. κατὰ τὴν δύναμιν. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν χρόαν, εἰς λευκὸν καὶ μέλανα, καὶ κιρρὸν καὶ
C ξανθὸν, καὶ ἐρυθρὸν τέμνεται· οὐσῶν μὲν καὶ ἄλλων μεταξὺ διαφορῶν, ἀλλ᾽ ὥσπερ κατὰ τὴν χρόαν, οὕτω καὶ κατὰ τὴν δύναμιν, ἐπιμίκτων οὐσῶν. ἡ δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν διαφορὰ τῶν οἴνων, εἰς γλυκὺν καὶ αὐστηρὸν τέμνεται· δηλονότι καὶ τὸν τῶν ἀμφοῖν μέσον, ὃς οὐδετέραν ἔχει σαφῆ ποιότητα· καὶ πρός γε τούτοις τὸν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ποιοτήτων σύνθετον· ἔτι τε τὸν δριμὺν ὀνομαζόμενον. ἡ δὲ κατὰ τὴν σύστασιν

διαφορὰ τῶν οἴνων, εἴς τε τὸν ὑδατώδη, καὶ λεπτὸν, καὶ εἰς τὸν πάνυ παχὺν τέμνεται· καὶ δηλονότι καὶ εἰς τὸν μέσον τούτων, εἶτ' αὖθις, ὅσοι μεταξὺ τοῦ τε μέσου καὶ τῶν ἄκρων εἰσί. καὶ ἡ κατὰ τὴν ὀσμὴν δὲ διαφορὰ τῶν οἴνων, καθόσον οἱ μὲν εὐώδεις εἰσὶν, οἱ δὲ οὐκ εὐώδεις, ἀλλὰ πληκτικήν τινα καὶ ἀηδῆ τὴν ποιότητα κέκτηνται· τινὲς δὲ οὐδ' ὅλως ἔχουσιν ὀσμὴν, ἀλλ' εἰσὶν ὥσπερ ὕδωρ ἄοδμοι. ἡ δὲ κατὰ τὴν δύναμιν διαφορὰ τῶν οἴνων ἐστὶ, καθόσον ὁ μὲν ἰσχυρὸς, ὁ δὲ ἀσθενὴς, ὁ δέ τις μέσος, ὁ δέ τις μεταξὺ τοῦ τε μέσου καὶ τῶν ἄκρων ἐστίν. ἰσχυρὸς μὲν, ὁ θερμαίνων σφοδρῶς καὶ ταχέως τὸ σῶμα, καὶ τὴν κεφαλὴν πληρῶν· ἀσθενὴς δὲ ὁ ἐναντίος· οἱ δ' ἐν τοῖς μεταξὺ δῆλοι, τῶν ἄκρων ἀφωρισμένοι. ὀνομάζεται δὲ ὁ μὲν ἰσχυρὸς οἰνώδης, ὁ δ' ἀσθενὴς, ὑδατώδης· ᾧ γὰρ ὕδατος οἶνος πλεονεκτεῖ μᾶλλον, τοῦτο ὅταν ἔν τινι θεασώμεθα σφοδρότατον ὑπάρχον, εἰκότως οἰνώδη καλοῦμεν· ὥσπερ γε καὶ τοὐναντίον ὑδατώδη, τοὺς ὕδατι μάλιστα κατὰ πάντα ἐοικότας, καὶ τῇ λεπτότητι, καὶ τῇ χρόᾳ, καὶ τῷ ἀόσμῳ, καὶ τῷ μὴ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. Αὗται μὲν οὖν αἱ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν εἰσὶν ἐν τοῖς οἴνοις διαφοραὶ, προστιθέασι δ' αὐταῖς ἔνιοι τὴν κατὰ τὸν χρόνον, ἐπειδὴ τινὲς μὲν ὑπάρχουσιν ἱκανῶς παλαιοὶ, τινὲς δὲ νέοι, τινὲς δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ τούτων. εὔδηλον δ' ὅτι τῶν ἔξωθέν εἰσι συμβεβηκότων αἱ τοιαῦται διαφοραί· καθότι γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ δριμύτεροί τε καὶ θερμότεροι γίγνονται, μεταβάλλοντες ἅμα τούτοις καὶ χρόαν καὶ σύστασιν, καὶ ὀσμὴν, κατὰ τοσοῦτον ὁ χρόνος διαφοράν τινα ἐν τοῖς οἴνοις ἐργάζεσθαι δοκεῖ· εἰ δέ γε καὶ μηδὲν τούτων ὑπήλλαττεν, οὐδ' ἂν ἐλέγετο πρός τινων παλαιὸς ὁ οἶνος, ἢ νέος· ἀλλ' οὐδὲ νῦν οὕτω λέγουσιν, ὡς τῶν ἐτῶν αὐτοῦ δεόμενοι κατὰ πρῶτον λόγον, ἀλλ' ὡς ἅμα τοῖς ἔτεσιν ἐνδεικνύμενοι τὴν δύναμιν· οὐ γὰρ διὰ τὸν χρόνον οἱ οἶνοι τὰς ὠφελείας καὶ βλάβας ἔχουσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν οἰκείων διαφορῶν τούτων ὑπαλλαγῆς. κατὰ συμβεβηκὸς οὖν τοῦ χρόνου μνημονεύομεν ἐν ταῖς τῶν οἴνων διαφοραῖς, οὐ κυρίως, οὐδὲ πρώτως. καὶ αὐτῶν μέντοι τῶν οἰκείων ἐν αὐτοῖς διαφορῶν, αἱ μὲν εἰς ὠφέλειάν τε καὶ βλάβην ἀναφέρονται κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, αἱ δὲ οὐ κατὰ τὸν ἴδιον, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· γλυκύτης μὲν καὶ αὐστηρότης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, οὕτω δὲ καὶ ἡ ἰσχὺς, καὶ ἀσθένεια, καὶ λεπτότης, καὶ πάχος· αἱ δὲ κατὰ τὴν χρόαν τε καὶ ὀσμὴν, οὐ πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ἐπεὶ τῶν οἴνων οἱ μὲν ὑδατώδεις τέ εἰσι καὶ λευκοὶ, καὶ κιῤῥοὶ, καὶ μέλανες, οἱ δὲ ὑδατώδεις καὶ ἄοδμοι ὥσπερ ὕδωρ, ἢ εὐώδεις ὥσπερ ἄρωμα καὶ μύρον. εἴπερ οὖν τῶν οἴνων αὗταί εἰσιν αἱ διαφοραὶ, καὶ κατά τε τὴν οἰκείαν δύναμιν ἀριθμούμεναι, καὶ κατὰ συμβεβηκὸς, εὔδηλον ἤδη σοι περὶ τῆς ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, κατά τε τὴν τάξιν αὐτῶν καὶ τὸν ἀριθμὸν, ἐνδείας· ἀλλ' ἐὰν φαίνηται κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον, ἁπασῶν τῶν χρησίμων διαφορῶν μνημονεύων ὁ Ἱπποκράτης, συγχωρήσομεν αὐτοῦ τῇ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐνδείᾳ.

A tia sit vinorum differentia, in aquosum secatur & tenue, & in valdè crassum, & omninò etiam in horum medium, atque in ea, quæ medium hoc & extrema interiacent. Atque ex odore vinorum differentia, in quantum alia quidem boni odoris sunt, alia verò non boni odoris, imò ferientem quandam, & insuauem sortita sunt qualitatem; alia nullum prorsus odorem habent, sed sunt aquæ instar inodora. Vinorum autem in facultate differentia est, ob quam aliud quidem robustum, aliud verò imbecil- B lum, aliud medium, atque aliud, quod medium hoc & extrema interiacet. Robustum vehementer celeriterque corpus calefacit, caputque replet, imbecillum verò contrarium est, quæ verò medium obtinent, nota euadunt, si ab extremis distinguantur. Robustum quidem vinosum appellatur, imbecillum verò aquosum. Nam in quo vinum aquam magis euincit, id quum in aliquo vehementissimum esse videbimus, iure vinosum appellabimus; quemadmodum & contrarium, aquosum, quòd aquæ ma- C ximè in omnibus simile existat, tenuitate scilicet, & colore, & odoris vacuitate, & non manifestâ calefactione. Hæ igitur in vinis secundum propriam naturam sunt differentiæ. Nonnulli his adiiciunt eam quæ ex tempore desumitur, differentiam; quâ vetusta quædam sint admodùm, alia recentia, & alia in medio horum consistant. Sed quod huiusmodi differentiæ externorum sint accidentium, palàm est. Nam quatenùs tempore acriora, & calidiora fiunt *vina*, atque vnà cum his tum colorem, tum consistentiam, tum odorem mutant, eatenùs differentiam aliquam in vinis tempus face- D re videtur. Quòd si nihil quoque horum immutetur, neque ab aliquo vinum vetus dicetur, neque recens; imò neque nunc ita dicunt, tanquàm *vini* ipsius annis opus primâ ratione habentes, sed tanquàm simul cum annis facultatem demonstrantes. Non enim ob tempus vina vel iuuant, vel lædunt, sed ex propriarum differentiarum mutatione id habent. Ergo in vinorum differentiis, temporis mentionem facimus per accidens, & non propriè, neque primùm. At & inter proprias vinorum differentias quædam tum ad auxilium quidem, tum E ad noxam propriâ ratione referuntur; aliæ verò non per se propriéque, sed per accidens. Dulcedo quidem & austeritas propriâ ratione, sic tum robur, tum imbecillitas, tum tenuitas, tum crassities. Sed quæ differentiæ tum colore, tum odore *desumuntur*, non primùm, sed per accidens; quoniam vinorum hæc quidem & aquosa sunt, & alba, & fulua, & nigra; alia aquosa & inodora vt aqua, vel instar aromatis vnguentique benè olentia. Si igitur vinorum hæ F sint differentiæ, quæ secundum propriam facultatem & per accidens numerentur; iam tibi constat de eo tum ordinis, tum numeri, qui in præsenti dictione sit, defectu. At si in sequentibus omnium vtilium differentiarum meminisse Hippocrates videatur, veniam eius in interpretatione defectui dabimus.

De vini dulcis facultatibus, & qualitatibus, ac de iis quæ procreat, affectibus ac symptomatis. Quid vinum dulce, quid aquosum, vnde dulcis sapor; qui sint picrocholi, & quæ bilis causæ.

TEXTVS HIPPOCRATIS 2.

Dvlce quidem vinoso minùs caput grauat, & minùs mentem ferit; magisque sanè quàm alterum, intestinorum deiectiones mouet, viscera verò magna lienem iecurque facit; non igitur amarâ bile scatentibus idoneum. Hisce etenim sitiferum est; Quinetiàm superiori intestino flatum excitat; non tamen inferiori intestino pro flatûs ratione est inimicum, etsi non admodùm penetrat qui à dulci vino est flatus, sed diutiùs circa hypochondria moratur.

COMMENTARIVS GALENI.

Vinum dulce secundum gustandi qualitatem nominatur, qua & austerum & acre, vt aquosum prætermittamus, quod non omninò ab astringendo excidit; etiamsi penitùs exolutam habeat astringendi qualitatem. Nam si ipsum aquæ comparaueris, percipies manifestè ex ea comparatione gustum huiusmodi vinorum eorum esse quæ modicam sortita sunt astrictionem. Aquosum autem vinum appellant homines, quòd aquæ tum colore, tum consistentiâ simile est; perspicuum siquidem, vt aqua, splendidum & purum, & consistentiâ tenue videtur. Protinùs autem id & facultate aquæ simile existit, neque imbecillum caput feriens, neque infirmos neruos, quod neque manifestè calefaciat. Sed de vino hoc rursùm tractabitur. Dulce igitur vinum sic ab ea quæ in gustu existit qualitate nominatum est, sed multis numeris ab aqua, & colore, & consistentiâ recessit. Neque enim tenue exquisitè, neque album videbis aliquando vinum dulce; sed plùs minùs à dictis recedit, at neutrum horum habet. Dulcia autem vina maximè sunt Theræum, & Scybelites, & vtraque crassa, & nigra. Dulcia verò sunt & ea quæ in Mæonia gignuntur, Therinum & Caryinum, tantò dictis & crassitie, & nigritie superiora, quantò dulcedine inferiora. Prætereà quòd vocatur defrutum & sapa, ex cocto musto conficitur, quò dulcius vino perficitur, eò & colore nigrius, & consistentiâ crassius apparet. Quarto autem de simplicium medicamentorum facultatibus, dulcem omnem saporem à caliditate, quæ non immoderata & vehemens sit, fieri demonstrauimus; quemadmodùm acrem in vehementer calefacientibus, acrimonia siquidem horum est inseparabilis. Verùm in vsu vinum dulce mediocriter calefacere videtur; sitimque ~~facit propter~~ tum caliditatem, tum crassitiem. Ita sanè & mustum, quò diutiùs in igne versatur, eò tum crassius, tum nigrius, tum dulcius euadit; quanquàm supra modum coctum amaritudinem contrahat, quo modo & mel quanquam omnium dulcissimum, tamen plurimâ coctione amarum redditur. Sed vt iam retuli, de qualitatibus omnibus gustabilibus in vno libro quarto de simplicium me-

A Περὶ τῶν τοῦ γλυκέος οἴνου δυνάμεών τε καὶ ποιοτήτων, καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένων παθημάτων καὶ συμπτωμάτων· τί οἶνος γλυκύς, τί ὑδατώδης, πόθεν ὁ γλυκὺς χυμός· τίνες εἰσὶ πικρόχολοι, καὶ τίς ἡ τῆς χολῆς αἰτία.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ β'.

Ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσόν ἐστι καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον· μεγαλόσπλαγ-
B χνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος. Οὐκ ἐπιτήδειος οὖν οὐδὲ τοῖσι πικροχόλοισι· καὶ γὰρ οὖν διψώδης τοῖσί γε τοιουτέοισίν ἐστιν· ἀτὰρ καὶ φυσώδης ἐντέρου τοῦ ἄνω, οὐ μὴν πολέμιός γε αὐτῷ τῷ κάτω ἐντέρῳ ὡς κατὰ λόγον τῆς φύσης, καίτοιγε οὐ πάνυ πορίμη ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ γλυκέος οἴνου φῦσα, ἀλλ' ἐγχρονίζει περὶ ὑποχόνδρια.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

C Κατὰ τὴν γευστικὴν ποιότητα γλυκὺς οἶνος ὀνομάζεται, καθ' ἣν καὶ αὐστηρός ἐστι καὶ δριμύς, ἵνα τὸν ὑδατώδη παραλίπωμεν, οὐκ ἐκπεπτωκότα τελείως τῆς στύψεως, εἰ καὶ παντάπασιν ἐκλελυμένην ἔχει τὴν ποιότητα τῆς στύψεως. Εἰ γὰρ ὕδατι παραβάλλοις αὐτόν, αἰσθήσῃ σαφῶς ἐκ τῆς παραβολῆς τὴν γεῦσιν τῶν τοιούτων οἴνων γεγονέναι βραχεῖαν στύψιν εἰληφότων. ὑδατώδη δὲ καλοῦσιν οἴνον οἱ ἄνθρωποι, τὸν ἐοικότα κατά τε χρόαν καὶ σύστασιν τῷ ὕδατι· διαφανής τε γὰρ ὡς ἐκεῖνο καὶ λαμπρὸς καὶ καθαρός, καὶ τῇ συστάσει λεπτὸς φαίνεται· εὐθὺς δὲ καὶ τῇ δυνάμει παραπλήσιός ἐστιν ὁ τοιοῦτος
D ὕδατι, μήτε κεφαλῆς ἀσθενοῦς ἁπτόμενος, μήτε νεύρων ἀσθενῶν, ὅτι μηδὲ θερμαίνει σαφῶς. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου καὶ αὖθις εἰρήσεται. Ὁ δὲ γλυκὺς οἶνος, ὠνόμασται μὲν οὕτως ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν ποιότητος, παμπόλλῳ δ' ὕδατος ἀφέστηκε κατὰ τὴν χροιάν, καὶ τὴν σύστασιν· οὔτε γὰρ λεπτὸν ἀκριβῶς, οὔτε λευκὸν ὄψει γλυκὺν οἶνόν ποτε, ἀλλὰ μᾶλλον μὲν καὶ ἧττον ἀφεστηκότα τῶν εἰρημένων, οὐδέτερον δὲ αὐτῶν ἔχοντα. γλυκεῖς γοῦν οἶνοι διαφερόντως εἰσὶν ὁ Θηραῖος καὶ Σκυβελίτης, ἀμφότεροι παχεῖς τε καὶ μέλανες ὄντες· γλυκεῖς δὲ καὶ οἱ κατὰ τὴν Μαιο-
E νίαν γινόμενοι, ὁ Θήρινος τε καὶ Καρύϊνος, τοσούτῳ πάχει τε καὶ μελανότητι διαφέροντες τῶν εἰρημένων, ὅσον καὶ γλυκύτητι λείπονται· καὶ μέντοι καὶ τὸ καλούμενον ἕψημα, καὶ σίραιον, ἐκ τοῦ γλεύκους ἑψομένου γιγνόμενον, ὅσῳ γλυκύτερον ἀποτελεῖται τοῦ οἴνου, τοσούτῳ καὶ μελάντερον τῇ χρόᾳ, καὶ παχύτερον τῇ συστάσει φαίνεται. δέδεικται μὲν οὖν κἀν τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, ἅπας ὁ γλυκὺς χυμὸς ὑπὸ θερμασίας γιγνόμενος, οὐ μὴν ἀμέτρου τε καὶ σφοδρᾶς οὔσης, ὥσπερ ὁ δριμὺς ἐν τοῖς σφοδρῶς θερμαίνουσιν, ἀχώρι-
F στος γὰρ τούτων ἡ δριμύτης. ἀλλὰ κατὰ τὴν χρῆσιν ὁ γλυκὺς οἶνος φαίνεται θερμαίνων μετρίως, καὶ τὸ διψῶδες αὐτῷ, διά τε τὴν θερμασίαν ὑπάρχει καὶ τὸ πάχος. οὕτως γοῦν καὶ τὸ γλεῦκος, εἰς ὅσον ὁμιλήσει τῷ πυρὶ πλέονι χρόνῳ, παχύτερόν τε καὶ μελάντερον, καὶ γλυκύτερον γίνεται· τό γε μὴν ὑπεροπτηθὲν εἰς πικρότητα μεταβάλλει, καθάπερ καὶ τὸ μέλι, καίτοι πάντων γλυκύτατον ὄν, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο πικρότητα προσλαμβάνει κατὰ τὴν ἐπὶ πλεῖστον ἕψησιν. εἴρηται δ' ὡς ἔφην ἐν ἑνὶ βιβλίῳ τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν

φαρμάκων δυνάμεως ὑπὲρ ἁπασῶν τῶν γευστῶν ποιοτήτων· καὶ νῦν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐξηγήσεσι τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων, οὐ τὰς ἀποδείξεις, ἀλλὰ τὰ συμπεράσματα αὐτῶν λέγω μόνον. θερμαίνοντος οὖν τοῦ γλυκέος οἴνου τὸ σπλάγχνον, ὄντος δ' ὡς εἴρηται καὶ παχέος κατὰ τὴν σύστασιν, αἱ κατὰ μέρος αὐτοῦ δυνάμεις, ἃς ἐπιδείκνυται πινόμενος, ἀκολουθεῖ ταῖς δευτέραις ποιότησιν· ἡ γὰρ χρόα κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον, οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν εἰς ὄφελος ἢ βλάβην. εἰς ὅσον οὖν παχύς τ' ἐστὶ κατὰ σύστασιν ὁ τοιοῦτος οἶνος, τοσοῦτον καὶ βραδύπορος, ὥστ' οὐ μόνον οὐκ ἐκφράξει τι τῶν ἐμπεφραγμένων μορίων, ἀλλὰ καὶ προσεμφράξει· καὶ διὰ τοῦτο βλαβερώτατος ἥπατι πάσχοντι, καὶ μάλιστα ὅταν ἤτοι φλεγμονή τις, ἢ σκίρρος ᾖ κατὰ τοῦτο· μετριωτέραν δ' ἐργάζεται τὴν βλάβην, ὅταν ὑπὸ παχέων χυμῶν ἐμφράττηται τὸ σπλάγχνον, ἢ δι' ἀτονίαν πάσχει, καθάπερ ἐν τοῖς ἰδίως ἡπατικοῖς ὀνομαζομένοις πάθεσιν. ἐφεξῆς δὲ ἥπατι βλάπτεται σπλὴν ὑπὸ παχέων οἴνων, οὐ μὴν ὅ γε πνεύμων, ὅταν ἐν τοῖς βρογχίοις ἔχει παχὺν χυμόν. κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἧπαρ ἐξ εὐρέων ἀγγείων τῶν ἐπὶ ταῖς πύλαις εἰς στενὰ παραγίνεται πέρατα τῶν ἐν τοῖς σιμοῖς αὐτοῦ μέρεσι, καὶ τῶν ἐν τοῖς κυρτοῖς, καθ' ἃ καὶ ἡ μετάληψις ἁπάντων τῶν ἀναδιδομένων εἰς ὅλον τὸ σῶμα γίνεται· κατὰ δὲ τὸν πνεύμονα, τοὐναντίον συμβαίνει. διὰ πολλῶν γὰρ φλεβῶν ἀναδοθεὶς, καὶ προκατεργασθεὶς ἐν αὐταῖς, ἐμπίπτει ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν βρογχίων, προτέραις μὲν ταῖς τῶν μικροτέρων, ἐξ ἐκείνων δ' εἰς τὰ μείζονα παραλαμβάνεται, συναναφέρων ἑαυτῷ καὶ τοὺς παχεῖς χυμοὺς, ὧν οὐ μόνον θερμότερος, ἀλλὰ καὶ λεπτότερός ἐστιν (ἔμαθες δ' ὅτι ὑπὸ τῶν βηχῶν ὁ πνεύμων ἐκκαθαίρεται τοὺς παχεῖς χυμοὺς καὶ γλίσχρους) ὅσοι γὰρ ὑδατώδεις εἰσὶ καὶ ἀκριβῶς λεπτοὶ, περιῤῥέουσι τῷ κατὰ τὰς βῆχας ἐκπεμπομένῳ τῷ πνεύματι· τοῦτο γὰρ οἱονεὶ χείρ τίς ἐστιν ἀναφέρουσα τοὺς παχεῖς χυμοὺς ἅμ' αὐτῷ· προσήκει δὲ δηλονότι τὸ πάχος τῶν χυμῶν εἶναι τοιοῦτον, ὡς ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἄνω φέρεσθαι δύνασθαι, καὶ μὴ καθάπερ πηλὸν ἐμπεπλάσθαι τοῖς βρογχίοις. διὰ τοῦτό γε καὶ τοὺς γλίσχρους χυμοὺς αἱ βῆχες οὐκ ἐκκαθαίρουσι· καὶ γὰρ μένουσι, καὶ ἔνδον ἔχονται τῶν βρογχίων ἰξοῦ δίκην. ὑγρότητος οὖν συμμέτρου δεῖ τοῖς μέλλουσι φαρμάκοις εἰς τὴν ἀναγωγὴν τῶν ἐν πνεύμονι περιεχομένων παχέων χυμῶν ἐπιτηδείοις ἔσεσθαι· γλίσχρων δ' ὄντων αὐτῶν, οὐχ ὑγρότητος μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥύψεώς ἐστι χρεία, γινομένης ὑπὸ τῶν ὀξέων χυμῶν. καὶ διὰ τοῦτο μελίκρατον μὲν ἐπιτηδειότατόν ἐστι τοῖς παχέσι χυμοῖς εἰς ἀνάπτυσιν, ὀξύμελι δὲ τοῖς γλίσχροις· ἐφεξῆς δὲ τῷ μελικράτῳ, πτισάνη· καὶ μετὰ ταύτην ὁ γλυκὺς οἶνος, ἤδη πεπεμμένης τῆς περιπνευμονίας τε καὶ πλευρίτιδος πινόμενος, οὐ φλεγμαινόντων ἔτι τῶν σωμάτων· εἰ δὲ διψώδης εἴη πινόμενος ὁ τοιοῦτος οἶνος, ἧττον ἐπιτήδειος εἰς τὴν ἀνάπτυσιν γίνεται. [2] συνελόντως δὲ φάναι, γλυκὺς οἶνος ἐν ὀξεῖ νοσήματι, εἰς ἀνάπτυσιν μὲν ἐπιτήδειός ἐστι, κατά γε τὰς εἰρημένας ἐνεργείας αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων οἴνων λόγον ἐκ τοῦ ῥωννύναι τὴν δύναμιν· μάλιστα δὲ τοῖς ἀναπτύουσι τῶν ἐν τῷ θώρακι καὶ πνεύμονι περιεχομένων ὑγρῶν ὁποιοῦν (ἔμαθες γὰρ αὐτὰ ποικίλα ταῖς συστάσεσι, καὶ ταῖς ποιότησι, καὶ ταῖς δυνάμεσιν ὄντα, κατὰ τὸ προγνωστικὸν βιβλίον, ἔνθα τὰς τῶν πτυσμάτων ἐδήλου διαφοράς) ἄλλο δ' οὐδὲν ἀγαθὸν ὁ τοιοῦτος οἶνος ἔχει πυρέττουσι

A dicamentorum facultatibus est tractatum; atque hoc in loco, vt in aliis librorum Hippocratis explicationibus, non demonstrationes, sed ipsarum conclusiones tantummodò recenseo. Quum igitur vinum dulce viscus calefaciat, sitque; vt dictum est, consistentiâ crassum, particulares ipsius facultates, quas epotum demonstrat, secundas qualitates consequuntur; color siquidem suâ ratione nullam habet iuuandi aut lædendi facultatem. Ergo vinum huiusB modi quo gradu consistentiâ crassus est, eo tardè meat; quapropter tantùm abest, vt ex obstructis partibus aliquid adimat, vt etiam obstructiones adaugeat. Atque ob id hepati affecto maximum affert detrimentum, præsertimque vbi vel phlegmone quædam vel scirrhus ipsum occupauerit. Sed moderatiorem læsionem efficit, quum à crassis humoribus viscus obstruitur, aut propter imbecillitatem afficitur, vti in propriè hepaticis appellatis affectibus. Post hepar, lien à vinis crassis læditur; non tamen pulmo, quum in bronchiis crassum habet humorem. Nam in hepate ex amplis portæ vasis, C ad angusta vasorum tum gibbæ, tum simæ partis proceditur extrema, per quæ eorum omnium, quæ in corpus totum distribuuntur, transmeatio fit; at in pulmone contrarium euenit. Nam per venas multas distributum confectumque in ipsis, in amplam bronchiorum, & priorem minorum irruit capacitatem; aque ab his ad maiora excipitur, secum & crassos tollens humores, quibus non calidius solùm, verùmetiam tenuius existit (Scis autem pulmonem ipsum ab humoribus crassis lentisque per tusses expurgari) Nam qui aquosi sunt, & exquisitè D tenues, spiritum qui tussiendo extrà mittitur, circumfluunt. Is etenim tanquam manus quædam existit, quæ sursum crassos humores secum ferat; sed crassitiem videlicet humorum talem esse oportet, vt à spiritu sursùm ferri possit, & non, vt lutum, bronchiis esse infarctam. Ob id sanè glutinosos humores tusses non expurgant; remorantur enim, ac in bronchiis visci instar retinentur. Ergo quæ ad eductionem eorum qui in pulmone continentur crassorum humorum futura sunt idonea medicamenta, moderatam humiditatem habere debent. Quòd si E hi viscosi *humores* fuerint, non humiditate solùm est opus, verùm etiam eâ quæ ab acidis fiat succis detersione. Ob idque aqua mulsa quidem ad crassorum humorum expuitionem est conuenientissima, oxymel verò ad viscosorum. Post melicratum ptisana est; atque ab ea vinum dulce, si coctis iam tum peripneumoniâ, tum pleuritide propinetur, ampliùs non vexatis inflammatione corporibus. Quòd si vinum huiusmodi epotum sitim faciat, ad expuitionem minùs idoneum redditur. Verùm vt summatim absoluam, vinum dulce in acuto morbo ad F expuitionem, tum propter dictas ipsius actiones, tum propter communem vinorum omnium rationem, qua vires roborant, idoneum existit; maximè verò ijs qui quæcunque humida tum in thorace, tum in pulmone continentur, expuunt (didicisti enim *humida* illa varia, tum substantijs, tum qualitatibus, tum facultatibus esse, in prognostico libro, vbi sputorum exposuit differentias) Nullum sanè bonum aliud vinum huiusmodi habet febrientibus propinatum

pinatum; minùs tamen vinoso, quod vehementer calefacit, lædere poterit. Commodum præterea aliud nihil *habet* præter antedicta, nisi quod aluinarum deiectionum permeationem modicè iuuet. Ob id igitur Hippocrates, vbi à minùs lædentibus, quæ multa sunt, doctrinæ exordium fecit, ad iuuamenta ipsorum, quæ pauca sunt, circa finem sermonis transit. Percurramus igitur quæ recenset, dictiones ipsius persequendo. Vinum dulce minùs, quàm robusta, mentem ferire ait, hoc est minùs deliria efficere. Robusta siquidem vehementer calefacientia, caput humoribus, vaporibus, & calore replent. Igitur dulcia, quò magis à vehementi calore absunt, eo minùs cùm caput grauant, tùm mentem lædunt. Sed magis quàm alia deiectiones mouere ait, & viscera magna facere, hoc est, viscerum tumores augere. Sed de his à me paulo antè dictum est. Præterea dulce vinum non idoneum esse ait picrocholis, hoc est, amaram bilem accumulantibus. Nam medici bilem simpliciter, pallidam & flauam dicere consueuerunt; atram verò bilem hoc toto appellare, & non bilem simpliciter; sed hæc quidem acida est, amara autem, quæ flaua. Propterea picrocholos appellat Hippocrates, qui redundantem habent huiusmodi bilem. Permixta autem aquosis ichoribus, & liquidissima, & pallida videtur; sola verò quum existit, & crassa & flaua est. Quæ autem huiusmodi bilem procreant, sunt calida, & sicca temperamenta; ad cuius generationem idonei sunt & dulces omnes humores. Proindéque omnium horum maximè mel bilescit, quòd dulcissimum fit; deinde & dulcia vina. Non solùm autem, quòd calor multus tales humores amaros reddat, propterea dulce vinum febrientibus, præsertim vbi calidi & sicci temperamento fuerint, idoneum non est; verumetiàm quòd quum crassa sint *huiusmodi vina*, neque per vrinas celeriter descendant, neque citò transpirent; quo fit, vt biliosos humores, neque secum agant, neque excernant. Solis ergo his vnum inest bonum, quod ventrem emolliant; quòd si id non fecerint, omnino nocent. Præterea enim & siticulosa sunt, hanc rem, quòd facilè bilescant, commonstrantia. Dicit autem *vinum* huiusmodi esse quoque flatulentum. Nam incalescentes crassi humores spiritum sibi similem generant, tum vapidum, tum crassum; tale autem inflationes parit. Quapropter ex tenuibus vinis non procreatur flatus; atque si interdum quispiam generetur, tenuium est partium, & aereus, non nebulosus vapidusque. At dulce vinum inferioribus intestinis non esse inimicum ait, quanquàm tardè meet qui ab ipso est flatus, moreturque circa hypochondrium. Ea autem occasio est, ob quam non admodùm turbet inferiora intestina, quòd circa hypochondrium moretur, donec perfectè coctum & tenuatum fuerit. Quòd si semel coctum fuerit, commeabiliorem, tenuiorumque partium habebit naturam. Quâ igitur ratione à supernis ad infernas expellitur partes, eâdem ab infernis extrà mittitur.

A διδόμενος, ἀλλ' ἧττον μὲν τοῦ σφοδρῶς θερμαίνοντος οἰνώ-
δους βλάπτειν δυνήσεται, χρηστὸν δ' οὐδὲν ἄλλο παρὰ τὰ
προειρημένα, ὅτι μὴ συλλαμβάνει τι βραχὺ τῇ διεξόδῳ τῶν
κατὰ τὴν γαστέρα. διὰ τοῦτο οὖν ὁ Ἱπποκράτης, ἀφ' ὧν ἧττον
βλάπτει, τὴν ἀρχὴν τῆς διδασκαλίας ποιησάμενος, ὄντων
πολλῶν, ἐπὶ τὰς ἰδίας ὠφελείας αὐτῶν μετέβη κατὰ τὴν τοῦ λόγου
τελευτὴν, ὀλίγας οὔσας. Ἐπέλθωμεν οὖν ἃ λέγει, ταῖς
λέξεσιν ἀκολουθήσαντες αὐτοῦ· ἧττον αὐτὸν ἅπτεσθαι φρε-
νῶν φησιν, ἢ οἱ ἰσχυροὶ τῶν οἴνων, τουτέστιν ἧττον ἐργάζεσθαι
παραφροσύνας. οἱ γὰρ ἰσχυροὶ σφοδρῶς θερμαίνοντες, ἐμ-
B πιπλᾶσι τὴν κεφαλὴν καὶ χυμῶν, καὶ ἀτμῶν, καὶ θερμα-
σίας· εἰς ὅσον οὖν ἀπολείπονται σφοδρᾶς θερμότητος οἱ
γλυκεῖς, εἰς τοσοῦτον ἧττόν τε καὶ καρηβαρίαν ἐργάζονται,
καὶ βλάβην τῆς φρονήσεως. διαχωρητικωτέρους δὲ αὐτοὺς
εἶναί φησι τῶν ἄλλων, καὶ μεγαλοσπλάγχνους, τουτέστιν
αὐξάνοντας τῶν σπλάγχνων τοὺς ὄγκους. εἴρηταί μοι περὶ
τούτων ὀλίγον ἔμπροσθεν. οὐκ ἐπιτήδειόν γε μὴν τὸν γλυ-
κὺν οἶνον οὐδὲ τοῖς πικροχόλοις εἶναί φησι, τουτέστι τοῖς τὴν
πικρὰν χολὴν ἀθροίζουσιν, εἴθισται γὰρ τοῖς ἰατροῖς χο-
C λὴν μὲν ἁπλῶς ὀνομάζειν, τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν,
τὴν μέλαιναν δὲ χολὴν, ὅλον τοῦτο λέγειν, οὐχ ἁπλῶς
χολήν· ἀλλ' αὕτη μὲν ὀξεῖα, πικρὰ δ' ἡ ξανθή, καὶ διὰ
τοῦτο τοὺς πικροχόλους Ἱπποκράτης ὀνομάζει τοὺς πλεονά-
ζουσαν ἔχοντας τὴν τοιαύτην χολήν. ἐπιμιγνυμένη μὲν
οὖν ὑδατώδεσιν ἰχῶρσιν, ὑγροτάτη τε καὶ ὠχρὰ φαίνεται·
μόνη δ' οὖσα, παχεῖα καὶ ξανθή. θερμαὶ δὲ καὶ ξηραὶ κρά-
σεις εἰσὶν αἱ γεννῶσαι τὴν τοιαύτην χολήν, ἐπιτήδειοι γε
μὴν εἰς γένεσιν αὐτῆς εἰσι πάντες οἱ γλυκεῖς χυμοί· διὰ
D τοῦτο καὶ τὸ μέλι πάντων αὐτῶν ἐκχολοῦται μάλιστα, διότι
γλυκύτατον· εἶθ' ἑξῆς οἱ γλυκεῖς οἶνοι. οὐ μόνον δ' ὅτι ἡ
πολλὴ θερμασία τοὺς τοιούτους χυμοὺς ἐργάζεται πικροὺς,
ἀνεπιτήδειός ἐστιν ὁ γλυκὺς οἶνος τοῖς πυρέττουσι, καὶ μά-
λιστα ὅταν ὦσι θερμοὶ καὶ ξηροὶ τὴν κρᾶσιν· ἀλλὰ καὶ διό-
τι παχεῖς ὄντες, οὔτ' ἐπ' οὖρα διεξέρχονται ταχέως, οὔτε
διαπνέονται ταχέως, ὥστ' οὐ συνάγουσιν ἑαυτοῖς, οὐδὲ συ-
νεκκενοῦσι τοὺς χολώδεις χυμούς. ἓν οὖν αὐτοῖς τούτοις μό-
νοις ἀγαθὸν ὑπάρχει τὸ τὴν γαστέρα λαπάττειν· ὥστ' ἄν
γε μὴ ποιήσωσι τοῦτο, παντοίως βλάπτουσι. προσέτι γὰρ τού-
E τοις καὶ διψώδεις εἰσὶν, αὐτὸ τοῦτο δηλοῦντες, ὡς ἐκχο-
λοῦνται ῥᾳδίως· λέγει δὲ τὸν τοιοῦτον εἶναι καὶ φυσώδη· θερ-
μαινόμενοι γὰρ οἱ παχεῖς χυμοὶ, πνεῦμα γεννῶσιν ἑαυτοῖς
ὅμοιον, ἀτμῶδές τε καὶ παχύ· τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ τὰς πνευ-
ματώσεις ἐργαζόμενον, ὡς ἔκ γε τῶν λεπτῶν οἴνων οὔτε
γεννᾶται πνεῦμα, κἂν γεννηθῇ δέ ποτε, λεπτομερές τε καὶ
ἀερῶδες, οὐχ ὁμιχλῶδές τε καὶ ἀτμῶδες. τῶν δὲ κάτω
ἐντέρων τὸν γλυκὺν οἶνον οὔ φησιν εἶναι βλαβερὸν, καίτοι
βραδυπόρου οὔσης τῆς ἀπ' αὐτοῦ φύσης, καὶ χρονιζούσης
περὶ τὸ ὑποχόνδριον. αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτ' ἐστιν, διὸ μὴ μεγάλως
F ἐνοχλεῖ τὰ κάτω τῶν ἐντέρων, ὅτι χρονίζει περὶ τὸ ὑπο-
χόνδριον, ἄχρις ἂν ἐκπεφθῇ τε καὶ λεπτυνθῇ τελέως· εἰ
δ' ἅπαξ πεφθείη, πορειμωτέραν τε καὶ λεπτομερεστέραν
ἴσχει καὶ τὴν φύσιν, ὥστε καθ' ὃν λόγον ἐκ τῶν ἄνω μορίων
ἀπώσθη κάτω, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐκ τοῦ ὑπὸ τούτων ἐκ-
πέμπεται.

A

Τὸν γλυκὺν καὶ αὐστηρὸν οἶνον τοῦ οἰνώδους λευκοῦ ἧσσον εἶναι διουρητικόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ γ'.

ΚΑὶ γὰρ οὖν ἧσσον ἐστὶ διουρητικὸς γίγνεται ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΙνα κέκληκεν οἰνώδεα λευκὸν, ἐπισκεψώμεθα. λέλεκται γὰρ ἔμπροσθεν οἰνώδης οἶνος εἶναί τε καὶ λέγεσθαι προσηκόντως ὁ τοῖς ὑδατώδεσιν ἀντικείμενος· ἰσχυρῶς οὖν αὐτὸν δεῖ θερμαίνειν, καὶ κεφαλὴν πληροῦν, καὶ παραφροσύνας ἐργάζεσθαι, καὶ τὴν πυρετώδη θερμασίαν αὐξάνειν· ἀλλ' ὁ τοιοῦτος οἶνος οὐκ ἔστι λευκὸς, οὔτε νέος ὢν, οὔτε παλαιωθεὶς, ὅτι μηδὲ ἄλλος τις τῶν παλαιουμένων οἴνων διαμένει λευκὸς, κἂν ὅτι μάλιστα κατ' ἀρχὰς ὑπάρξῃ τοιοῦτος, ἀλλ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἑαυτοῦ κιῤῥότερος γίγνεται, τελευταῖον δὲ καὶ ξανθός. ἔοικεν οὖν ὁ Ἱπποκράτης εἰρηκέναι λευκὸν οἰνώδη, τὸν αὐστηρὸν, ὃς οὐδ' αὐτός ἐστιν οὐρητικὸς, ἀλλ' ἐὰν μὲν παχὺς ᾖ ὁ τοιοῦτος, χρονίζει περὶ τὸ ὑποχόνδριον· ἐὰν δὲ μὴ παχὺς, οὐδὲ χρονίζει μέχρι πολλοῦ, καθάπερ ὁ μέλας, οὐδ' ὁμοίως ἐπ' οὖρα διεξέρχεται τοῖς λευκοῖς τε ἅμα καὶ μετρίως αὐστηροῖς· οὐρητικοὶ γὰρ οὗτοι, διότι πεφεύγασιν ἀμφοτέρας τὰς ἰδέας τοῦ βραδέως ἐπ' οὖρα διεξέρχεσθαι, τήν τε τοῦ ὑδατώδους, ἣν διὰ ψυχρότητα πέπονθε, καὶ τὴν τοῦ μέλανος οἴνου διὰ τὸ πάχος. ὁ γὰρ λευκὸς οἶνος καὶ αὐστηρὸς, ἥκιστα θερμὸς ὡς ἐν οἴνοις ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς κατὰ γαστέρα ῥεύμασιν ἐπιτήδειος, οὐ μὴν οὐρητικός τε ἰσχυρῶς ὁ τοιοῦτός ἐστιν· ἴσως οὖν τούτῳ παραβάλλων τὸν μέλανα, φησὶ ἧττον οὐρητικὸν ὑπάρχειν.

Τὸν γλυκὺν οἶνον μὴ λίαν παχὺν, καὶ τὸν γλυκὺν ὑδατώδη τοῦ ἑτέρου μᾶλλον εἶναι ἀναγωγὸν, καὶ τοῖς πυρεταίνουσιν ἧσσον βλαβερόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ δ'.

ΠΤυέλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγὸς ἐστὶ τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς. E

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΤέρου, ποῖον λέγει; πότερον τοῦ προκειμένου, πρὸς ὃν παραβάλλων τὸν γλυκὺν, ἔφη· καὶ γὰρ οὖν ἧσσον ἐστὶ οὐρητικὸς ἐστὶ τὸ ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ; ἢ οὐ τούτου μόνου, ἀλλ' ἁπλῶς πάντως τοῦ μὴ γλυκέος; ὄντος δ' ἀσαφοῦς, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει τῇδε, καὶ μᾶλλον ὄντος πιθανοῦ, περὶ τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ τὸν λόγον αὐτῷ νῦν γίγνεσθαι, πάλιν ἑτέρα τις ἀσάφεια προσέρχεται, διὰ τὸ μὴ πάνυ τι σαφὲς εἶναι, τίς ἐστιν οἰνώδης λευκὸς, ἆρά γε ὁ θερμαίνων σφοδρῶς, ἢ ὁ λίαν στύφων, ὃν καὶ στρυφνὸν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, τὸν δὲ μετριώτερον, αὐστηρόν. ὁπωσοῦν ἔχει τὰ κατὰ τὴν λέξιν, ἐγὼ τοῦ προκειμένου γράμματος ἐρῶ τὴν ἀλήθειαν. ἀναγωγὸς τοῦ πτυέλου μάλιστα πάντων οἴνων ἐστὶν ὁ γλυκὺς, ὅταν σφόδρα μὴ παχὺς ᾖ, καθάπερ γε καπειδὰν, F

Vinum dulce, & austerum minùs esse diureticum, quàm vinosum album.

TEXTVS HIPPOCRATIS 3.

ETenim sanè hoc minùs, quàm vinosum album, vrinas omninò mouet.

B

COMMENTARIVS GALENI.

QVodnam vocauit vinosum album, consideremus. Nam anteà vinosum vinum tum esse, tum appellari diximus, quod iure aquoso opponitur. Vehementer igitur ipsum & calefacere, & caput replere, & deliria procreare, & calorem febrilem augere, operæpretium est. Sed vinum huiusmodi album non est, neque quum nouum existit, neque cum vetus; quòd ne quidem aliud quoddam vetustorum vinorum album permaneat, etiamsi quàm maximè per initia tale fuerit; imò semper fuluius redditur, ac tandem flauum. Visus est ergo Hippocrates dixisse vinosum album, austerum, quod neque vrinas mouet; sed si tale crassum fuerit, circa hypochondrium moratur; si verò non crassum, neque multùm moratur, vt nigrum, neque albis simul & mediocriter austeris similiter ad vrinas descendit. Hæc enim *vina* vrinas cient, quod vtranque tardè per vrinas descendendi effugerunt proprietatem, tum eam quæ aquosi vini est, quam ob frigiditatem sortitum est, tum eam quam vinum nigrum propter crassitiem habet. Vinum enim album austerum, minimè calidum inter vina existit, atque ob id ventris fluxionibus idoneum. Non tamen abundè ciet vrinas hoc vinum. At fortassis *vino* huic nigrum comparans, minùs ciere vrinas ipsum ait.

C

D

Vinum album dulce non admodùm crassum, & dulce aquosum sputa cæteris vinis potentiùs educere, & febricitantibus minùs nocere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 4.

SPutum verò altero potentiùs educit, quod dulce est.

COMMENTARIVS GALENI.

QVod alterum dicit? vtrúmne præsens, ad quod comparans dulce, dixit; vrinas siquidem hoc minùs, quàm vinosum album, omninò mouet? an non hoc solùm, sed simpliciter id omne quòd dulce non est? Quum autem *Hippocrates*, quantùm ad dictionem hanc attinet, obscurus sit, credibiliúsque sit ipsum nunc de vinoso albo sermonem intelligere, rursùm & alia oboritur obscuritas, quòd non valdè manifestum sit, quid sit vinosum album, vtrùm quod vehementer calefacit, an quod valdè astringit, quod struphnum .i. acerbum Græci appellitant, quod autem moderatiùs, austerum. Quo igitur pacto habeat quòd in dictione est, ego propositi textûs veritatem exponam. Sputum maximè omnium vinorum dulce educit, vbi non admodùm crassum fuerit, vt & quoties

ties non vsqueadeò ad fuluum secesserit, vt exoluta in eo sint tum eius crassities, tum dulcedo. Prauum autem febri auxilium est vinum fuluum, quòd vehementer calidum sit. Verùm post vinum dulce non summè crassum, ad eorum quæ in pulmone sunt, eductionem idoneum est aquosum vinum, vires roborans, & humores tum humectans, tum incidens mediocriter. Id autem & cæteris vinis omnibus securiùs febrientibus exhibetur.

Vinum dulce non siticulosum altero sputa magis educere, siticulosum verò minus.

TEXTVS HIPPOCRATIS 5.

ET quibus epotum quidem sitim facit, his minùs, quam alterum vinum, educit; quibus verò siticulosum non est, his magis quàm alterũ educit.

COMMENTARIVS GALENI.

VInum alterum nunc dixit, quòd omninò siticulosum non est. Quare autem vinum siticulosum minùs sputa educat, facilè, si prædictorum memineris, comperies. Sitis enim his perseuerat qui dulce vinum bibunt, quòd febrilis calor in ipsis malignior existat. Qui si talis fuerit, sputum siccat, crassiusque & viscosius reddit. Quòd autem *sputum* huiusmodi difficulter educatur, verbis non est opus.

Vinum album vinosum altero magis ad vesicam penetrare, vrinas ciere, ac expurgare.

TEXTVS HIPPOCRATIS 6.

AT verò vinum album vinosum iam plurimùm ac maximâ ex parte laudatum quidem, & vituperatum est in vini dulcis enarratione. Ad vesicã autem altero magis penetrat; & quum vrinas prouocet, ac semper perrumpat, multum his morbis contulerit. Nam etsi ad alia altero minùs est idoneum, quæ tamen in vesica ab eo fit purgatio, liberat, si quale oportet impellatur. Bonæ hæ coniecturæ sunt de vini vtilitate, ac noxâ, quas me seniores nõ didicerũt.

COMMENTARIVS GALENI.

DE hoc vino in dulcis vini oratione à me dictum est, quum ipsorum facultates comparauit, perquisiuitque. Dixi ergo non paruam esse quæstionem, si album simul, & austerum vinum, album vinosum dixerit, vel quod vehementer inter vina alba calefaciat; quòd ex vinis albis nullum vehementer calefacere possit. Quod enim vinum summè calidum est, id statim & flauum existit, quemadmodùm & quod ab ipso est, fuluum; mox ab his rubrum; ac deinde dulce. Album autem minùs quidem his omnibus calefacit; sed differentias particulares, aliaque omninò pro pluris minorisque ratione habet interualla. Quòd autem vinum huiusmodi dulci faciliùs ad vesicam penetret, dictum anteà: sed ad alia dulci ineptius esse ait. Hæc autem sunt ventris subductio, & eductio

A μὴ πολὺ ἢ περὶ τὸν κιῤῥὸν ἀποκεχωρηκὼς, ὡς ἐκλελύσθαι τό τε πάχος αὐτοῦ καὶ τὴν γλυκύτητα. μοχθηρὸς δὲ ὁ κιῤῥὸς οἶνός ἐστιν εἰς ὠφέλειαν τοῦ πυρετοῦ, θερμὸς ἰσχυρῶς ὑπάρχων. ὁ δὲ μετὰ τὸν οὐκ ἐσχάτως παχὺν οἶνον γλυκὺν, ἐπιτήδειος εἰς τὴν τῶν ἐκ πνεύμονος ἀναγωγὴν ὁ ὑδατώδης οἶνός ἐστι, τήν τε δύναμιν ῥωννὺς, καὶ τοὺς χυμοὺς νύων ὑγραίνων τε, καὶ τέμνων μετρίως· ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῖς πυρέττουσιν ἀκινδυνώτερον δίδοται τῶν ἄλλων οἴνων ἁπάντων.

Ὅτι οἶνος γλυκὺς μὴ διψώδης τοῦ ἑτέρου μᾶλλον ἀνάγει τὰ πτύσματα, διψώδης δὲ, ἧσσον.

B ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ε'.

Καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, ἧττον ἂν τούτοισιν ἀνάγει, ἢ ὁ ἕτερος οἶνος· οἷσι δὲ μὴ διψώδης, μᾶλλον ἀνάγει ἂν τοῦ ἑτέρου.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἕτερον οἶνον εἶπε νῦν τὸν μὴ διψώδη πάντη. διὰ τί δὲ ὁ διψώδης οἶνος ἧσσον ἀνάγει τὰ πτύσματα, ῥᾳδίως εὑρήσεις, τῶν προειρημένων μνημονεύων. ἡ γάρτοι δίψα C παραμένει τισὶ τοῖς τὸν γλυκὺν οἶνον πίνουσι, διὰ τὸ τὴν πυρώδη θερμασίαν ἐν αὐτοῖς εἶναι κακοηθεστέραν· οὖσα δὲ τοιαύτη, ξηραίνουσα τὸ πτύελον, ἐργάζεται παχύτερόν τε καὶ γλισχρότερον· ὅτι δὲ τὸ τοιοῦτον δυσανάγωγόν ἐστιν, οὐδὲ λόγου δεῖται.

Τὸν οἶνον οἰνώδη λευκὸν τοῦ ἑτέρου ἐς τὴν κύστιν μᾶλλον πόριμον εἶναι καὶ διουρητικὸν καὶ καταῤῥηκτικόν.

D ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ς'.

Ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος, ἐπῄνηται μὲν καὶ ἔψεκται τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα ἤδη ἐν τῇ τοῦ γλυκέος οἴνου διηγήσει· ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου, καὶ διουρητικὸς δὲ ὢν καὶ καταῤῥηκτικὸς ἀεὶ, πολλὰ προσωφελέοι ἂν ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι· καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τοῦ ἑτέρου πέφυκεν, ἀλλ' ὅμως ἡ κατὰ τὴν κύστιν κάθαρσις E ὑπ' αὐτοῦ γινομένη, ῥύεται, ἢν προτρέπηται ὁκοῖον δεῖ. καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήριά ἐστι τῆς περὶ οἴνου ὠφελείης καὶ βλάβης, ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσιν ἐμεῦ γεραιτέροισιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Εἴρηταί μοι περὶ τοῦδε τοῦ οἴνου κατὰ τὸν περὶ τοῦ γλυκέος οἴνου λόγον, ἐπεὶ προὔβαλέ τε καὶ ἀντεξήτασε τὰς δυνάμεις αὐτῶν. εἶπον οὖν ὅτι ζήτημά ἐστιν οὐ σμικρὸν, εἴτε λευκὸν ἅμα καὶ αὐστηρὸν οἶνον οἰνώδη λευκὸν εἴρηκεν, εἴτε τὸν θερμαίνοντα σφοδρῶς ὡς ἐν λευκοῖς οἴνοις· ἰσχυρῶς μὲν F γὰρ θερμαίνειν οὐδεὶς δύναται τῶν λευκῶν οἴνων. ὁ μὲν γὰρ ἄκρως θερμὸς οἶνος, εὐθὺς καὶ ξανθός ἐστιν, ὥσπερ γε καὶ ὁ ἐφεξῆς αὐτοῦ κιῤῥὸς, εἶτ' ἐπ' αὐτοῖς ὁ ἐρυθρὸς, εἶτ' ὁ ἐπὶ τούτῳ γλυκύς· ὁ δὲ λευκὸς, ἧττον μὲν ἁπάντων τούτων θερμαίνει, διαφορὰς δ' ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος ἔχει, καθάπερ καὶ τἄλλα πάντα διαστήματα κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. ὁ δὴ τοιοῦτος οἶνος ὅτι πορειμώτερός ἐστιν ἐπὶ κύστιν τοῦ γλυκέος, εἴρηται πρόσθεν· ἀνεπιτηδειότερον δ' αὐτὸν εἰς ἄλλα τοῦ γλυκέος φησὶν εἶναι, ταῦτα δ' ἐστὶν ὑπαγωγή τε γαστρὸς καὶ πτυσμάτων

ἀναγωγῇ. Καλὰ δ' ἔφη ταῦτα τεκμήρια εἶναι, τουτέστι γνωρίσματα, τῆς τῶν οἴνων δυνάμεως.

Περὶ τῆς τοῦ κιῤῥοῦ, καὶ μέλανος αὐστηροῦ οἴνου δυνάμεων· τὸν κιῤῥὸν οἶνον τοῦ ἑτέρου θερμότερον εἶναι, καὶ τοὺς πυρετοὺς αὐξάνειν, καὶ μᾶλλον τῆς γνώμης ἅπτεσθαι. τίσιν ἐν νοσήμασι τὸν αὐστηρὸν οἶνον ἀφαιρεῖν χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ζ'.

B Κιῤῥῷ δὲ οἴνῳ, καὶ μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν ἐς τάδε ἂν χρήσαιο· εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μηδὲ φρενῶν ἅψις, μηδὲ τὸ πτύελον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου, μηδὲ τὸ οὖρον ἴσχοιτο, τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα, καὶ ξυσματωδέστερα εἴη· ἐν δὴ τοῖσι τοιουτέοισι πρέποι ἂν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ λευκοῦ, καὶ ὁκόσα τουτέοισιν ἐμφερέα.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὁ μὲν γλυκὺς οἶνος εὐθὺς καὶ μέλας ἐστὶν, οὐ μὴν ὅ γε μέλας εὐθέως ἅπας καὶ γλυκύς, ἀλλ' αὐστηροί τινες ἐξ αὐτῶν ὑπάρχουσιν, οἷοι παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ πλησίον Περγάμου, καὶ [6] κατὰ Περπερίνην τε καὶ Αἰγάς. ὁ δὲ κατὰ τὴν Κιλικίαν[7] Ἀναβάτης, αὐστηρός τε ἅμα καὶ γλυκύς ἐστιν, ἐξ ἐναντίων ποιοτήτων συγκείμενος· διὸ καὶ μοχθηρὸς ὑπάρχει, μήτ' ἀναδιδόμενος, μήθ' ὑποχωρούμενος, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τε παραμένων τῇ ἄνω γαστρὶ, καὶ πνεύματος αὐτὴν πληρῶν. ὅ γε μὴν, [8] ἄνευ τοῦ γλυκὺς εἶναι μέλας οἶνος αὐστηρὸς, εἰς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα χρήσιμος, ὅταν ἤτοι πλείω τοῦ προσήκοντος ὑπέρχηται κατ' αὐτὴν, ἢ ξυσματώδη· τὰ τοιαῦτα γὰρ ἐπιτήδειός ἐστιν, ὥσπερ γε καὶ ὁ λευκὸς οἶνος ὁ αὐστηρὸς, ὅσα τἆλλα φάρμακα στύφοντα. πρὸς δὴ ταῦτά φησι καὶ τὸν κιῤῥὸν οἶνον ἁρμόττειν, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα λέγων τὸν κιῤῥὸν, ἀλλὰ τὸν αὐστηρὸν κιῤῥόν· ἐπ' ἀμφοτέρων γὰρ ἀκούειν γε χρὴ τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως εἰρημένον οὕτως· κιῤῥῷ δ' ἂν οἴνῳ καὶ μέλανι τοῖς αὐστηροῖς ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν εἰς τάδε ἂν χρήσαιο. διττὸς γὰρ ὁ κιῤῥὸς, ὥσπερ καὶ ὁ μέλας, ὁ μὲν γλυκὺς, ὁ δὲ αὐστηρός· ὄντος καὶ τρίτου παρ' ἑκάτερον, ἐξ ἐπιμιξίας ἀμφοτέρων τῶν ποιοτήτων. ἀλλ' ὅ γε μίαν ἔχων ποιότητα, διττὸς μὲν ἑκατέρα χρόα, κεφαλῆς δὲ καὶ γνώμης ὁ κιῤῥὸς μᾶλλον ἅπτεται, διότι καὶ θερμότερός ἐστι τοῦ μέλανος· τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ καὶ τοὺς πυρετοὺς αὐξάνει, τούτοις γὰρ ἐπιτήδειοι μόνοι τῶν οἴνων εἰσὶν οἱ ὑδατώδεις. εἰκότως οὖν ἐκώλυσε χρῆσθαι τοῖς αὐστηροῖς οἴνοις, εἴτε κιῤῥοὶ τὴν χρόαν, εἴτε μέλανές εἰσιν, ἔν τε ταῖς καρηβαρίαις καὶ ταῖς βλάβαις τῶν φρενῶν, τουτέστιν ὅπου ὁ πυρετὸς αὐτῶν ἥπτατο. καὶ πρὸς ἔτι γε κἀκείναις τῶν κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονα νοσημάτων, ἐν οἷς ἴσχεται τὸ πτύελον, ἀνεπιτηδείους τοὺς τοιούτους οἴνους εἶναι φησί, καὶ τῶν οὔρων ἐπεχομένων, διὰ τὸ πάχος δηλονότι καὶ τὴν στύψιν.

Τὸν μὲν ἀκρατέστερον οἶνον τοῖς ἐντέροις μᾶλλον ἐπιτήδειον εἶναι, τῇ δὲ κεφαλῇ, καὶ τῷ θώρακι, καὶ τοῖς νεφροῖς βλαβερώτερον· τὸν λευκὸν ὀλιγοφόρον οἶνον τοῖς πυρέττουσιν ἐπιτηδειότατον εἶναι. τοὺς μὲν λεπτοὺς οἴνους ἐν τοῖς εὐκράτοις χωρίοις, τοὺς παχεῖς δὲ ἐν τοῖς θερμοῖς γεννᾶσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ η'.

Προξυνιέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα καὶ τὰ κατὰ τὴν κύστιν, ἧσσον βλάψει, ἢν ὑδαρέστερος ᾖ· τὰ δὲ κατ' ἔντερον καὶ μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρητέστερος ᾖ.

A sputorum. Has autem bonas ait coniecturas esse, id est notas, facultatis vinorum.

De vini fului, & nigri austeri facultatibus; fuluum vinum calidius esse altero, & febres augere, & mentem ferire magis. Quibus in morbis vinum austerum prohibeatur.

TEXTVS HIPPOCRATIS 7.

Fvluo autem vino, & nigro austero in his morbis ad hæc vteris, si capitis grauitas non affuerit, neque mentis perculsio, neque sputum ab ascensu prohibeatur, neque vrina supprimatur, sed deiectiones humentiores, & ramentosiores fuerint. In his sanè ex albo mutationem facere decuerit, & quæcunque his similia existunt.

COMMENTARIVS GALENI.

Dvlce quidẽ vinum statim & nigrum existit; non tamen nigrum omne quamprimùm & dulce. Imo ex his quædam austera sunt, qualia C apud nos in Asia prope Pergamum, & in Perperine, & Ægis. Quod autem in Cilicia est Anabates, & austerum simul & dulce existit, qualitatibus constans contrariis, idcircò & prauum est, neque distribuitur, neque descendit, sed diutiùs in ventre superiore permanet, atque ipsum inflat. At quod citra dulcedinem nigrum austerum est, id ventri vtile existit, quando vel plura iusto per ipsum subeunt, vel ramentosa; tunc enim idoneum est; sicuti & vinum album austerum, & quæcunque alia medicamenta astringentia. His autem & fuluum vinum congruere ait, non D omne simpliciter fuluum affirmans, sed fuluum austerum. Nam de vtrisque te intelligere oportet, quod in principio dictionis existit, quâ ita dicitur, *Fuluo autem vino & nigro austeris, in his morbis ad hæc vteris.* Duplex enim fuluum, vt & nigrum; aliud quidem dulce, aliud verò austerum. Atque quum tertium præter vtrunque existat, ex vtriusque qualitatis permixtione constans, attamen quod vnâ est præditum qualitate, id colore vtroque duplex existit. Caput autem & mentem fuluum magis ferit, quòd & calidius nigro existat. Febres quoque ratione eâdem au-E get; his enim idonea sola vina sunt, quæ aquosa sunt. Meritò igitur vinis austeris vtendum prohibuit, siue ea colore fulua, siue nigra fuerint, in capitis grauitatibus, & mentis læsione, vbi nimirùm febris ipsam percusserit; atque ampliùs in thoracis pulmonisque morbis, in quibus sputum retinetur, vina huiusmodi non idonea esse ait, atque quum vrinæ supprimuntur, propter crassitiem videlicet & astrictionem.

F Vinum quidem meracius intestinis magis idoneum esse; capiti verò, thoraci, ac renibus magis noxium. Album vinum aquosum febricitantibus maximè idoneum esse: tenuia vina temperatis in regionibus, crassa verò in calidis produci.

TEXTVS HIPPOCRATIS 8.

At insuper nosse oportet, si dilutius vinum fuerit, superiores quidem partes, & quæ circa vesicam sunt, minùs lædere; si verò meracius, ijs quæ circa intestina sunt, magis prodesse.

COMMENT.

COMMENTARIVS GALENI.

VInum meracius, vt dixit, intestinis magis conuenit. Meritò igitur ipsa iuuat astrictionis ratione, ob quam omnino iuuandi facultatem habet. Verùm hancce astrictionem exoluit, aquâ temperatum, atque eam ob rem ipsa minùs iuuat. Quo autem modo hæc iuuat magis astrictionis ratione, quum meracius fuerit, sic thoracem, caputque magis lædit; hæc autem sunt, quæ manifestauit, inquiens, *superiores quidem omnes partes lædit.* Lædit quoque & corpora, quæ per vrinas expurgari debent. Nam austerum vinum excretiones omnes cohibet. De vinis hæc loquutus Hippocrates, continuò ad aquam mulsam transit, cæteris quidem propè omnibus de vino demonstratis, sed prætermisso vno, quod non absoluit, & ego obiter percurri; quod vinum febrientibus maximè idoneum aquosum sit. Est autem hoc, album colore, consistentiâ tenue, nullam earum, quæ cæteris vinis insunt, habens qualitatem, neque austeritatem, neque acerbitatem, neque dulcedinem, neque acrimoniam, neque odorem. Huic enim vino omnium vinorum soli, vt tum aquæ, tum vini mala effugeret, datum. Prodeunt autem talia in vnaquâque gente aliqua. In Italia imbecillum Sabinum, quod febrientibus exhibent. In Asia & Titacazenum & Tibinum. Sed vini huius notas vbi intellexeris, talia facilè in qualibet gente vina reperies, in quibus regionibus & valdè tenuia, & aquosa vina producuntur. Ego verò reperi talia vina in Cilicia, Phœnicia, Palæstina, Scyro, & Creta. Imò, vt retuli, in regionibus vidi omnibus, & quod mirum magis sit, in Æypto. Crassa siquidem vina, & odore prædita, & vehementissima in feruidis progignuntur regionibus. In Italia verò, & Bythynia, & Asia, multa produci aquosa, nihil mirum est. Sed quæret aliquis, quare Hippocrates in antecedente dictione peculiarem de his vinis prætermisit sermonem, quum febrientibus, quàm cætera omnia, sint minùs noxia. Neque enim est dicendum, quòd tale vinum ignoraret. Is enim paulò pòst in melicrati narratione hæc scribit. Cæterùm vino *albo* tenui, paucifero, & inodoro quodam modo robustius est, & quodam modo imbecillius. Hæc ait Hippocrates, vino *albo*, tenui, & paucifero, id est, parùm aquæ ferenti, & inodoro, melicratum comparans. Vini igitur vinosi notas, tum conspicuè, tum accuratè vbi recensuisset, quonam pacto tum caput, tum mentem feriat; de aquoso ipsi contrario disciplinam sufficientem esse existimauit, quum contraria ipsi inesse ratiocinari possimus.

De aquæ mulsæ vsu in morbis acutis; & quòd ea tum picrocholis, tum megalosplanchnis non sit idonea: & qui sint megalosplanchni.

TEXTVS HIPPOCRATIS 9.

AT quæ potui datur mulsa per totũ morbum in acutis morbis, tum amarâ bile redundantibus

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ο ἀκρατέστερος οἶνος, ὡς εἴρηκε, τοῖς κατ' ἔντερον μᾶλλον ἐπιτήδειός ἐστιν. εἰκότως οὖν ὀνίνησιν αὐτὰ τῷ λόγῳ τῆς στύψεως, δι' ἣν καὶ τὸ βοηθεῖν ὅλως εἶχεν· ἀλλὰ ταύτην γε τὴν στύψιν ἐκλύει κεραννύμενος ὕδατι, καὶ διὰ τοῦτο ἧττον ὀνίνησιν αὐτά. καθάπερ δὲ ταῦτα μᾶλλον ὀνίνησι τῷ λόγῳ τῆς στύψεως, ὅταν ἀκρατέστερος ᾖ, οὕτω τὰ κατὰ θώρακα καὶ κεφαλὴν μᾶλλον βλάπτει· ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ ἐδήλωσεν, εἰπών, τὰ μὲν ἄνω βλάπτει πάντα. βλάπτει δὲ καὶ τὰ δεόμενα δι' οὔρων ἐκκαθαίρεσθαι τὰ σώματα· πασῶν γὰρ τῶν ἐκκρίσεων ἐφεκτικός ἐστιν ὁ αὐστηρὸς οἶνος. Ταῦτα περὶ οἴνων ὁ Ἱπποκράτης εἰπών, εὐθὺς ἐπὶ μελίκρατον μεταβαίνει, τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν ἅπαντα τὰ περὶ τῶν οἴνων δείξας, ἓν δὲ παραλιπὼν ἀνεξέργαστον, ὃ νῦν διῆλθον ἐγὼ κατὰ τὸ πάρεργον· ὅτι τοῖς πυρέττουσιν οἶνος ἐπιτηδειότατός ἐστιν ὁ ὑδατώδης. ἔστι δ' οὗτος, ὁ λευκὸς μὲν τὴν χρόαν, λεπτὸς δὲ τὴν σύστασιν, ἐπιφανῆ μηδεμίαν ἔχων ποιότητα τῶν τοῖς ἄλλοις οἴνοις ὑπαρχουσῶν, μήτ' αὐστηρότητα, μήτε στρυφνότητα, μήτε γλυκύτητα, μήτε δριμύτητα, μήτ' ὀσμήν· τῷ γὰρ τοιούτῳ, καὶ τὰς τοῦ ὕδατος κακίας, καὶ τὰς τοῦ οἴνου ἐκπεφευγέναι μόνῳ τῶν πάντων οἴνων ὑπάρχει. γίνονται δὲ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἔνιοι τοιοῦτοι, κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν ὁ ἄτονος Σαβῖνος, ὃν καὶ διδόασι τοῖς πυρέττουσιν· ἐν Ἀσίᾳ δὲ ὅ,τε Τιτακαζηνὸς καὶ ὁ Τιβῖνος. ἀκηκοὼς δὲ αὐτοῦ τὰ γνωρίσματα, ῥᾳδίως εὑρήσεις καθ' ἕκαστον ἔθνος οἴνους τοιούτους, ἐν οἷς χωρίοις πάνυ τι λεπτοὶ καὶ ὑδατώδεις οἶνοι γίγνονται· ἐγὼ γοῦν καὶ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην, καὶ Σκῦρον, καὶ Κρήτην εὗρον οἴνους τοιούτους· ἀλλ' ὅμως ὅπερ εἴρηκα, καὶ κατὰ πάντα τὰ χωρία τεθέαμαι, καὶ τό γε θαυμαστότερον, ὅτι καὶ κατ' Αἴγυπτον· παχεῖς γὰρ οἶνοι καὶ ὀσμὴν ἔχοντες, καὶ ἰσχυροὶ σφόδρα ἐν τοῖς θερμοῖς χωρίοις γίνονται· κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, καὶ Βιθυνίαν, καὶ τὴν Ἀσίαν, θαυμαστὸν οὐδέν ἐστι, πολλοὺς ὑδατώδεις γίνεσθαι. ζητήσει δ' ἄν τις, διὰ τί παρέλιπεν ὁ Ἱπποκράτης ἰδίᾳ περὶ τῶν τοιούτων οἴνων ἐν τῷ διηνυσμένῳ λόγῳ, καίτοιγε ἀλυποτέρων ὄντων τοῖς πυρέττουσιν, ἤπερ οἱ ἄλλοι πάντες. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτ' ἔστιν εἰπεῖν, ὡς ἠγνόει τὸν τοιοῦτον οἶνον· αὐτὸς γοῦν ὀλίγον ὕστερον ἐν τῷ τοῦ μελικράτου λόγῳ τάδε γράφει· ἀτὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ δὲ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόσμου, ἐνίῃ μὲν ἰσχυρότερον, ἐνίῃ δὲ καὶ ἀσθενέστερον. ταῦτ' εἶπε παραβάλλων τὸ μελίκρατον οἴνῳ λεπτῷ καὶ ὀλιγοφόρῳ, τουτέστιν ὀλίγον ὕδωρ φέροντι, καὶ ἀνόσμῳ. σαφῶς γοῦν καὶ ἀκριβῶς εἰπὼν τὰ γνωρίσματα τοῦ οἰνώδεος οἴνου, καὶ διελθών, ὡς καὶ κεφαλῆς ἅπτοιτο καὶ φρενῶν, ἱκανὴν ἐνόμισεν εἶναι καὶ περὶ τοῦ ἐναντίου αὐτῷ τοῦ ὑδατώδεος, τὴν διδασκαλίαν, ἡμῶν δυναμένων λογίσασθαι τὰ ἐναντία ὑπάρχειν αὐτῷ.

Περὶ τῆς τοῦ μελικράτου ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι χρήσεως· καὶ ὅτι οὔτε τοῖς πικροχόλοις τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοις ἧσσον ἐπιτήδειος· καὶ τίνες οἱ μεγαλόσπλαγχνοι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ θ.

ΜΕλίκρητον δὲ πινόμενον διὰ πάσης τῆς νούσου ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι, τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖς πικροχόλοισι

καὶ μεγαλοσπλάγχνοισιν ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισίν ἐστι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟ, διὰ πάσης τῆς νόσου, δηλωτικόν ἐστι τοῦ τὸν λόγον αὐτῷ γίγνεσθαι περὶ τῶν νοσημάτων ἐκείνων, ἐφ' ὧν ἐδίδαξεν ἀνεπιτήδειον εἶναι τρέφειν χυλῷ, πρὸ τοῦ τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου παρελθεῖν. εἰ γὰρ μήτε τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονά τι νοσημάτων εἴη, πυρέττοντος τοῦ κάμνοντος ὀξέως, ἥ τε δύναμις ἰσχυρὰ, καὶ περαιτέρω τῆς πέμπτης ἡ νόσος οὐ μέλλει γενήσεσθαι, μελίκρατον αὔταρκές ἐστι μόνον πινόμενον ἐξαρκέσαι ποιῆσαι τὸν κάμνοντα. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἅπασιν ἐπιτηδειότατόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις νοσήμασι τὸ μελίκρατον, ἧττον δὲ τοῖς πικροχόλοις ὠφέλιμον· ἐκχολοῦται γὰρ ἐν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ φθάσῃ διεξελθεῖν ἢ καὶ ἔντερον, ἢ κύστιν, ὡς εἴγε διεξέλθοι, πρὸς [12] τῷ μὴ βλάψαι μηδὲν, ὀνίνησι μέγιστα, συνυπάγεται γὰρ αὐτῷ χολώδη περιττώματα. συνεδείξατο γοῦν τῷ λόγῳ τῷδε, καὶ περὶ τῆς κράσεως αὐτοῦ· συμφέρει γὰρ αὐτοῦ ὑδαρέστερον ἐπὶ τῶν τοιούτων φύσεων δίδοσθαι τὸ μελίκρατον, ὅπως μήτε διψῶδες εἴη, μήτε χολοποιόν. ὥσπερ δὲ τοῖς πικροχόλοις, οὕτως καὶ τοῖς μεγαλοσπλάγχνοις οὐκ ἐπιτήδειον εἶναί φησιν αὐτό· μεγαλοσπλάγχνους δὲ νῦν εἶπεν, οὐχ οἷς φύσει μεγάλα σπλάγχνα εἰσὶν, ἀλλ' οἷς κατά τι πάθος εἰς ὄγκον ἤρθη σκιρρούμενα, καὶ φλεγμαίνοντα, καὶ οἰδισκόμενα. μοχθηρὸν γὰρ ἐν τούτοις γίγνεται, μὴ δυνάμενόν γε διεξέρχεσθαι ταχέως αὐτὰ, ἐκχολούμενόν τε ῥᾳδίως, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς φλεγμοναῖς διὰ πλῆθος τῆς θερμασίας, ὡς ἔν γε τοῖς ἄλλοις παρὰ φύσιν ὄγκοις ἧττόν ἐστι βλαβερόν.

Τὸ μελίκρατον τοῦ γλυκέος οἴνου ἧσσον διψῶδες εἶναι, καὶ τοῦ πνεύμονος μαλθακτικὸν, καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν, καὶ βηχὸς παρηγορικὸν, καὶ τὴν μετρίως τμητικήν τε καὶ σμηκτικὴν δύναμιν ἔχειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ι'.

ΔΙψῶδές γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου. πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι, καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν μετρίως, καὶ βηχὸς παρηγορικόν· ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ [13] μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΔΙὰ τί μὲν ἧττον οἴνου ἐστὶ γλυκέος διψῶδες, ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι, δεικνύντι καθ' ὅσον μὲν εἰσιν ἄμφω γλυκέα, κατὰ τοσοῦτον ἐκχολοῦσθαι ῥᾳδίως αὐτά· καθ' ὅσον δὲ λεπτότερόν τ' ἐστὶ καὶ ποριμώτερον, ὡς ἰέναι πάντη, τὸ μελίκρατον, κατὰ τοῦτο ἧττον αὐτὸ γίνεσθαι διψῶδες· ὡς εἴ γέ ποτε κατὰ τὴν γαστέρα μείνῃ χρόνῳ πλείονι, καὶ αὐτὸ διψῶδες οὐχ ἧττον ἔσται τοῦ γλυκέος οἴνου. τοῦτο μὲν αὐτὸ σπανίως συμβαίνει· τὸ δὲ θᾶττον οἴνου γλυκέος διεξέρχεσθαι τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἔντερον ἅπαν, ἔτι δὲ καὶ τὸ ἧπαρ ἄχρι νεφρῶν καὶ κύστεως, οὐ σπανίως, ἀλλὰ διὰ παντὸς ὑπάρχει τῷ μελικράτῳ. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἧττόν ἐστι διψῶδες τοῦ γλυκέος οἴνου· ὁ δὲ Ἱπποκράτης οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλ' ἑτέρως ταὐτὸν, ἐνδειξάμενος αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐξ ὧν ἐργάζεται κατὰ τὸν πνεύμονα· δῆλον γὰρ ὡς οὐκ ἂν εἰργάζετο ταῦτα, μὴ διεξερχόμενόν γε καὶ διαρρύπτον αὐτοῦ τὰς ὁδούς. πτυέλου δ' ἀναγωγὸν οὐχ ἁπλῶς εἶπε τὸ μελίκρατον,

A *prorsùs, tum quibus tument viscera, minùs quam non talibus est idonea.*

COMMENTARIVS GALENI.

ORatio hæc, *per totum morbum*, ostendit ipsum de iis intelligere morbis, in quibus cremore nutrire idoneum non esse demonstrauit, priusquàm ad morbi peruentum sit vigorem. Nam si æger acutâ febre laboret, neque tum in thorace, tum in pulmone fuerit morbus, viresque valuerint, & morbus quintum vltra diem sese propagaturus non sit, aqua mulsa epota abundè ægro sufficere potest. B Cæteris quidem omnibus in morbis huiusmodi est conuenientissima aqua mulsa; sed picrocholis minùs confert. Nam in ipsis bilescit, nisi priùs vel intestina, vel vesicam pertransierit; quæ si pertransierit, non solùm nihil lædit, verùm & maximè iuuat, nam secum biliosa deducit excrementa. Hac sanè etiam ratione temperamentum quoque ipsius demonstrauit. Nam in huiusmodi naturis, dilutior exhibita mulsa confert; neque enim hoc pacto siticulosa existit, neque bilem generat. Vt autem picrocholis, ita megalosplanchis hanc haudquaquam idoneam esse ait. C Megalosplanchnos nunc dixit non eos, quibus magna per naturam ipsam sunt viscera, sed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt in scirrhum, aut phlegmonen, aut œdema. Praua siquidem in his, quòd citò pertransire *viscera* ipsa non possit, & facilè bilescat, præsertimque in phlegmonis propter caloris magnitudinem; in cæteris autem, qui præter naturam sunt, tumoribus, minùs detrimenti affert.

D

Mulsam vino dulci minùs sitiferam esse, eamque pulmonem emollire, sputum educere, tusses mitigare, ac mediocri incidendi detergendique facultate præditam esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 10.

SItim tamen minùs, quàm dulce vinum, infert. Etenim pulmonem emollit, & sputum mediocriter educit, tussimque lenit. E *Habet nanque detergens quoddam, quod plusquàm par sit, sputum viscidum reddit.*

COMMENTARIVS GALENI.

CVr *aqua mulsa* minùs, quàm vinum dulce, sitifera sit, dixi anteà, quum vtraque quatenùs dulcia sunt, eatenùs facilè bilescere demonstrarem. Verùm, quòd tenuior sit magisque penetret, vt omnia subeat, mulsa, eâ ratione minùs vino dulci est siticulosa. Quare, si aliquando plusculo tempore in ventre manserit, tunc vino dulci non minùs siticulosa redditur; F quod raro contingit. Aqua verò mulsa, vino dulci citiùs ventrem intestinaque omnia penetrat; nec secus hepar adusque tum renes, tum vesicam, non rarò quidem, sed perpetuò. Ob hæc igitur vino dulci minùs siticulosa existit. Hippocrates idem, quanquàm non ita, sed modo alio, dixit, mulsæ facultatem ex iis quæ in pulmone facit, demonstrans. Nam quòd hæc non efficeret, nisi vias ipsius penetraret, abstergeretque, manifestũ est. At mulsam sputum educere nõ simpliciter dixit,

sed

A ſed *mediocriter* adſcripſit; neque enim valenter educit, vt oxymel, lenit ſanè, quo oxymel priuatur. Nam oxymel tuſſes excitat, tum irritans, tum aſperans, quatenùs vehementer detergit; mulſa verò & præſertim aquoſa, minimâ detergenti participat facultate. Vocatur autem huiuſmodi *facultas* etiam extergens, à qua & nunc Hippocrates nomen fecit σμηγματῶδες, de mulſa ita ſcribens, *habet etenim vim quandam extergendi.* Mediocri autem participare ipſam facultate huiuſmodi oſtendit, adijciens vocabulo huic σμηγματῶδες, vocabulum hoc τι; nempe, quibuſuis adiiciatur, paucitatem indicat. B Ergo pauca mulſæ abſtergendi vis, non quia abſtergendi vis eſt, ob id ſimplex, ſed quia pauca eſt. Ad glutinoſum ſiquidem ſputum, medicamentum vehementer abſtergens eſſe oportet, quod glutinoſum eum, qui bronchiis pulmonis inhæret, detergere poſſit humorem. Quòd ſiquis eiuſmodi in thoracis pulmoniſque medio aceruatus fuerit, iam & maior, vt probè ſpuatur, tum incidentis, tum detergentis facultatis eſt neceſſitas, quæ id à ſuccingente detergat, incidat, & tenuet; nam fieri non poteſt, C vt talis humor aliter per membranam viſcus ambientem, ad pulmonis bronchia transferatur. Non igitur bene eſt vſus dictione *Hippocrates*, quum huic orationi, *habet enim detergens quiddam*, quod ſubſequitur dictum adiecit, *quod pluſquàm par ſit viſcoſum reddit ſputum.* Nam melius erat dicere; habet enim detergens quiddam idque paucum mulſa, quod ſæpenumerò immoderatiùs viſcoſum fieri ſputum ſinit. Non enim ob mulſam glutinoſum fieri ſputum contingit, ſed id quidem ſputo huiuſmodi proprium ineſt; mulſa verò nil iuuat, ſed excre- D menti naturam talem permanere ſinit; quapropter melius dixiſſet, nihil glutinoſum ſputum iuuari, & non tale à mulſa fieri. Nam hoc verbum καταγλισχραίνειν, quod ab Hippocrate dicitur, ſputum à mulſa tale fieri, cum demonſtratione ſignificat.

ἀλλ' ὅτι μετρίως, προσέγραψε. τὸ γὰρ ἰσχυρῶς ἀνάγειν οὐκ ἔχει, καθάπερ τὸ ὀξύμελι· τό γε μὴν πρηυντικὸν ἔχει, μηδ' ὅλως ἔχοντος αὐτὸ τοῦ ὀξυμέλιτος· ἐπεγείρει γὰρ ἐκεῖνο τὰς βῆχας, ἐρεθίζον τε καὶ τραχῦνον, ἐκ τοῦ ῥύπτειν σφοδρῶς. μελικράτῳ δὲ καὶ μάλιστα τῷ ὑδαρεῖ, τῆς ῥυπτικῆς δυνάμεως ὀλιγίστης μέτεστιν· καλεῖται δ' ἡ τοιαύτη καὶ σμηκτική, καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἀπ' ἐκείνης ἐποιήσατο τὸ σμηγματῶδες ὄνομα, περὶ τοῦ μελικράτου γράψας, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι· μετρίως αὐτῷ μετεῖναι τῆς τοιαύτης δυνάμεως αἰνιξάμενος ἐκ τοῦ προσθεῖναι τῷ σμηγματῶδες, τό, τί, βραχύτητα δηλοῦν, οἷς ἂν οὕτω προσκέηται. τοῦτ' οὖν τὸ βραχὺ τοῦ μελικράτου σμηγματῶδες, οὐχ ὅτι σμηγματῶδες, διὰ τοῦτ' [14] ἄκρατον, ἀλλ' ὅτι βραχύ· δεῖ γὰρ ἐπὶ τοῦ γλίσχρου πτυέλου σφοδρῶς εἶναι σμηγματῶδες τὸ φάρμακον, ἀπορρύψαι δυνάμενον τὸν ἐνιζηκότα τοῖς βρόγχοις τοῦ πνεύμονος γλίσχρον χυμόν. εἰ δὲ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος εἴη τοιοῦτός τις ἠθροισμένος, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλόν ἐστι χρεία πρὸς τὸ καλῶς ἀναπτυσθῆναι, τμητικῆς τε καὶ σμηκτικῆς δυνάμεως, ἥτις καὶ ἀπορρύψει τε τοῦ προσεζωκότος αὐτό, καὶ διατέμνει, καὶ λεπτυνεῖ· μεταληφθῆναι γὰρ ἄλλως ἀδύνατόν ἐστι τὸ τοιοῦτον, διὰ τοῦ περιέχοντος ὑμένος τὸ σπλάγχνον ἐς τὰ βρόγχια τοῦ πνεύμονος. οὐ καλῶς οὖν ἐχρήσατο τῇ λέξει, προσθεὶς τῷ, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, τὸ ἐφεξῆς εἰρημένον, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον· ἄμεινον γὰρ ἦν εἰπεῖν, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι βραχὺ τὸ μελίκρατον, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου πολλάκις ἐπιτρέπει τῷ πτυέλῳ καταγλισχραίνεσθαι. οὐ γὰρ διὰ τὸ μελίκρατον συμβαίνει τῷ πτυέλῳ καταγλισχραίνεσθαι, ἀλλὰ τοῦτο μὲν οἰκεῖον ὑπάρχει τῷ γε τοιούτῳ πτυέλῳ, τὸ μελίκρατον δ' οὐδὲν ὀνίνησιν, ἀλλὰ διαμένειν ἐᾷ τὴν τοιαύτην φύσιν τοῦ περιττώματος. διὰ τοῦτ' οὖν ἄμεινον ἦν εἰπεῖν μηδὲν ὀνίνασθαι τὸ γλίσχρον πτύελον, οὐ γίνεσθαι τοιοῦτο ὑπὸ τοῦ μελικράτου· τὸ γὰρ καταγλισχραίνειν τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον, ἔμφασιν ἔχει τοῦ γίνεσθαι τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ μελικράτου τὸ πτύελον.

Mulſam diureticam eſſe; dulcia ventri & inteſtinis iucunda eſſe, ſed his, & viſceribus phlegmone obſeſſis ac febricitantibus noxia.

E

Τὸ μελίκρατον οὐρητικὸν εἶναι· τὰ γλυκέα τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς ἐντέροις ἡδέα εἶναι, τούτοις δὲ καὶ τοῖς σπλάγχνοις φλεγμαίνουσι, καὶ τοῖς πυρέττουσιν εἶναι βλαβερά.

TEXTVS HIPPOCRATIS II.

VRinas quoque mulſa vehementer ciet, ſiqua viſcerum affectio non prohibeat.

COMMENTARIVS GALENI.

MVlſam antè, quòd vias omnes quæ ventrem reneſque interiacent, facilè penetret, ciere vrinas à me dictum eſt; imò demonſtratum quoque eſt, vbi iecur malè afficitur, F ipſam potui non conuenire. Lienem præterea phlegmone obſeſſum lædit, atque multò magis inteſtina ac ventrem; nam citò igneſcens ob phlegmones calorem in bilem conuertitur. Quamprimùm enim ob dulcedinem melle delectantur viſcera, quemadmodùm & venter; proindéque tum citiùs, tum cumulatiùs eliciunt. Mel quoque & dulcia alia idem habere quis dixerit, atque vt ad ventrem, ita ad viſcera ſe habere. Venter autem his oblectari videtur. Etenim vbi ea deglutiuit, mani-

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ια'.

Ἔστι δὲ καὶ [11] οὐρητικὸν τὸ μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Λέλεκταί μοι καὶ πρόσθεν, ὅτι τῷ διεξέρχεσθαι ῥᾳδίως ἁπάσας τὰς μεταξὺ κοιλίας τε καὶ νεφρῶν ὁδούς, οὐρητικόν ἐστι τὸ μελίκρατον· ἐδείχθη δὲ καὶ ὅτι κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος, οὐ προσήκει πίνειν αὐτό· βλάπτει δὲ καὶ σπλῆνα φλεγμαίνοντα, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔντερά τε καὶ γαστέρα· ταχέως γὰρ ἐκπυρούμενον ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν φλεγμονὴν θερμασίας, εἰς χολὴν μεταβάλλει. τάχα γὰρ διὰ τὴν γλυκύτητα χαίρει τὰ σπλάγχνα τῷ μέλιτι, καθάπερ καὶ ἡ γαστήρ, ὥστε θᾶττόν τε καὶ [16] ἀθροώτερον ἐπισπᾶσθαι· καὶ γὰρ οὖν καὶ τἆλλα γλυκέα ταὐτὸν ἔχειν τούτῳ λογίσαιτ' ἄν τις [17] ὥσπερ πρὸς τὴν κοιλίαν, οὕτω καὶ πρὸς τὰ σπλάγχνα πεπονθέναι. φαίνεται δ' ἡ γαστὴρ ἥδεσθαι τούτοις· καὶ γὰρ μετὰ τὸ καταπίνειν αὐτά,

εὐφραινομένη

μέχρι

φανερῶς πῶς ἐστιν ἡδομένη πρὸς τῶν εἰλημμένων, ὥσπερ αὖ πάλιν ἀνιωμένη τοῖς τραχύνουσί τε καὶ πικροῖς, οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ λαμβάνεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ ληφθῆναι ἄχρι χρόνου τινός. ὅθεν οὐδὲ προσφέρεταί τις αὐτά, πλὴν εἴποτε ὡς φάρμακον, διὰ χυμοὺς παρὰ φύσιν ἠθροισμένους ἐν τῇ γαστρί· κατὰ φύσιν δὲ ἐχούσης, ἀνιαρὰ πάντα αὐτῇ τὰ τοιαῦτά ἐστιν, ἡδέα δὲ μόνα τὰ γλυκέα. καὶ μὲν δὴ κατὰ τὸν καλούμενον λαιμόν, ἐκ τῶν καταπινομένων γλυκέων ἡδονὴ μεγίστη γίνεται, τοῦ κατ᾽ αὐτὸ τὸ χωρίον σώματος οἰκείως ἔχοντος τῷ τοιούτῳ χυμῷ. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἔστι σῶμα καὶ τῆς γαστρὸς ὁ ἔνδον χιτών, ὥσπέρ γε καὶ ὁ τὴν γλῶτταν ἀμφιεννύς· ἀλλ᾽ ἐν ταύτῃ μὲν ἐνεργεστάτην ἔχει τὴν τῆς γλυκύτητος αἴσθησιν, ἐν δὲ τῷ λαιμῷ τὴν τῆς ἡδονῆς· αἴσθησις δὲ σαφὴς ἐν τῷ παραχρῆμα γίνεται καὶ ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρός, ἡδομένῳ τοῖς καταπινομένοις γλυκέσιν, ὅταν κατὰ φύσιν ἔχῃ τὸ ζῷον. οὕτως οὖν εἰκός ἐστι καὶ τὰ σπλάγχνα χαίρειν τῷ μὲν γλυκεῖ χυμῷ, ταχέως δ᾽ αὐτοῦ καὶ πλεῖστον ἐπισπώμενα, καθ᾽ ὃν μὲν ὑγιαίνει χρόνον, ἀπολαύειν τε καὶ τρέφεσθαι· καθ᾽ ὃν δὲ πυρετώδη τέ ἐστι, καὶ φλεγμαίνει, μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ χολῶδες αὐτόν. ὁρᾶται γοῦν καὶ τὰ καλούμενα συκωτὰ διὰ τῆς τῶν ἰσχάδων ἐδωδῆς, μέγιστά τε καὶ ἥδιστα γιγνόμενα, προφανῶς τοῦ ἥπατος εὐτροφοῦντος ἐπὶ τῇ τῶν γλυκέων ἐδωδῇ· ἀλλ᾽ ἐν ταῖς φλεγμοναῖς τε καὶ τοῖς πυρετοῖς, οὐκ εἰς εὐτροφίαν, ἀλλ᾽ εἰς χολῆς γένεσιν, ἡ τῶν τοιούτων προσφορὰ μεταβάλλεται, τοῦ μὲν πυρετώδους θερμοῦ πλεονάζοντος, ἐλλείποντος δὲ τοῦ κατὰ φύσιν, ὅπερ εὔκρατον ἦν.

Τὸ μελίκρατον τῶν χολωδῶν τε καὶ ἀφρωδῶν διαχωρητικώτερον κάτω, καὶ ἐν τοῖς χολώδεσι, καὶ τοῖς μεγαλοσπλάγχνοις, καὶ τοῖς πυρέττουσι μᾶλλον αὐτὰ γεννᾷν, καὶ τούτοις βλαβερὸν εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιβ΄.

ΚΑὶ [18] διαχωρητικώτερον δὲ κάτω τῶν χολωδέων, ἔστι μὲν ὅτε [19] καλῶν, ἔστι δ᾽ ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων· μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίνεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ,

ΑΝαμνησθῶμεν τῆς προειρημένης λέξεως, ἐν ᾗ παραβάλλων οἴνῳ γλυκεῖ τὸ μελίκρατον, ἔλεγε· διψῶδές γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου· καὶ νῦν οὖν πρὸς ἐκεῖνον εἶπε, διαχωρητικώτερον εἶναι κάτω. χολωδέων γὰρ δὴ καὶ ὁ γλυκὺς οἶνος διαχωρητικός, ἀλλὰ τό γε μελίκρατον, ἐνίοτε μὲν καλῶν τῶν χολωδέων ὑπακτικόν ἐστιν, ἐνίοτε δὲ μοχθηρῶν, ἅπερ ἐστὶν ἱκανῶς ἄκρατα χολώδη, τὰ πυρρὰν ἢ ξανθὴν ἔχοντα καὶ παχεῖαν χολήν. αὕτη τοίνυν ἀφρὸν προσλαμβάνει, πολλάκις μὲν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν καὶ τοῖς ἐν πυρὶ θερμαινομένοις σφοδρῶς ἀφρὸς ἐπανθεῖ· πολλάκις δὲ καὶ τοῖς κοπτομένοις ὑγροῖς ὑπὸ πνεύματος. τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον ὧν εἶπον, ὑπερβαλλούσης ἐστὶ θερμασίας γνώρισμα· τὸ δὲ δεύτερον, στενοχωρίας τῶν ὀργάνων καὶ ταραχῆς φυσώδους πνεύματος ἐναπειλημμένου, καὶ διέξοδον οὐ ῥᾳδίαν ἔχοντος. τοιαῦτα δ᾽ ὑπάγεται χολώδη τοὐπίπαν ἐν τοῖς συνεκτικοῖς πυρετοῖς, ἐφ᾽ ὧν ἐναντιωτάτη τε καὶ βλαβερωτάτη ἁπάντων σχεδόν ἐστιν ἡ τοῦ μελικράτου πόσις, ὥσπέρ γε καὶ τοὐναντίον, ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις ὕδατος ὠφελιμωτάτη.

A feste quodammodò ab assumptis delectatur; veluti è contrario ab asperantibus amarisque offenditur; neque solùm, quum assumuntur, verùm & vbi assumpta sunt, ad aliquod vsque tempus. Vnde nemo ea, nisi interdùm vice medicamenti, ob humores præter naturam collectos in ventre, ingerit. Vbi enim secundum naturam habuerit, iniucunda ipsi talia omnia sunt; iucunda autem sola, quæ dulcia existunt. Sanè in appellatâ gulâ maxima ex deuoratis dulcibus exoritur voluptas, corpore loci illius peculiare quiddam cum succo huiusmodi habente. B Id autem corpus ipsum est ventriculi interna tunica, vt & ea, quæ linguam ambit; verùm in lingua efficacissimum habet dulcedinis sensum, in gula autem voluptatis. Sensus verò manifestus continuò efficitur & in ventris ore, quod dulcibus assumptis delectatur, quum animal secundum naturam existit. Sic igitur viscera dulci gaudere succo, plurimúmque ipsius celeriter attrahentia, quandiù valent, frui alique; quum verò febriunt, & phlegmone obsidentur, in id quod biliosum est, dulcem succum conuertere par est. Videntur igitur, quæ C ficata ex carycarum esu appellantur, tum maxima, tum suauissima esse, iecore ipso, vt liquet, ex dulcium esu alimentum vberius accipiente; verùm in phlegmonis febribusque rerum huiusmodi ingestio non in probam alimoniam, sed in bilis generationem demigrat; febrilis siquidem calor exuperat; natiuus autem deficit, qui bene temperatus erat.

Mulsam biliosa ac spumosa alui excrementa subducere, ac in biliosis illa, megalosplanchnis, & febricitantibus magis generare, iisque nocere.

D TEXTVS HIPPOCRATIS 12.

SEd & biliosa excrementa magis subducit, interdùm quidem bona, interdùm verò magis quàm deceat colore saturata, ac spumantiora; idque biliosis magis, & megalosplanchnis contingit.

COMMENTARIVS GALENI.

REuocemus in memoriam prænunciatam dictionem, in qua mulsam vino dulci comparans, dicebat; *at sanè siticulosa minùs, quàm dulce vinum, existit*. E Nunc quoque mulsam ad vinum dulce comparans, *biliosa* alui excrementa deiicere magis pronunciauit. Nam & biliosa deiicere vinum dulce potest; verùm mulsa, biliosa quidem bona interdùm subducit; interdùm verò praua, quæ sincerè admodum biliosa existunt, bilem igneam, vel flauam habentia, crassamque. Ipsa igitur spumam accipit, sæpè quidem eâ ratione, quâ in rebus vehementer igne calescentibus spuma efflorescit; sæpè verò vt in iis, quæ à flatu agitantur, humidis. F Horum quæ protuli primum quidem caloris exuperantis nota est; secundum verò angustiæ instrumentorum, & agitationis flatulenti spiritûs interclusi, exitumque minimè liberum habentis. Biliosa autem huiusmodi omninò subducuntur in febribus syntecticis, quibus propè omnium aduersissima, nocentissimaque est mulsæ potio, quemadmodum & contrà potio aquæ frigidæ commodissima. Al-

uinum huiusmodi excrementum ait à mulsa magis generari, naturâ quidem biliosis, id est, immoderatè calidis, sed in iis morbis, quibus viscus aliquod phlegmone infestatur. Commune siquidem hoc nomē, peculiare nunc factum est eorum quæ inflammantur; non enim propter scirrhum, aut œdema febris incenditur. Ergo quòd in acutis morbis, de quibus ipsi sermo est, quum tumor in visceribus genitus fuerit, phlegmones symptoma sit, non œdematis aut scirrhi, constat. Hos & nunc megalosplanchnos appellauit.

De mulsa dilutiore ac meraciore; ac illam ad sputi eductionem, hanc verò ad deiectiones subducendas magis idoneam esse; meraciorem autem & biliosas, & spumosas deiectiones procreare, & febres augere; ac proinde mulsæ ptisanam in acutis præferendam esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 13.

At sputi quidem eductionem, ac pulmonis mollitionem dilutior mulsa magis efficit; spumosas verò deiectiones, & biliosas magis quàm deceat coloratas, magisque calidas, meraca mulsa quàm aquea magis ducit.

COMMENTARIVS GALENI.

Mel in acutis morbis bilescere, atque ob id nos lædere anteà dictum est; aquam præterea tardè penetrare, atque in hypochondriis diutiùs morari, atque ob eas res fugiendam. At quod ex vtrisque mixtum est, idoneum redditur, quando eâ constet temperaturâ, quâ aquæ plurimæ tantùm mellis permixtum fuerit, vt viam aquæ paret, & ad distributionem eam agat; his nanque ita temperatis, vrinæ faciliùs penetrabunt, celeriúsque sputum educetur. Quòd si mellis plurimùm admixtum fuerit, & sitim facit, & viscosum reddit sputum; ac propterea aquosior mulsa tum ad sputi eductionem, tum ad vrinarum transitum, idonea magis existit; meracior verò ad ventris deiectiones; nam quantò magis proritabit, tantò magis & velociùs subducet. Clysteribus ergo infusa, quò meracior, eò magis excretoria redditur. Causaque existit deiectionum tum abundè, hoc est, valdè biliosarum, tum spumosarum; talia siquidem trahere magis potest, quia intestina tum mordet, tum deterget. Adde quòd & in bilem flauam transiens, eâ occasione biliosorum excrementorum copiam simul adauget; vnde ipsius vsum non laudat *Hippocrates*. Declarat autem ex his adiectis, & magis quàm deceat sincerè biliosas. Nam μᾶλλον τοῦ καιροῦ dicere ipsi consuetum est, pro plus quàm conueniat. Spumosas item deiectiones, & in prognostico damnauit. Et κατακορέως, id est sincerè, biliosa, praua sunt; neque enim sincerè, neque merè, sed mediocriter ipsa talia esse oportet. Horum igitur tu memor, quum vel ex mulsa epota, vel etiam absque ipsa quis spumosa simul & sincerè biliosa deiecerit, febrem scieris esse syntecticam; atque ob id ab vsu mulsæ

A μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον διαχώρημά φησιν ὑπὸ τοῦ μελικράτου γίνεσθαι, τοῖς φύσει μὲν χολώδεσι, τουτέστι τοῖς θερμοῖς ἀμέτρως, ἐν δὲ ταῖς νόσοις φλεγμονὴν ἔχουσι κατά τι τῶν σπλάγχνων. τὸ γάρ τοι κοινὸν ὄνομα, νῦν ἴδιον ἐγένετο τῶν φλεγμαινόντων· οὐ γὰρ δὴ διὰ σκίρρον γε, ἢ οἴδημα, πυρετὸς ἐξάπτεται. πρόδηλον οὖν, ὅτι κατὰ τὰς ὀξείας νόσους, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος αὐτῷ ἐστιν, ὅταν ὄγκος ἐν σπλάγχνοις γένηται, φλεγμονῆς ἐστιν, οὐκ οἰδήματος ἢ σκίρρου τὸ σύμπτωμα· καὶ τούτους νῦν ὠνόμασε μεγαλοσπλάγχνους.

B

Περὶ μελικράτου ὑδαρεστέρου τε καὶ ἀκρατεστέρου· καὶ τὸ μὲν πρὸς τὴν τοῦ πτυέλου ἀναγωγήν, τὸ δὲ πρὸς τὴν τῶν διαχωρημάτων ὑπαγωγὴν μᾶλλον ἐπιτήδειον εἶναι· τὸ δὲ ἀκρατέστερον τὰ διαχωρήματα χολώδη τε καὶ ἀφρώδη ποιεῖν, καὶ τοὺς πυρετοὺς αὔξανειν, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ μελικράτου τὴν πτισάνην ἐν τοῖς ὀξέσι προκριτέαν εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιγʹ.

Πτυέλου μὲν οὖν ἀναγωγὴν καὶ πνεύμονος μάλθαξιν τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον· τὰ μέντοι
C ἀφρώδεα διαχωρήματα, καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμά, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Λέλεκται καὶ πρόσθεν, ὡς ἐκχολουμένου τοῦ μέλιτος ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις, καὶ κατὰ τοῦτο βλάπτοντος ἡμᾶς· βραδυπόρου δ' ὄντος τοῦ ὕδατος, καὶ μένοντος ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, καὶ διὰ τοῦτ' ὄντος φευκτοῦ· τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν ἐπιτήδειον γίνεται, κατὰ
D τὴν τοιαύτην κρᾶσιν συντιθέμενον, ὅταν ὕδατι πλείονι, μέλιτος μιχθῇ τοσοῦτον, ὡς ὁδοποιεῖν τε καὶ πρὸς τὴν ἀνάδοσιν ἄγειν αὐτό. τά τε γὰρ οὖρα ποριμώτερα γίνεται, καὶ ἡ τῶν πτυέλων ἀναγωγὴ θᾶττον, οὕτω κερασθέντων αὐτῶν. εἰ δὲ πολὺ τοῦ μέλιτος μιχθείη, δίψαν τε ποιεῖ καὶ γλισχραίνει τὸ πτύελον. καὶ διὰ ταῦτα μὲν ἐπιτηδειότερόν ἐστι τὸ ὑδαρέστερον μελίκρατον, εἴς τε τὴν τῶν πτυέλων ἀναγωγήν, καὶ τὴν τῶν οὔρων διέξοδον· τὸ δ' ἀκρατέστερον, εἰς τὰς τῆς γαστρὸς ὑποχωρήσεις· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐρεθιστι-
E κώτερον ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλόν τε καὶ θᾶττον αὐτὴν ὑπάγει. καὶ διὰ τῶν κλυστήρων δὲ ἐνιέμενον, ὅσῳπερ ἂν ἀκρατέστερον ᾖ, τοσοῦτον μᾶλλον ἐκκριτικὸν γίνεται τὸ τοιοῦτον· καὶ τῶν κατακορέως χολωδῶν, τουτέστι τῶν ἱκανῶς τοιούτων, καὶ τῶν ἀφρωδῶν διαχωρημάτων αἴτιον ὑπάρχει· τὸ γὰρ ἐπισπᾶσθαι τὰ τοιαῦτα, μᾶλλον ἔχει τῷ δάκνειν τε καὶ ῥύπτειν τὸ ἔντερον· ἔτι δὲ καὶ αὐτὸ μεταβάλλον εἰς χολὴν ξανθήν, συναύξει καὶ κατὰ τοῦτο τῶν χολωδῶν διαχωρημάτων τὸ πλῆθος, ὅθεν οὐδ' ἐπαινεῖ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. δηλοῖ δὲ
F ἐκ τοῦ προσθεῖναι, καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα· τὸ γὰρ μᾶλλον τοῦ καιροῦ, σύνηθες αὐτῷ λέγειν, ἀντὶ τοῦ μᾶλλον τοῦ προσήκοντος. τὸ δ' ἀφρῶδες διαχώρημα, καὶ κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἐμέμψατο· καὶ τὰ κατακορέως δὲ, τουτέστιν ἀκράτως χολώδη, μοχθηρά· χρὴ γὰρ οὐ κατακορέως, οὐδ' ἀκράτως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὰ τοιαῦτα εἶναι. μεμνημένος οὖν καὶ σὺ τούτων, ὅταν ἤτοι μελικράτου ποθέντος, ἢ καὶ χωρὶς αὐτοῦ, διαχωρῇ τις ἀφρώδη τε ἅμα καὶ κατακορέως χολώδη, συνεκτικὸν εἶναι τὸν πυρετὸν ἴσθι, καὶ διὰ τοῦτο ἀφίστασο τῆς τοῦ μελικράτου χρήσεως.

ἐπὶ δὲ τῆς πτισάνης ἥκε χυλὸν, ἐπιτηρῶν ἰδεῖν τι γνώρισμα κἂν βραχὺ, διὰ τῶν οὔρων, τῆς τοῦ νοσήματος πέψεως· ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ καιρῷ διδοὺς καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, ὀνήσεις μέγιστα.

abstineto, atque in ptisanæ cremorem deuenito, obseruans vt aliquod signum, licet exiguum, coctionis morbi ex vrinis videas. Nam si tunc frigidam aquam dederis, maximo eris præsidio.

Τὰ κατακορῶς χολώδη τε καὶ ἀφρώδη διαχωρήματα μέγα βλάπτειν, καὶ ὑποχονδρίων καύματα κινεῖν, καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελῶν ποιεῖν, καὶ ἐντέρων καὶ ἕδρας ἑλκωτικὰ εἶναι, καὶ δυσεντερίαν ἐπάγειν.

Merè biliosas ac spumosas deiectiones magnoperè oblædere, hypochondriorum ardores excitare, partium iactationem efficere, intestina & sedem vlcerare, ac dysenteriam adducere.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιδ'.

Τὸ δὲ τοιοῦτον διαχώρημα, ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα (οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβέννυσιν, ἀλλ' ὁρμᾷ· δυσφορίην τε καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει) ἑλκῶδες δ' ἐστὶ καὶ ἐντέρου καὶ ἕδρης· ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται.

TEXTVS HIPPOCRATIS 14.

Talis autem deiectio habet quidem alia quoq; magna nocumenta. Neque enim hypochondriorum ardorem extinguit, sed concitat; grauem molestamq; membrorũ iactationem facit; verùm intestina ac sedem exulcerat; sed horũ auxilia scribentur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Σύνηθες αὐτῷ τὰς βλάβας σίνεα λέγειν, ὡς κἂν τῷ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων ἐδείχθη· καὶ γὰρ τὸ σίνεσθαι λέγουσιν οἱ Ἴωνες, ἀντὶ τοῦ βλάπτεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὰ βλαβερὰ σινόμωρα πολλάκις αὐτὸς ὠνόμασε. μεγάλας οὖν βλάβας ἔχειν φησὶ τὸ προειρημένον διαχώρημα, τουτέστι, τὸ κατακορὲς χολῶδες ἅμα τῷ καὶ ἀφρῶδες εἶναι. σύνηθες δ' αὐτῷ πολλάκις ἐπὶ τῶν σημείων χρῆσθαι ταῖς τῶν αἰτίων τε καὶ βλαπτομένων σωμάτων φωναῖς· τὸ γοῦν τοιόνδε διαχώρημα, κάλλιον ἦν εἰπεῖν σημαίνειν, ἀλλ' ἔχειν εἶπε· καίτοι τὰ μὲν πεπονθότα σώματα τὰς βλάβας ἴσχει, τὰ δ' αἴτια ποιεῖ, τὰ δὲ σημεῖα δηλοῖ. τίνα γε μὴν ἐστὶν ἃ συμβαίνει πρὸς τῶν εἰρημένων διαχωρημάτων σίνεα, παρ' αὐτοῦ ἄκουε λέγοντος· οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβέννυσιν, ἀλλ' ὁρμᾷ. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ πολλάκις ἡ τῶν χολωδῶν ὑποχώρησις αὐτίκα σβέννυσι τὸ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα· διὰ τοῦτ' οὖν ἐπὶ τῶν κακοηθῶν χολωδῶν προσέθηκεν, ὅτι μὴ σβέννυται, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν αὐξάνεται τοῖς τὰ τοιαῦτα διαχωροῦσι, καὶ οὐ παύεται τὸ καῦμα ἐκ τῶν ὑποχονδρίων, ἀλλὰ καὶ σφοδρότερον γίγνεται, καὶ ῥιπτάζονται, τουτέστιν ἄσην τε καὶ δυσφορίαν ἔχουσιν, ἐπειδὴ τῆς ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις διαθέσεως φλογώδους, τὰ τοιαῦτα διαχωρήματα, συμπτώματα· καὶ μέντοι καὶ ὅτι κατὰ τὴν τῶν ἐντέρων διέξοδον ἡ δριμύτης αὐτῶν ξυσματώδη διάθεσιν ἐργάζεται. ταύτης μὲν οὖν τῆς διαθέσεως αἴτια γίγνεται τὰ κατακορῆ χολώδη, τῆς δ' ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, σημεῖα· ὅ γε μὴν Ἱπποκράτης, ὡς ἔφην, εἴωθεν ἐνίοτε καὶ τοῖς τῶν αἰτίων ἐνδεικτικοῖς ῥήμασιν ἐπὶ τῶν σημείων χρῆσθαι. Ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται. Ὅτι προήρηται καθ' ἕκαστον εἶδος νοσήματος ἰάματα γράψαι, καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδήλωσε, καὶ νῦν οὐχ ἧττον. εἰ δ' ἐστὶν Ἱπποκράτους ἄξια τὰ προσκείμενα τῷδε τῷ βιβλίῳ τὰ μετὰ τὸ λουτρὸν, ὅσα τε ἐν τοῖς περὶ νόσων, ἢ περὶ παθῶν γέγραπται, κατὰ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν ἐπισκεψόμεθα.

COMMENTARIVS GALENI.

Ipsi consuetum est læsiones, nocumenta dicere, vt & in libris de fracturis, & articulis demonstratum est; nam *σίνειν nocere* Iones dicunt, pro *lædere*; imò & *noxia σινόμωρα* sæpenumerò appellauit. Magnas igitur læsiones habent (inquit) prædictæ deiectiones, id est, puræ biliosæ simul, & spumosæ. Consueuit autem sæpè Hippocrates inter signa, vocibus vti tum causarum, tum quæ læduntur corporum. Deiectiones ergo huiusmodi significare commodiùs dixisset, sed habere dixit; quanquàm corpora affecta læsiones habent, causæ faciunt, & signa indicant. Sed quænam sint quæ à dictis prouenniunt deiectionibus noxiæ, ab Hippocrate audi dicente. *Neque enim hypochondriorum extinguunt ardorem, sed concitant.* Hoc autem ideò dixit, quoniam sæpiùs biliosorum deiectio, hypochondriorum feruorem protinùs extinguit. Quare in malignis biliosis adiecit, quod talia excernentibus ipsis non extinguantur, sed omninò vice versâ augeantur. Neque ardor hypochondriorum sedatur, quin potiùs vehementior redditur, ac iactantur, hoc est, iactationem grauemque molestiam patiuntur; deiectiones siquidem huiusmodi inflammantis in hypochondriis affectionis symptomata existunt. Atque in intestinorum transitu ramentosam parit ipsorum acrimonia affectionem. Sanè affectionis huius merè biliosa causæ existunt; eius verò, quæ in hypochondriis existit, signa. Verùm Hippocrates, vt dixi, vocabulis causas indicantibus inter signa vti consueuit. *Sed horum auxilia scribentur.* Quòd morborum singulorum remedia se scripturum dixerit, tum anteà exposuit, tum & nunc non minùs. Verùm si quæ libro huic post sermonem de balneis adiecta sunt, digna Hippocrate existant, & quæ in libris de morbis, vel de affectionibus scripta sunt, ea inter exponendum considerabimus.

In

In morbis acutis syntecticis mulsam sorbitionibus ante crisin, si vires valeant, præferendam esse; aliàs cremorem hordei exhibendum.

TEXTVS HIPPOCRATIS 15.

SI igitur hisce in morbis, absque sorbitionibus aquâ mulsâ pro alio potu vtaris, multa feliciter cõsequêris, neq; in multis successu frustraberis. Verùm quibus danda sit, & quibus non danda, & quas ob causas non danda, maxima ex parte dictum est.

COMMENTARIVS GALENI.

DEclarauit & nunc manifestissimè, donec morbus iudicatus fuerit, solâ vti mulsâ consulens. Nam in solis syntecticis morbis, vel in quibus hominum vires ad morbi vsque iudicationem sufficere non possint, ad ptisanæ cremorem perueniemus. In aliis verò solâ cibare mulsâ melius est.

Mulsam damnari, quòd summè debilitet, ac perimat; hæc tria differre, mulsam vires imminuere, non nutrire, & parcè nutrire.

TEXTVS HIPPOCRATIS 16.

DAmnata verò est ab hominibus aqua mulsa, quòd ipsam bibentes deartuet, ac propterea mortem accelerare existimata est. Verùm id ob inediâ tabescentes dictum sit. Nonnulli enim solâ mulsâ in potu vtuntur, tanquàm nimirùm talis existat.

COMMENTARIVS GALENI.

DIcere, summè debilitari à mulsa, & mulsam nullo pacto nutrire, aut exiguè, idem non est; imò verò tria hæc inter se differunt. Nam quæ vires imminuunt, vt sanguinis eruptio, deiectio copiosa, sudor immoderatus, & per accidens inedia, iure debilitare dicuntur. At quæ nullomodò nutriunt, vt aqua, ea vires neque summè debilitare, neque roborare quispiam verè dixerit, nisi interdùm per accidens. Aqua siquidem non vt alimentum, ægrotantium vires recreat; sed vt medicamentum, ad temperamenti symmetriam quæ propter ipsius immoderationem imbecilla sunt, reducens. Tertio deinceps loco sunt, quæ exiguè nutriunt, quibus qui tantummodò vtitur, etiamsi interire possit, non tamen tanquàm vires imminuentibus, sed tanquàm eas non quod satis sit roborantibus. Ex his igitur est & mulsa. Nam si quis diebus quatuor cibo priuatus interire deberet, is mulsâ vsus non ad quintum modò, verùm quoque ad sextum peruenire posset. Hic autem sermo & de melle intelligitur. Nam mellis natura & mulsam ipsam inter modicè nutrientia facit. Nam humiditatem non solus Hippocrates, verùm quoque & medicorum probatissimi ferè omnes, cibi vehiculum, non cibum censuerunt. Hæc sanè eadem quæ nunc dicuntur, de mulsa, & melle scripsit non obscurè Hippocrates in sequentibus.

A Ἐν τοῖς νοσήμασιν ὀξέσι συντηκτικοῖς τὸ μελίκρατον τῶν ῥοφημάτων πρὸ τῆς κρίσεως, ἐὰν ἡ δύναμις ἰσχύῃ, προκριτέον εἶναι· ἄλλως δὲ τὸν πτισάνης χυλὸν δοτέον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιέ.

ΑΝευ μὲν οὖν ῥοφημάτων, μελικρήτῳ χρεόμενος ἀντ᾽ ἄλλου ποτοῦ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι, πολλὰ ἂν εὐτυχοίης, καὶ οὐκ ἂν πολλὰ [22] ἀτυχοίης· οἷσι
B δὲ δοτέον καὶ οἷσιν οὐ δοτέον, τὰ μέγιστα εἴρηται, καὶ δι᾽ ἃ οὐ δοτέον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΔήλωσε καὶ νῦν σαφέστατα, μέχρι τοῦ κριθῆναι τὸ νόσημα, μελικράτῳ μόνῳ χρῆσθαι συμβουλεύων. ἐν μόνοις γὰρ τοῖς συντηκτικοῖς νοσήμασιν, ἢ ἐφ᾽ ὧν ἀνθρώπων ἀδύνατόν ἐστιν ἐξαρκέσαι τὴν δύναμιν ἄχρι τῆς κρίσεως, ἐπὶ τὸν χυλὸν ἀφιξόμεθα· τὰ δ᾽ ἄλλα βέλτιον ἐπὶ
C μελικράτου μόνου διαιτᾶν.

Τὸ μελίκρατον καταγινώσκεσθαι, ὅτι καταγυιοῖ, καὶ ἀποκτείνει· καὶ τρία ταῦτα ἀλλήλων διαφέρειν, τὸ μελίκρατον καθαιρεῖν τὴν δύναμιν, καὶ τὸ μὴ τρέφειν, καὶ τὸ ὀλίγον τρέφειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιϛ΄.

ΚΑτέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, [23] ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας, καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται. ἐκλήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας· ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μόνῳ χρέονται ποτῷ,
D ὡς τοιουδε δῆθεν ἐόντος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥ ταὐτόν ἐστι καταγυιοῦσθαί τε λέγειν ὑπὸ μελικράτου, καὶ μηδ᾽ ὅλως τρέφειν, ἢ ὀλιγότροφον εἶναι τὸ μελίκρατον· ἀλλ᾽ ἐπεὶ τρία ταῦτα πράγματα, διαφέροντα ἀλλήλων ἐστί. τὰ μὲν γὰρ καθαιροῦντα τὴν δύναμιν, ὡς αἱμορραγία, καὶ διαχώρησις πολλὴ, καὶ ἱδρὼς ἄμετρός τε, καὶ κατά τι συμβεβηκὸς ἀσιτία, καταγυιοῦν εἰκότως ἂν λέγοιτο· τὰ δὲ μηδ᾽ ὅλως τρέφοντα, καθάπερ τὸ
E ὕδωρ, οὔτε καταγυιοῦν, οὔτε ῥωννύναι τὴν δύναμιν ἀληθῶς ἄν τις εἴποι, πλὴν κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτε· τὸ γὰρ ὕδωρ, οὐχ ὡς τροφὴ τὴν δύναμιν ἀνακτᾶται τῶν καμνόντων, ἀλλ᾽ ὡς φάρμακον εἰς συμμετρίαν κράσεως ἄγον τὰ διὰ τὴν ἀμετρίαν αὐτῆς ἀρρωστοῦντα. τρίτα πρὸς τούτοις τὰ βραχέως τρέφοντα· καὶ δύναιτο μὲν ἄν τις μόνοις αὐτοῖς χρώμενος ἀποθανεῖν, οὐ μὴν ὡς καθαιροῦσι τὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ ὡς οὐχ ἱκανῶς ῥωννύουσιν. ἐκ τούτων οὖν ἐστι καὶ τὸ μελίκρατον· εἰ γάρ τις ἐν τέσσαρσιν ἡμέραις ἀσιτήσας,
F [24] ἀποθνήσκειν μέλλει, δύναιτ᾽ ἂν οὗτος μελικράτῳ χρώμενος, οὐ μόνον εἰς τὴν ε΄. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ϛ΄. ἀφικέσθαι. [21] ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ μέλιτος· ἡ γὰρ τούτου φύσις ἐστὶν ἡ καὶ τὸ μελίκρατον ἐκ τῶν βραχέως τρεφόντων ἐργαζομένη· τὴν γὰρ ὑγρασίαν, τῆς τροφῆς ὄχημα, καὶ οὐ τροφὴν, οὐ μόνος ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ ἄριστοι τῶν ἰατρῶν ἀπεφήναντο. ταῦτ᾽ οὖν αὐτὰ τὰ νῦν εἰρημένα ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψε περὶ μελικράτου καὶ μέλιτος οὐκ ἀσαφῶς διὰ τῶν ἑξῆς.

A

Οὐκ ἀληθές ἐστιν, τοὺς ἀποκαρτεροῦντας διὰ τὸ μελικράτου μόνου πότημα ἢ ὕδατος ἀποθνήσκειν· ὅτι τὸ μελίκρατον ἰσχυρότερον τρέφει τὸ ἡψημένον, τὸ δὲ ὠμὸν ὑπακτικώτερόν ἐστι.

Verum non est, solius mulsæ, vt nec aquæ potu, ægrotos interire; aquam mulsam coctam valentius nutrire, crudam aluum soluere.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιζ'.

ΤΟ δ' οὐ παντάπασιν ὧδε ἔχει· ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον μοῦνον, ἢν μὴ ἐκταράσσῃ τὴν κοιλίην.

TEXTVS HIPPOCRATIS 17.

VErùm non prorsùs ita se res habet, sed si mulsa sola bibatur, aquâ quidem multò valentior existit, nisi aluum exturbarit.

B

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥ γὰρ παντάπασιν ἀληθές ἐστι, τὸ διὰ τὸ μελίκρατον ἀποθνήσκειν τοὺς ἀποκαρτεροῦντας· ἀπέθανον γὰρ ἄν, εἰ καὶ μόνον ὕδωρ ἔπινον· ἀλλ' ὅτι βραχεῖαν τροφὴν δίδωσι τῷ σώματι, διὰ τοῦτο μόνον μὲν ὂν οὐχ ἱκανόν ἐστι διαφυλάττειν τὴν ζωήν, ὥσπερ καὶ χυλῷ πτισάνης, εἴ τις ἐθέλοι ῥοφεῖν μόνης εἰσαεί. Ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον μοῦνον, εἰ μὴ ἐκταράσσει τὴν κοιλίην. ἐνδείκνυσθαι δοκεῖ διὰ τῆς ἰσχυρότερον φωνῆς, ὅτι ἔχειν τι καὶ τὸ ὕδωρ δύναται εἰς τὸ τρέφειν· ἐγχωρεῖ δέ, διὰ τὸ τὴν ξηρότητα τοῦ σώματος τῆς γαστρὸς ἐπιτέγγεσθαι, διαρκεῖν ἐπὶ πλέον τοὺς πίνοντας ὕδωρ τῶν μηδ' ὅλως προσφερομένων. ἀσφαλῶς δὲ προσέθηκεν, εἰ μὴ ταράσσει τὴν κοιλίην, ἐπὶ τοῦ μελικράτου τὸν λόγον ποιούμενος· ἐκείνους γὰρ δεόντως καὶ χείρονας ἑαυτῶν ἐργάζεται διὰ τὴν κένωσιν, οἷς ταράσσει τὴν κοιλίην· ἅμα καὶ τοῦ ταράττειν ῥήματος οὐ τὴν σύμμετρον ὑποχώρησιν, ἀλλὰ τὴν πλεονάζουσαν δηλοῦντος. εἰδέναι μέντοι χρή, τὸ μὲν ὠμὸν μελίκρατον ὑπακτικώτερον εἶναι, τὸ δὲ καλῶς ἡψημένον, τροφιμώτερον· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐγνώσθω σοι κατὰ τὸ πάρεργον, ἴδωμεν δὲ ἃ ἐφεξῆς γράφει παραβάλλων οἴνῳ μελίκρατον.

C

COMMENTARIVS GALENI.

NOn enim omninò verùm est, inediâ confectos propter mulsam mortem obire; moriuntur etenim, si quoque aquam solam biberint; sed quòd exiguam corpori præstet alimoniam, ob id sola vitam seruare non sufficit, quemadmodum etiam *accidit*, siquis ptisanæ cremorem solum perpetuò sorbeat. *Sed si mulsa bibatur sola, aquâ multò potentior est, nisi aluum exturbet.* Indicare videtur per hanc vocem, *potentior*, quòd & aqua aliquam nutriendi vim habeat. Euenit autem eò quòd corporis ventriculi ariditas irrigatur, vt diù qui aquam bibunt magis durent, quàm qui nihil assumunt. Securè autem, *nisi aluum perturbet*, addidit, de mulsa sermonem faciens; illos enim iure peius habere facit propter euacuationem, quibus aluum perturbat; simulque verbum id, *perturbat*, immoderatam significat excretionem, & non mediocrem. Scire quidem oportet, mulsam crudam aluum magis soluere, coctam autem, magis nutrire. Hoc autem obiter à te sit cognitum. Videamus autem, quæ deinceps scribit, vino mulsam comparans.

D

Τὸ μελίκρατον τοῦ οἴνου λευκοῦ, καὶ λεπτοῦ, καὶ ὀλιγοφόρου, καὶ ἀόσμου ἐνίοτε μὲν ἰσχυρότερον εἶναι, ἐνίοτε δὲ ἀσθενέστερον. τί οἶνος ὀλιγοφόρος τε καὶ πολυφόρος.

Mulsam vino albo, tenui, paucifero, ac inodoro interdùm valentiorem, ac interdùm imbecilliorem esse. Quid vinum pauciferum, ac multiferum.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιη'.

ΑΤὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ, καὶ λεπτοῦ, καὶ ὀλιγοφόρου, καὶ [25] ἀνόσμου, ᾗ μὲν ἰσχυρότερόν ἐστιν, ᾗ δὲ ἀσθενέστερον.

TEXTVS HIPPOCRATIS 18.

SEd & vino albo, tenui, paucifero, & inodoro, quodammodò validior est, & quodammodò imbecillior.

E

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΝιοι χωρὶς τοῦ, ἐστί, γράφουσι τὴν ῥῆσιν, οὕτως· ἀτὰρ καὶ οἴνου λεπτοῦ, καὶ ὀλιγοφόρου, καὶ ἀνόσμου, ᾗ μὲν ἰσχυρότερον, ᾗ δὲ ἀσθενέστερον. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ᾗ, τὸ ἔνῃ γράφουσιν οὕτως· ἀτὰρ καὶ οἴνου ὀλιγοφόρου, καὶ λεπτοῦ, καὶ ἀνόσμου, ἔνῃ μὲν ἰσχυρότερον, ἔνῃ δὲ ἀσθενέστερον. ἐξ ἁπάντων γε μὴν ἡ αὐτὴ δηλοῦται δύναμις καὶ ἔννοια, κατά τι μὲν λέγοντος ἰσχυρότερον εἶναι τὸ μελίκρατον τοῦ τοιούτου οἴνου, κατά τι δὲ ἀσθενέστερον. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπεμνήσθην οἴνου τοιούτου κατὰ τὸν περὶ τῶν οἴνων λόγον· ὁ δ' Ἱπποκράτης αὐτὸν ὥσπερ οὐκ εἰδὼς ἐσιώπησεν, ἀλλὰ νῦν γε σαφῶς ἐδίδαξε, τήν τε σύστασιν αὐτοῦ μηνύσας ἐκ τοῦ φάναι, λεπτοῦ, καὶ τὴν τῆς δυνάμεως ἀσθένειαν ἐκ τοῦ προσγράψαι, καὶ ὀλιγοφόρου·

F

COMMENTARIVS GALENI.

QVidam citra, *est*, dictionem ita scribunt. *Sed & vino albo, tenui, paucifero & inodoro, quodam modo validior, & quodam modo imbecillior.* Nonnulli pro quodam modo, legunt, interdùm, hoc modo; *sed & vino albo, tenui, paucifero, & inodoro, interdùm quidem validior, interdùm autem & imbecillior.* Sed certè ex omnibus vis eadem, atque idem intellectus declaratur; quum mulsam vino huiusmodi quadantenùs validiorem, & quadantenùs imbecilliorem dicat. Ego quidem memini vini huius in de vinis tractatione. Ipsum autem tanquàm nesciens Hippocrates subticuit; sed nunc quidem manifestè docuit, tum substantiam memorans hoc verbo, *tenui*, tum facultatis imbecillitatem, cum adiecit, *& paucifero.*

Vocatur

Vocatur siquidem pauciferum, quod vt bibatur, minimâ eget aquæ mixtione. Contrario nanque modo multiferum appellatur, quod vt probè temperetur, multam exigit aquam; æquiualenter dixeris, quod aquæ multùm ferre debet ad probè temperatam mixtionem. Quod verò pauciferum vinum appellatur, tum exolutum tum imbecillum & ad potum inutile redditur, si multâ dilueris aquâ. Atqui quæ in hoc vino est carentia odoris, ea imbecillitatis, frigiditatisque efficacissima existit nota, atque in hoc aquæ est assimile; quemadmodum vehementem habentium odorem efficacissimum id roboris signum. Vinum siquidem aquosum leuissimam in ligno vitis habuit transmutationem, leuissimam quoque & elementi terrei permixtionem, ita vt aqua sit, quæ tum paulum terreæ, calideque substantiæ assumpserit, participesve fuerit, tum leuissimâ in horum coniunctionem indiguerit confectione. Contrarium autem, tum vinosum, tum multiferum, neque à leui confectione tale efficitur, vt quod ab aqua longissimo recedat interuallo. Qua de causa insignem tum calorem, tum odorem consequutum est.

A καλεῖται γὰρ οὕτως ὁ τῆς ὕδατος μίξεως ὀλιγίστης χρῄζων εἰς τὸ [26] ποθῆναι. κατὰ τοὐναντίον γὰρ ὁ πολλοῦ δεόμενος ὕδατος εἰς εὐκρασίαν, ὀνομάζεται πολυφόρος, ἐν ἴσῳ τῷ πολὺ φέρειν ὕδατος [27] δεόμενος εἰς τὴν εὔκρατον μίξιν. ὁ δ' ὀλιγοφόρος οἶνος, ἔκλυτός τε καὶ ἀσθενὴς καὶ ἄχρηστος εἰς ποτὸν γίνεται, εἰ πλέονι κεράσεις ὕδατι. καὶ μὴν καὶ τὸ ἄοδμον αὐτοῦ μέγιστον γνώρισμα τῆς ἀσθενείας τε καὶ ψυχρότητός ἐστιν, ὕδατι καὶ κατὰ τοῦτο ἐοικώς· ὥσπερ γε καὶ τῶν ἰσχυρὰν ἐχόντων ὀσμὴν, μέγιστον τοῦτ' ἐστὶ τῆς ῥώμης σημεῖον. ὁ μὲν γὰρ ὑδατώδης οἶνος, ὀλιγίστην μὲν ἐν τῷ B ξύλῳ τῆς ἀμπέλου μεταβολὴν ἔσχηκεν, ὀλιγίστην δὲ καὶ τοῦ γεώδους στοιχείου τὴν μίξιν, ὥστε ὕδωρ εἶναι, βραχὺ γεώδους τε καὶ θερμῆς οὐσίας προσειληφὸς, ἢ μετειληφὸς, εἴς τε τὴν τούτων ἕνωσιν ὀλιγίστης κατεργασίας δεηθείς. ὁ δ' ἐναντίος, οἰνώδης τε καὶ πολυφόρος, οὐδ' ὑπὸ βραχείας κατεργασίας γίγνεται τοιοῦτος, ὡς ἂν ἐπὶ πλεῖστον ἀφιστάμενος ὕδατος· ἀξιόλογον δὲ διὰ τοῦτ' αὐτὸ τὴν θερμασίαν καὶ τὴν ὀδμὴν ἐπικτᾶται.

C

De mellis cum vino, & mulsæ cum diluto vino comparatione; & vini duplum epotum minùs quàm mellis simplum alere; & quomodo.

Περὶ τοῦ μέλιτος μετὰ τοῦ οἴνου, καὶ τοῦ μελικράτου μετὰ τοῦ ὑδαροῦς οἴνου παραβολῆς. καὶ ὅτι διπλάσιον μέτρον οἴνου πινόμενον, ἧττον τρέφει ἡμίσεος μέλιτος, καὶ πῶς.

TEXTVS HIPPOCRATIS 19.

MVltùm tamen differt tum vini, tum mellis meracitas, ad vtriusq; robur. Nam etiamsi duplam vini meraci mensuram quis biberit, aut tantum mellis delinxerit, tamen à solo melle multò validior fuerit, nisi aluum turbauerit. Nam & multò plus stercoris ipsi prodierit.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιθ'.

Μέγα μὲν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου ἀκρήτου πίνοι τις, ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλῷ ἂν δήπου ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος, μοῦνον εἰ D μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην· πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπριον διεξίοι ἂν αὐτέῳ.

COMMENTARIVS GALENI.

SI mulsæ, & non mellis dixisset, manifestior esset oratio. Nam de mulsa hucusque ipse disseruit, eamque vino nimirùm aquâ diluto comparauit, neque ipsam per se; sed vt iusta fieret comparatio, ob id sermonem suum ad mel vinumque reuocauit. Nonnulli autem in huiusmodi comparationibus non alios modò volentes, sed se ipsos quoque inuiti falsis rationibus decipiunt. Quidam verò meraciora purioraque experti, non puris solis, sed quouis modo temperatis illorum vires adaptant. Quemadmodùm alij rursùm aquosiora experti, ex illis de omnibus quoquo modo temperatis sententiam ferunt. Non ita tamen de rebus iudicium ferendum est. At si iustam facturus sis de ipsis comparationem, mulsam ad eorum quæ bibuntur vinorum temperaturam in aquæ permixtione, ita ex proportione existimabis, vt vinum non meracius, & mulsa aquosior fuerit. Sed quoniam in mixtione proportionem exactè seruare difficile est, ob id ad ea quæ verè immixta, & propriè pura vocantur, transtulit sermonem Hippocrates, vino nullomodò diluto mel ipsum comparans. Aitque duplum vini epotum minùs alere, quàm mellis simplum. Verùm quoniam plura vinorum genera existunt, non quæ vehementia sunt, caputque ferire ac deliria creare possunt, in hoc exprompsit sermone,

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Εἰ μελικράτου ἐλέλεκτο, καὶ μὴ μέλιτος, [28] ἦν ἂν σαφέστερον· ὁ γάρ τοι λόγος ἦν αὐτῷ μέχρι δεῦρο περὶ μελικράτου, καὶ τοῦτο παρέβαλεν οἴνῳ κεκραμένῳ, δηλονότι μεθ' ὕδατος, οὐκ αὐτὸ καθ' ἑαυτό· ἀλλ' ὅπως ἡ παραβολὴ δικαία γίγνοιτο, διὰ τοῦτο ἐπανήγαγε τὸν λόγον ἐπ' αὐτόν τε τὸν οἶνον καὶ τὸ μέλι. E παραλογίζονται δ' ἔνιοι κατὰ τὰς τοιαύτας παραβολὰς, οὐκ ἄλλους μόνον ἑκόντες, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἄκοντες· ἔνιοι δὲ πειραθέντες γοῦν τινων ἀκρατεστέρων, οὐ τοῖς ἀκράτοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ ὁπωσοῦν κεκραμένοις τὴν ἐπ' ἐκείνων προσάπτουσι δύναμιν· ὥσπερ αὖ πάλιν ἕτεροι πειραθέντες ὑδαρεστέρων, ἐξ ἐκείνων ὑπὲρ ἁπάντων ἀπεφήναντο τῶν ὁπωσοῦν κεκραμένων. οὐ μὴν οὕτως ἐχρῆν ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ [29] λογίσασθαι δεῖν ἀνάλογον τὸ μελίκρατον ἐν τῇ κράσει τῶν πινομένων οἴνων κατὰ τὴν τοῦ ὕδατος μίξιν, ὡς μὴ τὸν οἶνον ἀκρατέστερον εἶναι, τὸ δὲ μελίκρατον ὑδαρέστερον, εἰ μέλλεις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν παραβολὴν F αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ χαλεπόν ἐστι τὴν ἀναλογίαν ἀκριβῶς ἐν τῇ μίξει φυλάξαι, διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτὰ τὰ ὄντως ἄμικτα καὶ κυρίως ἄκρατα καλούμενα, μετήνεγκε τὸν λόγον ὁ Ἱπποκράτης, οἴνῳ μηδ' ὅλως κεκραμένῳ παραβάλλων τὸ μέλι· καί φησι διπλάσιον οἶνον πινόμενον, ἧττον τρέφειν ἁπλοῦ πλήθους μέλιτος. ἐπεὶ δὲ πλείω γένη τῶν οἴνων εἰσὶν, οὐ τοὺς ἰσχυροὺς καὶ κεφαλὴν πλῆξαι δυναμένους, καὶ παραφροσύνας ἐργάσασθαι, προεχείρισατο κατὰ

τὸ λόγον, ἀλλὰ τὸ ἀσθενῆ καὶ ὑδατώδη, καὶ τούτῳ παραβάλλων τὸ μέλι, τροφιμώτερον ἀπέδειξεν. ὅταν δὲ διπλασίῳ ὄγκῳ οἴνου ἀξιώσῃ μέλιτος ἥμισυ παραβάλλειν, οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι μόνον ἑκάτερον ὁ κάμνων αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ προσφερέσθω, μὴ μιγνὺς ὕδωρ· ἀλλ᾽ εἰ μετὰ τὸ μετρῆσαι τὸ πλῆθος ἑκατέρου, προσφέροιτο καθ᾽ ὅτι βούλοιτο, διαφέρει οὐδὲν ἧττον. δύναται γὰρ εἰ τύχοι, κύαθον ἕνα μέλιτος, ἢ καθ᾽ ἑαυτὸν λαμβάνειν, ἢ ὅσον βούλεται μιγνὺς ὕδατι προσφέρεσθαι, καὶ τοῦτο καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πίνειν· ἢ πάλιν οἴνου κυάθους δύο ἑκάστης ἡμέρας ὡς αὐτὸς βούλεται, κεραννὺς ὕδατι, προσφέρεσθαι. γνωσθήσεται γὰρ ἐκ τῆς τοιαύτης πείρας ἐπὶ πλέον τῶν ἀνθρώπων ὁμοίως ἐχόντων κατ᾽ ἄλλα, καὶ μέντοι καὶ μᾶλλον ἐφ᾽ ἑνὸς οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡ ἑκατέρου δύναμις ἀκριβής· εἰ γὰρ μὴ κατά τινα φύσεως ἰδιότητα ταράττοι τὴν γαστέρα τὸ μέλι, πλείοσιν ἡμέραις ἐξαρκέσουσιν οἱ τῷ μέλιτι χρώμενοι. Διὰ τί οὖν, εἴπερ τοῦτο οὕτως ἔχει, κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως εἶπεν· ἀτὰρ καὶ οἴνου λευκοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀόσμου ἐνίη μὲν ἰσχυρότερον, ἐνίη δὲ ἀσθενέστερον εἶναι τὸ μελίκρητον; οὐ γὰρ ἐνίοτε μὲν ἰσχυρότερον, ἐνίοτε δὲ ἀσθενέστερον, ἀλλ᾽ ἰσχυρότερον ἀεὶ φαίνεται κατὰ τὸν εἰρημένον ἄρτι λόγον, ὅτι περὶ τοῦ διορισθῆναι καὶ διδαχθῆναι πρὸς αὐτοῦ περὶ τῆς δικαίας παραβολῆς, ἀδιορίστως τοῦ λόγου φαινομένου, καλῶς καὶ ἀσφαλῶς εἶπεν· εὑρεθήσεται τὸ μελίκρατον τοῦ οἴνου κατά τι μὲν ἰσχυρότερον, κατά τι δὲ ἀσθενέστερον. ἐὰν γὰρ μὴ διορίσηταί τις ἑκατέρου τὴν ἀναλογίαν τῆς κράσεως, ἐνίοτε μὲν ἀσθενέστερος ὁ οἶνος, ἐνίοτε δὲ τὸ μελίκρατον εἶναι δόξει· διορισθέντων δὲ ὡς εἴρηται, καὶ τῆς κατὰ τὴν γαστέρα ταραχῆς ἐπιβλεπομένης, τὸ μελίκρατον ἰσχυρότερον εἰς θρέψιν ἀεὶ φαίνεται τοῦ κεκραμένου κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν οἴνου· ἐὰν δὲ ὅτι καὶ τὸ κόπριον ἐκκρινόμενον ἐπὶ τῷ μελικράτῳ σύμμετρον, ὡς μὴ καταλύειν τὴν δύναμιν, ἐννοήσῃς, ἔτι καὶ μᾶλλόν σοι φανεῖται πλείων ἡ ἐκ μελικράτου θρέψις, ἤπερ ἡ ἐξ οἴνου γιγνομένη. εἰ γὰρ καὶ κόπρου πολλαπλασίου διεξιόντος, ὅμως ὁ κάμνων ἐξαρκεῖ πλείοσιν ἡμέραις ἐπὶ τῷ μελικράτῳ, δυνατώτερον δηλονότι πρὸς τὴν θρέψιν οἴνου φαίνεται τὸ μέλι.

A sed *vinum* imbecillum aquosumque, melque huic comparans, plus alere enunciauit. At quum vini duplo vasi mellis dimidium comparare voluerit, non quòd solum vtrunque per se, & citra aquæ mixtionem æger sumere debeat, asseruit; sed si post vtrunque dimensum, pro arbitrio ingerat, non minùs differt. Potest siquidem, si res tulerit, mellis cyathum vnum, vel per se accipere, vel aquæ quantùm volet mixtum ingerere, atque id quotidiè bibere; vel denuò vini cyathos duos diebus singulis, vt volet, aquâ temperans assumere. B Tali siquidem experimento, tum in plurimis similiter in cæteris habentibus hominibus, tum etiam in vno magis non eodem tempore, cognoscetur exquisita vtriusque facultas. Si enim mel non ex aliqua naturæ proprietate ventrem turbat, qui melle vtuntur, diebus pluribus abundè sufficient. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit; *At vino albo, tenui, paucifero, & inodoro interdùm fortior, & interdùm imbecillior est mulsa?* Non enim interdùm fortior, & interdum imbecillior, C sed semper fortior secundum nuper dicta videtur. Quoniam priusquàm de comparatione iustâ distinxisset docuissetque, citra distinctionem absoluto sermone, probè & securè dixit; inuenietur mulsa vino quadantenùs fortior, & quadantenùs imbecillior. Si enim temperamenti vtriusque analogiam quis non distinxerit, interdùm quidem imbecillius vinum, interdum & mulsa esse videbitur. Verùm si hæc distinxeris, vt est dictum, atque eam quam mel in ventre facit turbationem contemplatus fueris, mulsam ad nutriendum validiorem sem- D per deprehendes, quam vinum eâdem proportione dilutum. Quòd si & stercus, quod ex mulsa ita moderatum excernitur, vt vires non exoluat, adnotaueris, tibi etiam magis ex mulsa copiosior videbitur nutritio, quam ex vino. Etenim si multiplex exeat stercus, laborans tamen pluribus diebus ex mulsa sufficiat, certè ad nutritionem mel vino validius videtur.

E

Περὶ τῆς τάξεως τῆς φυλακτέας ἐν τῇ τοῦ μελικράτου καὶ τῆς πτισάνης χρήσει, καὶ τὸ μελίκρατον τῆς πτισάνης πρότερον προσφέρεσθαι χρῆναι.

De ordine seruando in mulsæ ac ptisanæ vsu; atque mulsam, quàm ptisanam, priùs exhibendam esse.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κ΄.

Εἰ μέντοι ῥοφήματι χρέοιτο πτισάνῃ, ἐπιπίνοι δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονώδεες ἂν εἴη καὶ φυσώδεες, καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισιν ἀσύμφορον· προπινόμενον μέντοι πρὸ ῥοφημάτων μελίκρητον, οὐ βλάπτει ὡς ἐπιπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει.

TEXTVS HIPPOCRATIS 20.

Si tamen pro sorbitione ptisanâ vtatur, aquam verò mulsam superbibat, hunc vehementer replebit, ac flatus concitabit, & hypochondriorum visceribus erit noxia. At si ante sorbitiones mulsa bibatur, non vt superepota lædit, imò etiam aliquo mo- F *do opitulatur.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Περὶ τῆς τάξεως ὁ λόγος αὐτῷ, ἣν κάλλιστ᾽ ἄν τις χρῷτο τῷ μελικράτῳ τε καὶ πτισάνῃ. κοινὸς δὲ ἔστω σοι λόγος καὶ οὗτος, ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἑνὸς διδασκόμενος μελικράτου τε καὶ πτισάνης· ἀεὶ γὰρ χρὴ πρότερον μὲν προσφέρεσθαι τά τε ῥᾳδίως διαφθειρόμενα, καὶ μᾶλλον ὑπιόντα, δεύτερα δὲ τὰ ἐναντία. πτισάνην δὲ

COMMENTARIVS GALENI.

De ordine ipsi sermo est, quem in vsu & mulsæ & ptisanæ quisque optimè seruare debeat. Verùm vno tum mulsæ, tum ptisanæ exemplo edoctus vniuersalem hunc accipe sermonem. Nam perpetuò priùs assumenda sunt; quæ & faciliùs corrumpuntur, & magis subducuntur; posteriùs verò contraria. Ptisana autem quòd

quòd mulsâ difficiliùs corrumpatur, & descendit tardiùs. Si ergo mulsa primò sumpta fuerit, ex ea quædam ptisanæ ad deiectionem fit prouocatio; verùm si ptisana primùm sumpta fuerit, subduci mulsa prohibita, inflabit hypochondria; atque tandem in bilem conuersa, ptisanæ detrimentum afferet.

De mulsæ crudæ ac coctæ differentiis, coctamque mulsam crudâ præstantiorem esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 21.

Cocta autem aqua mulsa, aspectu quidem quã cruda longè præstantior est. Splendida nanque & tenuis, alba & pellucida existit. Sed quam ipsi virtutem attribuam, quâ crudam antecellat, non habeo. Neque enim crudâ est suauior, si mel probum esse contigerit; crudâ tamen est imbecillior, ac minùs ducit stercoris; quorum neutro ad præsidium mulsa indiget. Præcipue verò eiusmodi coctâ vtendum, si mel prauum fuerit, & impurum, & nigrum, neque boni odoris. Coctura nanque maiorem prauitatum ipsius fœditatem tollit.

COMMENTARIVS GALENI.

Toto textu coctæ crudæque mulsæ differentias docet. Sed hæc nullam desiderat expositionem oratio.

De aceto mulso, eiusque facultatibus, quod sputum educit, facilemque respirationem facit, si tempestiuè bibatur.

TEXTVS HIPPOCRATIS 22.

At verò acetum vocatum mulsum, epotum sæpenumerò his in morbis esse perutilẽ comperies. Etenim sputum sursùm educit, & facilẽ respirationẽ facit. Hasce verò habet vtẽdi opportunitates.

COMMENTARIVS GALENI.

Quòd vocatur, & vocari, atque his similia ipsum adiicere non ignoras, interdùm quidem quòd hæc appellatio Græcis omnibus nullo pacto vsitata sit, interdùm verò quòd impropriè dicatur, atque interdùm quòd artificiosum quiddam demonstret, vt in temporalibus & masticatoriis musculis declarauimus. Sed quòd artificiosum nihil indicet oxymelitis appellatio, constat omnibus. *Appellationem* igitur ex adiectione *vocati*, vel damnauit, vel tanquam inusitatam indicauit. Potest autem vtrúmque fecisse. Nam forsan tunc primùm in communem cœpit vsum venire. Fortassis & vocem damnat, tanquàm ex solis aceto & melle constare medicamentum declarantem, vel tanquàm mellis differentiam indicantem, quasi ita quispiam diceret, mel autem acidum tali præditum est facultate. Ergo de *vocati* adiectione patet. Quapropter ad vtile descendamus. Non enim ex aceti mellisque mixtione tantùm oxymelitis est compositio, verùm ex mulsa paulùm aceti acci-

A μελικράτου δυσφθαρτότερον, καὶ ὑπάρχει βραδύτερον· πρότου μὲν οὖν τοῦ μελικράτου ληφθέντος, εἴη ὑφήγησίς τις ἐξ αὐτοῦ γένοιτ' ἂν τῇ πτισάνῃ τῆς διαχωρήσεως· εἰ δὲ πτισάνη πρότη ληφθείη, κωλυόμενον ὑπιέναι τὸ μελίκρατον, ἐμφυσήσει τε τὸ ὑποχόνδριον, εἴς τε τὴν χολὴν μεταβληθὲν ἐν τῷ χρόνῳ, καὶ τῇ πτισάνῃ τι λυμαίνεται.

B Περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ μελικράτου ἑφθοῦ τε καὶ ὠμοῦ· καὶ τὸ ἑφθὲν μελίκρατον τοῦ ὠμοῦ κάλλιον εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κα΄.

Ἑφθὸν δὲ μελίκρητον, ἐσιδεῖν μὲν πολλῷ κάλλιον τοῦ ὠμοῦ· λαμπρὸν γὰρ καὶ λεπτὸν καὶ λευκὸν, καὶ διαφανὲς γίγνεται· ἀρετὴν δὲ ἥντινα αὐτέῳ προσθέω διαφέρουσάν τι τοῦ ὠμοῦ, οὐκ ἔχω. οὔτε γὰρ ἥδιόν ἐστι τοῦ ὠμοῦ, ἢν τυγχάνοι γε τὸ μέλι καλὸν ἐόν· ἀσθενέστερον μέντοιγε τοῦ ὠμοῦ, καὶ ἀκοπρωδέστερόν ἐστιν, ὧν οὐδετέρου ἐς τιμωρίην προσδέεται μελίκρητον. ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, ἢν τὸ μέλι C τυγχάνοι πονηρὸν ἐὸν, καὶ ἀκάθαρτον καὶ μέλαν, καὶ μὴ εὐῶδες· ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἕψησις, τῶν κακοτήτων αὐτοῦ τὰ πλέονα τοῦ αἴσχεος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Διαφορὰς ὠμοῦ τε καὶ ἑφθοῦ μελικράτου διδάσκει καθ' ὅλην τήνδε τὴν ῥῆσιν, δεῖται δ' ὁ λόγος οὐδεμιᾶς ἐξηγήσεως.

D Περὶ τοῦ ὀξυμέλιτος, καὶ τῶν τούτου δυνάμεων, ὃ πτυέλου ἀναγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοιαν ἐν καιρῷ πινόμενον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κβ΄.

Τὸ δὲ ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν, πολλαχοῦ εὔχρηστον ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν εὑρήσεις ἐόν· καὶ γὰρ πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοον· καιροὺς μέντοι τοιούσδε ἔχει.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

E Τὸ καλούμενον, καὶ τὸ καλεῖσθαι, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις, ἔμαθες αὐτὸν προστιθέντα, ποτὲ μὲν ὡς οὐδέπω συνήθους ἅπασι τοῖς Ἕλλησι τῆσδε τῆς προσηγορίας οὔσης, ποτὲ δὲ ὡς ἀκύρως λεγομένης, ἐνίοτε δὲ ὡς ἐνδεικνυμένης τι τεχνικὸν, ὡς ἐπὶ τῶν κροταφιτῶν τε καὶ μασητήρων μυῶν ἐδιδάξαμεν. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδὲν ἐνδείκνυται τεχνικὸν ἡ προσηγορία τοῦ ὀξυμέλιτος, ἅπασι δῆλον, ἀλλ' ἤτοι μεμφόμενος, ἢ ὡς οὐδέπω συνήθη, διὰ τῆς τοῦ καλεομένου ἐπεσημήνατο προσθήκης. ἐγχωρεῖ F δὲ ἑκάτερα· ἴσως μὲν γὰρ τότε πρῶτον εἰς χρῆσιν κοινὴν ἤρχετο· τάχα δὲ καὶ μέμφεται τῇ φωνῇ, ὡς ἐμφαινούσῃ, ἤτοι ἐκ τοῦ ὄξους καὶ μέλιτος μόνων συγκεῖσθαι τὸ φάρμακον, ἢ ὡς μέλιτος διαφορὰν δηλούσῃ, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔλεγέ τις· τὸ δὲ μέλι τὸ ὀξὺ, δύναμιν ἔχει τοιήνδε. περὶ μὲν δὴ τῆς τοῦ καλεομένου προσθήκης, δῆλον· ἐπ' αὐτὸ δὲ τὸ χρήσιμον ἴωμεν. οὐ γὰρ ἐξ ὄξους καὶ μέλιτος μίξεως μόνον ἡ σύνθεσις γίνεται τοῦ ὀξυμέλιτος, ἀλλ' ἐκ μελικράτου βραχὺ

προσλαμβάνοντος ὄξους. ἕψεσθαι δὲ ἄμεινον αὐτό· καθαιρεῖται γὰρ ἡ δύναμις τοῦ ὄξους ὑπὸ τῆς ἑψήσεως, ὡς τὴν ὠφέλειαν τὴν παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν τὸ μελίκρατον ᾧ μίγνυται, τὴν βλάβην δὲ οὐκ ἔχειν. τὴν μὲν οὖν ὠφέλειαν κατὰ τὴν ἀρχὴν εἶπε τῆς ῥήσεως, καὶ μετὰ ταῦτα ἐρεῖ· τὴν βλάβην δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ὅλης ῥήσεως προσθήσει. κατὰ τὴν ἀρχὴν μὲν οὖν εἴρηται, πτύελον γὰρ ἀνάγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοον· ἐφεξῆς δ' ὅσα ταῖς λέξεσιν ἐπακολουθήσαντες αὐτοῦ μαθησόμεθα. Καιροὺς μέντοι τούσδε ἔχει. Τοὺς καιροὺς, ἤτοι τοὺς τῆς χρήσεως αὐτοῦ λέγει, καθότι εἰώθεσαν· ἢ τοὺς τῆς ὠφελείας, ἐπεὶ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἐδείχθη χρώμενος ἐνίοτε τῇ τοῦ καιροῦ προσηγορίᾳ.

piente. Sed præstat, ipsam concoqui, nam aceti facultas coctione ita imminuitur, vt mulsa quidem ab eo, cui miscetur, auxilium sumat, læsionem autem non habeat. Auxilium autem in orationis exordio enunciauit, atque ab his enunciabit; læsiones verò ad dictionis totius calcem adiiciet. Dictum est igitur in exordio, *Sputum siquidem educit, & facilem reddit spirationem.* Quæ autem deinceps sunt, dictiones secuti, ab eo discemus. *Hasce verò habet vtendi opportunitates.* Opportunitates dicit vel tempora, quibus ex consuetudine vtendum sit, vel quibus iuuare soleat. Quoniam & in hoc significatu temporis appellatione interdùm vti *Hippocratem* ostendi.

Ὅτι τὸ ὀξύμελι ἐστι πτυέλων τμητικόν τε, καὶ λεπτυντικὸν, καὶ ῥυπτικόν· ἂν δ' ὀξύτερον ᾖ τοῦτο, μὴ ῥᾳδίως τὰ πτύελα ἀνάγειν, ἀλλὰ παχέα καὶ γλίσχρα μᾶλλον ἐργάζεσθαι, καὶ βλάπτειν.

Quòd acetum mulsum incidat, attenuet, & ac detergeat sputa; si acidius sit, id sputum non faciliùs educere, imò glutinosum magis reddere, ac oblædere.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κγ'.

ΤΟ μὲν κάρτα ὀξὺ, οὐδὲν ἂν μέσον ποιήσειεν πρὸς τὰ πτύελα τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα. εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐσκέρχνοντα, καὶ ὄλισθον ἐμποιήσειε, καὶ ὥσπερ εἰ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειεν τὸν πλεύμονα, μαλθακτικὸν γὰρ αὐτέου· καὶ εἰ μὲν ταῦτα συγκυρήσειε, μεγάλην ἂν ὠφελείην ποιήσειεν. ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυέλου, ἀλλὰ προσεγλισχρηνέ τε καὶ ἔβλαψεν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 23.

QVod sanè valdè acidum est, nihil validius ad sputa non facilè prodeuntia effecerit. Nam si exasperantia educeret, ac meatum lubricum induceret, & veluti gutturis alas explicaret, pulmonem vtique leniret; nam ipsum emolliret. Quòd sanè si hæc contingerent, magnam id vtilitatem præstaret. Interdùm verò valdè acidum, sputi eductionem non sortitur, imò & magis glutinosum reddit, & oblædit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΦ' ὧν ἐστι χρεία τοῦ ὄξεος ὀξυμέλιτος, ἐπὶ τούτων διδάσκει τὴν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην ἐνίοτε βλάβην. ἐφ' ὧν γὰρ ὅλως οὐδ' ἂν χρήσαιτό τις ὀξεῖ τῷ τοιούτῳ φαρμάκῳ, περιττὸν τὸ καταλέγειν τὰς τοιαύτας βλάβας. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἁπλῶς εἶπε περὶ ὄξεος ὀξυμέλιτος, ἀλλὰ καὶ κάρτα προσέθηκεν, ὅπερ σημαίνει ταὐτὸν τῷ λίαν καὶ σφόδρα· τὸ τοιοῦτον οὖν ὀξύμελι μέσον οὐδὲν εἴωθεν ἐργάζεσθαι τοῖς κατὰ τὸν πνεύμονα παχέσι τε καὶ γλίσχροις πτυέλοις, ἐφ' ὧν ἄν τις αὐτῷ χρήσαιτο μόνῳ· ἀλλ' ἤτοι τεμὸν αὐτὰ καὶ ἀπορρύψαν ἀνήγαγεν, ἢ τοῦτο μὲν πρᾶξαι μὴ δυνηθὲν, ἐξήρανεν. ὥσπερ γὰρ τμητικὸν τὸ τοιοῦτον φάρμακον, οὕτω καὶ ξηραντικόν. ἐχρῆτο μὲν δ' αὐτῷ ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα παχέων πτυέλων, οὐχ ὡς ξηραῖνον (οὕτως γὰρ ἔβλαψεν) ἀλλὰ ὡς τέμνον τε καὶ ῥύπτον· ὅταν μὲν οὖν ἀδυνατήσῃ ταῦτα ποιῆσαι, χρηστὸν μὲν οὐδὲν ἔπραξε, μεγίστην δὲ βλάβην εἰργάσατο. πότε οὖν ἀποτυγχάνει ῥύπτειν καὶ τέμνειν, αὐτὸς ἐφεξῆς ἐδίδαξε· νυνὶ δὲ βούλομαι περὶ τῆς γραφῆς τῆς ἐν πολλοῖς τῶν βιβλίων εἰπεῖν· οὐ γὰρ διὰ τοῦ σ τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ μέσον ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ζ γεγραμμένην εὑρίσκομεν, ὡς εἶναι τὴν ὅλην λέξιν τοιάνδε· τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν. ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος· αὐτὸς γὰρ ἐπιφέρων δείκνυσιν, ἐνίοτε μὲν μεγάλην ὠφέλειαν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην, ἐνίοτε δὲ βλάβην· ὥστε ἀεὶ μέγα τι ποιεῖ, καὶ οὐδέποτε μικρόν. ἐφ' οὗ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν ἐστιν, ἀεί τι γίγνεσθαι κακὸν μέγα ἢ ἀγαθὸν, περὶ τούτου κάλλιον ἄν τις εἴποι καὶ μηδὲν μέσον ὑπ' αὐτοῦ γίγνεσθαι.

COMMENTARIVS GALENI.

IN quibus acidi oxymelitis vsus est, in his fieri aliquando ex eo læsionem docet. Nam in quibus nemo prorsus tali acido medicamento vteretur, tales recensere læsiones superfluum est. Neque enim simpliciter de acido oxymelite sermonem fecit, sed & *valdè* adiecit, quod *admodùm vehementerque* significat. Tale igitur oxymel nihil mediocriter in crassis glutinosisque pulmonis sputis efficere consueuit, in quibus eo solo quispiam vtatur, sed ea vel incidit, detergit, educitque, vel facere id non valens exiccat. Vt enim huiusmodi medicamentum incidendi facultatem habet, ita & exiccandi. Vtimur autem eo in crassis pulmonis sputis, non tanquàm exiccante (sic enim oblæderet) sed tanquam incidente, & detergente. Quum igitur hæc facere non valeat, vtilitatem quidem nullam adfert, imò maximam læsionem inuehit. Sed quando neque incidit, neque detergit, in sequentibus ipse docuit. Nunc autem volo de ea, quæ in multis reperitur libris, scripturâ agere. Non enim per σ secundam huius nominis μέσον syllabam, sed per ζ scriptam inuenimus, vt dictio tota talis sit; quod valdè acidum existit, nihil μέζον *insigne* efficiet. Sed id falsum est. Is enim inferens magnum aliquando fieri ab eo iuuamentum ostendit, interdùm & læsionem. Quare perpetuò insigne quiddam facit, & nullomodò paruum. De quo autem est verum dicere, quòd perpetuò magnum vel malum, vel bonum facit, de illo meliùs, nihil mediocriter ab eo fieri, quispiam dixerit.

A

Acutis in morbis acidius oxymel crudo morbo perniciosè laborantibus noxium esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 24.

ID autem maximè perpetiuntur etiam aliàs, qui perniciosè habentes neque tussire, neque quæ intus retinentur, excreare possunt.

COMMENTARIVS GALENI.

B

SPuta crassa vehementer glutinari, nihilque ab exhibito acido oxymelite iuuari, ait iis contingere, qui maximè perniciosè afficiuntur, id est, quibus crudus supra modum existit morbus; hi nanque nihil expuunt.

Acidius oxymel perniciosè laborantibus, si vires valeant, auxiliari; si non valeant, obesse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 25.

C

AD hoc igitur ægrotantis hominis robur conijcere oportet; & si de eo spem habeas, exhibere.

COMMENTARIVS GALENI.

POstquàm etiam perniciosissimè ægrotantes ab acido oxymelite nihil iuuari prædixit, paucique ex ipsis adiuti liberantur, ob id & ipsius perrarum non tacuit auxilium. Fit autem *auxilium* huiusmodi ab acido supra modum oxymelite, quum ægri vires valent. Aliàs enim nequaquàm iuuat tale oxymel. Duorum siquidem alterum efficit; vel prorsus non incidit, sed quod glutinosum est, glutinosius reddit; vel incidit, abstergitque, verùm repentinam tum eductionem, tum vacuationem, quam molitur, non ferente naturâ, continget strangulari hominem.

D

Quale, quantum, & quando valdè acidum oxymel exhibendum. Quid tepidum; & quòd calidum coctioni perpetuò opituletur, & frigidum noceat.

TEXTVS HIPPOCRATIS 26.

E

EXhibere autem oportet, si dederis, summè tepidum, idque paulatim, neque affatim.

COMMENTARIVS GALENI.

SI æger ob sputorum tum crassitiem, tum viscositatem nihil expuerit, viresque validæ fuerint, oxymel dari iubet valdè acidum, & paulatim ac pertepidum, quod est perquàm tepidum (Summè verò tepidum est, quod calidi frigidique exactè sit medium) Quum enim vehementem habeat facultatem, copiosè ipsum vno haustu offerre veretur. Pari modo & æstate frigidum porrigere, vt anteà præcepit, ideò timet, quia tum pleuritides, tum peripneumoniæ, in quibus nihil expuitur, incoctæ sunt. Coctioni autem perpetuò calidum confert, frigidum verò aduersatur. Cur ergo calidum etiam oxymel deuitat? An ob morbi malignitatem, ne videlicet protinùs ex tali exhibitione eiusmodi potionis cruda eadem permaneat affectio, hominemq; à calido oxymelite siticulosiorem fieri contingat?

F

Ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὸ ὀξύτερον ὀξύμελι τοῖς ἀπέπτον νόσημα ὀλεθρίως νοσοῦσι βλαβερὸν εἶναι.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κδ΄.

ΜΑλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλέθριοί εἰσι, καὶ ἀδυνατοῖ βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟ καταγλισχραίνεσθαι τὰ παχέα πτύελα, μηδὲν ὀνινάμενα τῇ προσφορᾷ τοῦ ὀξέος ὀξυμέλιτος, ἐκείνοις φησὶ συμβαίνειν, οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλεθρίως ἔχουσι, τουτέστιν ἐφ᾽ ὧν ἄπεπτος ἱκανῶς ἐστὶν ἡ νόσος· οὗτοι γὰρ οὐδὲν ἀναπτύουσιν.

Τὸ ὀξύτερον ὀξύμελι τοῖς ὀλεθρίως νοσοῦντας ὠφελεῖν ἰσχυροὺς ὄντας τὴν δύναμιν, ἄλλως δὲ βλάβην ἐπιφέρειν.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κε΄.

ΕΙς μὲν οὖν τόδε προσεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος ἀνθρώπου· κἢν ἐλπίδα ἔχῃς, διδόναι.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΠειδὴ προείρηκεν ὑπὸ τοῦ ὀξέος ὀξυμέλιτος οὐδὲν ὀνίνασθαι τοὺς καὶ ἄλλως ὀλεθρίως ἔχοντας, ἔνιοι δὲ σπανίως ἐξ αὐτῶν σώζονται βοηθούμενοι, διὰ τοῦτο καὶ τὴν τούτου σπανίαν βοήθειαν οὐ παρέλιπεν· ἔστι δ᾽ αὕτη διὰ τοῦ ὀξέος ἱκανῶς ὀξυμέλιτος, ὅταν ὁ κάμνων ἰσχυρὸς ᾖ τὴν δύναμιν. ἄλλως γὰρ οὐδὲν ὀνίνησι τὸ τοιοῦτον ὀξύμελι, δυοῖν θάτερον ἐργασάμενον, ἢ μηδ᾽ ὅλως τεμὸν, ἀλλ᾽ ἐπιγλισχραῖνον τὰ γλίσχρα, ἢ τεμὸν καὶ ἀποῤῥύψαν, ἀθρόαν δὲ ἀναγωγὴν καὶ κένωσιν κινῆσαν, τῆς δυνάμεως μὴ φερούσης, ἀκολουθήσει πνιγῆναι τὸν ἄνθρωπον.

Ποῖον, καὶ πόσον, καὶ πότε τὸ κάρτα ὀξὺ ὀξύμελι δοτέον· τί τὸ χλιαρὸν, καὶ ὅτι τὸ θερμὸν τῇ πέψει ἀεὶ συντελεῖ, τὸ δὲ ψυχρὸν ἐναντιοῦται.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κϛ΄.

ΔΙδόναι δὲ, ἢν διδῷς, ἀκροχλίαρον, καὶ κατ᾽ ὀλίγον τὸ τοιόνδε, καὶ μὴ λάβρως.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΗΝ μηδὲν ἀναπτύῃ τι διὰ πάχος καὶ γλισχρότητα τῶν πτυσμάτων, οὐ μὴν ἀσθενὴς γε τὴν δύναμιν, ὀξύμελι κελεύει διδόναι τὸ λίαν ὀξὺ, καὶ κατ᾽ ὀλίγον τε καὶ ἀκροχλίαρον, ὅπερ ἐστὶν ἄκρως χλιαρόν (ἄκρως δὲ ἐστι χλιαρὸν, ὅπερ ἂν ᾖ μέσον ἀκριβῶς τοῦ τε ψυχροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ) ἰσχυρὰν γὰρ ἔχον αὐτὸ τὴν δύναμιν, εὐλαβεῖται πολὺ προσφέρειν εἰς ἅπαξ. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ψυχρὸν ἐν θέρει διδόναι, καθάπερ ἔμπροσθεν ἐκέλευσεν, εὐλαβεῖται, διὰ τὸ τὰς μὲν ἀπτύστους πτυσμάτων πλευρίτιδας καὶ περιπνευμονίας ἀπέπτους εἶναι, τῇ πέψει δ᾽ ἀεὶ τὸ μὲν θερμὸν συντελεῖν, τὸ δὲ ψυχρὸν ἐναντιοῦσθαι. τί δήποτ᾽ οὖν καὶ τὸ θερμὸν ὀξύμελι φεύγει; ἢ ἐπὶ διὰ τὸ κακόηθες τοῦ νοσήματος, μήπως εὐθέως ἐν τῇ τοιαύτῃ προσφορᾷ τοῦ τοιούτου πόματος, αὐτὸ μὲν τὸ πάθος ἄπεπτον ἔτι διαμένῃ, συμβῇ δὲ τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ὀξυμέλιτος διψωδέστερον γίνεσθαι ἑαυτοῦ;

δέδεικται δ' ὅτι τὸ σύμπτωμα τοῦτο γλίσχρον ἐργάζεται τὸ πτύελον. ἀσφαλέστερον οὖν αὐτῷ δοκεῖ, μετρίως χλιαρὸν εἶναι τὸ ὀξύμελι, φυλάττοντι τοῦ θερμοῦ τὴν ἐνδεχομένην ἀκολουθῆσαι βλάβην, τοῦ δὲ ψυχροῦ τὴν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένην.

A At quòd symptoma hoc viscosum reddat sputum, exposuit. Tutius ergo mediocriter tepidum esse oxymel ipse arbitratur, vt qui calidi eam, quę succedere possit; frigidique de necessitate successuram, fugiat læsionem.

Περὶ τῆς τοῦ ὀξέος ὀλίγον ὀξυμέλιτος, ἢ συμμέτρως ὀξέος δυνάμεων, ὅτι τὴν φάρυγγα ὑγραίνειν, καὶ τὰ πτύελα ἀνάγειν, καὶ ἄδιψον εἶναι, καὶ τοῖς ὑποχονδρίοις τε καὶ σπλάγχνοις εὐμενές, καὶ τὰς τοῦ μέλιτος βλάβας κωλύειν, καὶ τὸ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζειν.

De oxymelitis dilutioris, vel moderatè acidi facultatibus, quæ sunt fauces humectare, sputum educere, sitim sedare, hypochondria & viscera iuuare, mellis noxas prohibere, & quod in melle biliosum est, emendare.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κζ'.

B

ΤΟ μέντοι ὀλίγον ἔποξυ ὀξύμελι ὑγραίνει μὲν τὸ στόμα καὶ φάρυγγα, ἀναγωγὸν δὲ πτυέλου ἐστὶ, καὶ ἄδιψον· ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενές, καὶ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας ταύτῃ κωλύει· τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται.

TEXTVS HIPPOCRATIS 27.

SVbacidum verò oxymel os quidem & fauces humectat, sputum educit, & sitim sedat; hypochondrijs ac visceribus ibi locatis placidum est, & prodeuntes ex melle noxias prohibet; quod enim in melle biliosum est, emendat.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΕρὶ τοῦ λίαν ὀξέος ὀξυμέλιτος συμπληρώσας τὸν λόγον, ἐπὶ τὸ μετρίως ὀξὺ μετέβη κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν, ὑγραίνειν αὐτὸ λέγων τὸ στόμα, καὶ φάρυγγα, καὶ τῶν πτυέλων ἀναγωγὸν εἶναι, καὶ ἄδιψον. ἅπαντα γὰρ ἔχον ὑφ' ὧν ὠφελεῖσθαι πεφύκασιν αἱ τοιαῦται νόσοι, τῶν βλαπτόντων οὐδὲν ἔχει διὰ τὴν τῆς κράσεως ἀρετὴν ἐπειδὴ τοσοῦτον τῷ μελικράτῳ μέμικται τοῦ ὄξους, ὅσον ἱκανόν ἐστι τὸ χολῶδες ἐν αὐτῷ κολάσαι, τουτέστι, καθελεῖν καὶ ταπεινῶσαι· δέδεικται γάρ σοι κατὰ τὸ τέταρτον γράμμα περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, ἐναντιωτάτην δύναμιν ἔχειν ὁ γλυκὺς χυμὸς τῷ ὀξεῖ. τῆς οὖν τοῦ μελικράτου δυνάμεως τὰ ἄλλα μὲν πάντα ἐχούσης, ὧν δεῖται τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καθ' ἓν δὲ μόνον ἐναντιουμένης αὐταῖς, ὅτε μὴ ὑπερθερμανθὲν ἐκχολωθῇ, τὴν τοιαύτην αὐτοῦ μεταβολὴν ἡ τοῦ ὄξους μίξις κωλύουσα, κάλλιστον ἐργάζεται φάρμακον. ἄδιψόν τε γὰρ ἔσται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ πτύελα, τά γε μὴ παντάπασι παχέα καὶ γλίσχρα, ῥᾳδίως ἀνάξει· τούτοις δ' ἀμφοτέροις αὐτοῖς ἔργοις ἕπεται καὶ ἡ τῶν κατὰ τὸ στόμα καὶ τὴν φάρυγγα μορίων ὑγρότης. ᾧ δὲ λόγῳ ταῦτα δρᾷ, τούτῳ δὴ καὶ σπληνὶ καὶ ἥπατι προσφορώτατόν ἐστι, διακαθαῖρον ἀλύπως τὰ σπλάγχνα.

palius

COMMENTARIVS GALENI.

C ABsoluto de admodùm acido oxymelite sermone, ad mediocriter acidum transiit, qui ipsum humectare os, faucesque, & sputum educere, & sitim sedare, in textura orationis asserit. Nam quum omnia, quibus tales iuuari morbi consueuerunt, habeat, eorum quæ lædunt, ob temperamenti virtutem nihil habet. Quoniam mulsæ tantùm aceti admixtum est, quantùm satis est, vt quod in ipsa biliosum sit, queat emendare, hoc est, euertere, & deprimere. Nam in quarto de simplicium medicamentorum facultatibus dulcem succum acido

D maximè facultatibus aduersari monstrauimus. Quum itaque mulsæ facultas cætera quidem omnia, quibus morbi huiusmodi opus habent, contineat; in vno autem duntaxat ipsis contraria sit, quòd supercalefacta ipsa bilescat; mutationem sanè huiusmodi permixtio aceti cohibens, optimum efficit medicamentum; nam minimè siticulosum erit; atque ob id sputa non omninò crassa glutinosaque facilè educet; hæc autem ipsa duo opera consequitur partium oris fauciumque humectatio. Quâ verò ratione hoc facit, eâ tum lieni, tum hepati maximam affert vtilitatem, viscera innoxiè expurgans. E

Τὸ ὀξύμελι τῶν φυσῶν καταρρηκτικὸν, καὶ διουρητικὸν εἶναι.

Acetum mulsum flatus discutere, & vrinas ciere.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κη'.

ΕΣτι δὲ καὶ φυσέων καταρρηκτικὸν, καὶ ἐς οὔρησιν προτρεπτικόν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 28.

QVin & flatus discutit, vrinasque promouet.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΕρὶ τοῦ μετρίως ὀξέος ὀξυμέλιτος ἔτι διαλεγόμενος, εἴρηκε ταῦτα, πολλὴν δὲ τὴν χρῆσιν ἔχοντος ἐπὶ τῶν κατὰ πνεύμονα καὶ θώρακα παθῶν, ἀξιολογωτάτην τε τὴν ὠφέλειαν, διὰ τὴν ἔμμετρον μίξιν ὕδατός τε, καὶ ὄξους, καὶ μέλιτος. τὸ γὰρ τοιοῦτον ὀξύμελι, τέμνει τε τὸ παχὺ καὶ φυσῶδες ἐν ὑποχονδρίῳ πνεῦμα, καὶ καταρρηγνύει τὰς φύσας, διακαθαῖρόν τε τὰς διεξόδους πάσας, ἐπ' οὖρα προάγει τοῖς ὀρρώδεσί τε καὶ χολώδεσι περιττώμασιν.

COMMENTARIVS GALENI.

F DE mediocriter acido oxymelite adhuc disserens, hæc protulit. Verùm in pulmonis thoracisque affectionibus plurimo est vsui, maximèque insigne habet subsidium ob metricam illam aquæ, acetique, & mellis permixtionem. Tale siquidem oxymel spiritum crassum flatulentumque in hypochondrio incidit, flatusque abrumpens, vias omnes expurgat, atque ad vrinas, tum serosa, tum biliosa agit excrementa.

Acidius

A

Acidius oxymel inferiorem intestini partem immoderatiùs humectare, & ramenta efficere.

Τὸ ὀξύτερον ὀξύμελι τῷ κάτω τοῦ ἐντέρου μέρει πλαδαρώτερον εἶναι, καὶ ξύσματα ἐμποιεῖν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 29.

Intestini tamen inferiorem partem humentiorem reddit, & ramenta inducit.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κθʹ.

Ἐντέρου μέντοι τὸ κάτω μέρος πλαδαρώτερον, καὶ ξύσματα ἐμποιέει.

COMMENTARIVS GALENI.

Eam quæ supra id quod secũdum naturam est, innascitur partibus, humiditatẽ, πλάδον Hippocratem nominare, nobis notum est; hoc igitur efficere ait oxymel. Et quicquid crassi glutinosique humoris superiùs infarcitur, id abradit, inciditque, atque ad excretionem subducit; faciles item & hac facultate à iecore facit excrementorum eductiones, ita vt collectis superioribus cunctis humiditatibus in intestinis & potissimùm infernis, ob multitudinem quidem innascatur ea quæ supra naturam est humiditas, ob qualitatem verò intestini abrasio. Etenim & oxymel detergente præditum facultate, tandem abradet intestinum. Eiusdem quoque est facultatis, quod cum oxymelite descendit biliosum excrementum; quapropter & sine oxymelite, si aliquando exuperauerit, intestinum abradit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

B Τὴν ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν ἐγγινομένην ὑγρότητα τοῖς μορίοις, ἴσμεν αὐτὸν ἀεὶ πλάδον ὀνομάζοντα· τοῦτ' οὖν ἐργάζεταί, φησι, τὸ ὀξύμελι, ξύον τε τῶν ἄνωθεν ὅσον ἐμπλάττεται παχέων χυμῶν, ἢ γλίσχρων, τέμνον δὲ τοῦτο καὶ ὑπάγον πρὸς τὴν ἔκκρισιν. εὐπετεῖς δὲ κατὰ τοιαύτην τὴν δύναμιν ἐργάζεται καὶ τὰς ἐξ ἥπατος ἐπαγωγὰς τῶν περιττωμάτων, ὥστε πασῶν τῶν ἄνωθεν ὑγροτήτων ἀθροιζομένων ἐν τοῖς ἐντέροις, καὶ μάλιστα τοῖς κάτω, διὰ μὲν τὸ πλῆθος αὐτῶν τὸν πλάδον ἐγγίνεσθαι, διὰ δὲ τὴν ποιότητα ξύεσθαι τὸ ἔντερον. καὶ γὰρ τὸ ὀξύμελι ῥυπτικὴν ἔχον δύναμιν, C ἐν τῷ χρόνῳ ξύσειεν ἂν τὸ ἔντερον· καὶ τὸ συγκατερχόμενον αὐτῷ [37] χολῶδες περίττωμα τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν· ὅθεν καὶ χωρὶς ὀξυμέλιτος, ἢν πλεονάσαν ποτὲ τύχῃ, ξύει τὸ ἔντερον.

Oxymel in acutis morbis interdùm prauum esse, quòd flatus egredi prohibeat, exilientesque reuocet, vires euertat, & extrema perfrigeret.

Τὸ ὀξύμελι ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις ἐνίοτε φλαῦρον γίνεσθαι, ὅτι τὰς φύσας περαιοῦσθαι κωλύει, καὶ περαιουμένας παλινδρομεῖν ποιεῖ, καὶ γυιοῖ, καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει.

TEXTVS HIPPOCRATIS 30.

Interdùm autem & in acutis morbis hoc prauum est, maximè quidem, quòd flatus foras prodire prohibeat, imò remeare faciat. Præterea, verò etiam debilitat, & extrema refrigerat. Atque hancce læsionem solam ex aceto mulso oboriri noui, quæ descriptione quoque digna est.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λʹ.

D Ἔστι δ' ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι γίνεται, [38] μάλιστα μὲν ὅτι φύσαν κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει· ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ, [39] καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει. ταύτην καὶ οἶδα μούνην βλάβην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην, ἥτις καὶ ἀξίη γραφῆς.

COMMENTARIVS GALENI.

In acutis interdum morbis abradi intestinum, bonum non est. Vlceratio enim quædam superficiaria est, ramentosa affectio. Quæ quum talis existat, ab irrumpentibus, & præsertim mordacitatem aliquam habentibus læditur *intestinum*. Læsum verò intestinum nisi protinus mordentium excretionẽ fecerit, ad regionẽ superiorẽ ea quæ irrumpunt remittit. Quò fit vt eâ ratione flatus etiam eius sursùm recurrere cõtingat. Naturalem siquidem functionem peristalticam sortita sunt intestina, vt in commentarijs de facultatibus naturalibus demonstratum est; sed quæ irrumpunt, à partibus illis quibus continentur, protrudi velocitatis est opus. Quum igitur supernè motus exordium habeat, quæ continentur, deorsùm habent excretionem. Verùm si motio infernè capiat exordia, sursùm feruntur. Atq; id in his qui secũdum naturam se habent, manifestè conspicitur, cũ scilicet vniuersim raptimq; subeũte ad inferna intestina bile, cõtinemus excretionẽ; aut propter quoddã obortũ negociũ, quod interpellari nõ possit; aut quòd nõ propè sit ad ventrẽ exonerandũ secessus. Tunc enim recurrere bilem ita percipimus, vt nõ adhuc excerni possit. Sunt quibus ex huiusmodi bilis recursu stomachus malè

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

E Τὸ ξυσθῆναι τὸ ἔντερον, οὐκ ἀγαθόν ἐστιν ἐνίοτε κατὰ τὰς ὀξείας νόσους· ἕλκωσις γάρ τις ἐπιπολῆς ἐστιν ἡ ξυσματώδης διάθεσις. οὖσα δὲ τοιαύτη, λυπεῖται πρὸς ἁπάντων τῶν διεξερχομένων, καὶ μάλιστα τῶν ἐχόντων τινὰ δῆξιν· λυπηθὲν δὲ τὸ ἔντερον, εἰ μὴ παραχρῆμα τὴν ἔκκρισιν τῶν δακνόντων ποιήσαιτο, πρὸς τὴν ἄνω χώραν ἀναπέμπει τὰ διεξερχόμενα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον καὶ τὰς φύσας ἄνω συμβαίνει παλινδρομεῖν. φυσικὴν γὰρ ἐνέργειαν ἔχει τὰ ἔντερα, τὴν περισταλτικήν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι δέδεικται· ταχύτητος δ' ἔργον ἐστὶν, ἀπωθεῖσθαι τὰ περιεχόμενα πρὸς τὰ μέρη ἐκείνων ἐν οἷς περιέχεται. ὅταν F μὲν οὖν ἄνωθεν ἡ κίνησις ἄρξηται, κάτω τὴν ἔκκρισιν ἴσχει τὰ περιεχόμενα· κάτωθεν δὲ ἀρξαμένης αὐτῆς, ἄνω φέρεται. καὶ τοῦτό γε σαφῶς φαίνεται κἀν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν συμβαῖνον, ὅταν ὑπιούσης ἀθρόως ποτὲ χολῆς εἰς τὰ κάτω τῶν ἐντέρων, ἐπισχῶμεν τὴν ἔκκρισιν, ἢ τῷ πρᾶξαι τοιαύτην πρᾶξιν, ἣν μὴ διακόπτειν δυνατόν ἐστιν, ἢ τῷ μὴ πλησίον ἀπόπατον· ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀνατρεχούσης αἰσθανόμεθα τῆς χολῆς οὕτως, ὡς μηκέτι ἐκκριθῆναι. τινὲς μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ τῆς χολῆς ἀναδρομῇ τὸν στόμαχον ἴσχουσι κα-

κῶς· ἔνιοι δὲ συμπληροῦνταί τε καὶ δακνωδῶς ἀλγοῦσι τὴν κεφαλήν· ἔνιοι δὲ ἀμφότερα πάσχουσιν. οὕτως οὖν ἡ ξυσματώδης ἐν τοῖς ἐντέροις διάθεσις, ἐνίοτε μὲν τὴν ἔκκρισιν εἰς τὸ κάτωθεν ἐργάζεται ταχέως, οὐχ ὑπομένουσα τὴν τῶν παρόντων λύπην· ἐνίοτε δὲ κάτωθεν, πρὸς τὴν ἄνωθεν χώραν, ὅταν μὴ παραχρῆμα τὸ διεξερχόμενον ἐκπέσῃ διὰ τῆς ἕδρας, ἀλλ' ὁ κατ' αὐτὴν μῦς ὁ κυκλοτερὴς, συστελεὶς καὶ σφίγξας τὸ πέρας τοῦ ἀπευθυσμένου, τὴν ἀρχὴν τῆς περισταλτικῆς κινήσεως ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἄνω ποιήσηται· διὰ τοῦτο μὲν οὖν οὐ φῦσα μόνον, ἀλλὰ καὶ περίττωμα κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις παλινδρομεῖ. συμβαίνει δὲ καὶ τὴν δύναμιν βλάπτεσθαι διὰ τὴν ἑπομένην δῆξιν ἐν τῇ διόδῳ· τὰ γὰρ ξυόμενα, κἂν βραχυτάτην ἴσχῃ τὸ διεξερχόμενον δῆξιν, ἀνιᾶται σφοδρῶς· ἴσμεν δὲ ὅτι πᾶν ἄλγημα καταλυτικόν ἐστι δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ψυκτικόν. Ταύτην καὶ οἶδα μόνην βλάβην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γινομένην, ἥτις καὶ ἀξία γραφῆς. Ἐδίδαξεν ὁ λόγος ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἁπάσας τὰς ἐκ μελικράτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος βλάβας ἐκπεφευγὸς τὸ μετρίως κεκραμένον ὀξύμελι· μόνον οὖν ὅταν βλάπτῃ τοῦτο, βλάπτει διὰ τὸ ξύειν τὸ ἔντερον· ἐργάζεται δὲ τοῦτό ποτε τοῖς ἀσθενεστέραν ἔχουσι φύσιν, καὶ παθεῖν ἐπιτήδειον τὸ ἔντερον.

A habet; aliis caput repletur, & ob morſum dolet; alij vtrunq; patiuntur. Sic igitur ramentoſa in inteſtinis affectio deorſùm interdùm excernit celeriter, ægrorum moleſtiam nequaquàm ſuſtinens; interdùm autem à partibus inferioribus ad ſuperiores, vbi quæ irrumpunt, non protinùs ad ſedem prodierint, ſed is qui ſedem circulariter ambit muſculus, tum contractus, tum recti inteſtini extremum ipſum obſtringendo complexus, principium motionis periſtalticæ ex infernis partibus ad ſuperiores fecerit. Ob B eam igitur cauſam non flatus modò, verùm & excrementum in huiuſmodi affectionibus recurrit. Contingit autem & vires lædi ob ſequentem in tranſitu morſum. Nam quæ abraduntur, etiamſi quod pertranſit breuiſſimum habeat morſum, vehementer tamen infeſtantur. Scimus autem dolorem omnem vires exoluere, atque ob id partes extremas perfrigerare. *Atque hancce ſolam læſionem ex aceto mulſo oboriri noui, quæ commentario quoque digna ſit.* Oxymel mediocriter temperatum, noxas omnes quæ ex mulſâ, vino, & C aquâ emergunt, effugiſſe paulò ante demonſtratum eſt. Siquando igitur lædat, ſolùm lædit, quòd abradat inteſtinum; id verò facit interdum in ijs, qui imbecillius habent naturâ, & pati idoneum inteſtinum.

Περὶ τοῦ εὐκαίρου τοῦ ὀξυμέλιτος δόσεως μετὰ ῥοφήματος, τῆς μετὰ τὴν πέψιν, καὶ γαστρὸς κένωσιν.

De opportuno oxymelitis exhibendi tempore cum ſorbitione, quod eſt peractâ ſorbitionis coctione, & vacuo ventriculo.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λα'.

ΟΛίγον δὲ τὸ τοιόνδε ποτὸν, νυκτὸς μὲν καὶ νῆστει πρὸ ῥοφήματος ἐπιτήδειον πίνεσθαι· ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πολὺ μετὰ ῥοφήματος ᾖ, οὐδὲν κωλύει πίνειν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 31.

D *EXiguum autem eiuſmodi potum nocte quidē & ieiuno ante ſorbitionem propinare conuenit; ſed & quum à ſorbitione multùm interſit temporis, bibere nihil prohibet.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΗν δύναμιν ἣν ἔχει, διελθὼν, ἐπὶ τὸν τοῦ καιροῦ λόγον, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄν τις αὐτὸ προσφέροιτο, νῦν ἀφίκετο, εἴ ποτε μάλιστ' ἄν τις ὀξυμέλιτι χρῷτο τῶν ἐπὶ ῥοφήμασι διαιτωμένων· ἐφεξῆς δ' εἰ καὶ μὴ ῥοφήμασιν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ποτῷ μόνον διαιτώμενός τις εἴη, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείνοις καιρὸν διδάσκει. Φησὶν οὖν ἐπὶ τῶν ῥοφήματι χρωμένων, ἐκεῖνον μόνον φυλάττεσθαι δεῖν τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ῥόφημα δεῖ προσφέρεσθαι. πτισάνης δὲ δηλονότι χυλὸς ἐστὶ ῥόφημα, χάριν τοῦ θρέψαι τὸ σῶμα, καὶ τὴν δύναμιν ῥῶσαι λαμβανόμενος· ἔστι δὲ ἐς ταῦτα καλὸς, εἰ μόνος ἐν τῇ γαστρὶ περιέχοιτο κατὰ τὸν τῆς θρέψεως καιρόν· ἔμαθες γὰρ ἔμπροσθεν, ὡς ἡ ποικιλία τῶν προσφερομένων, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνόμοια ταῖς δυνάμεσιν εἴη, ταραχὴν ἐργάζεται κατὰ τὴν γαστέρα. καὶ διὰ τοῦτ' οὖν ἄχρι πεφθῆναι τὸν χυλὸν, οὐ χρὴ πίνειν ὀξύμελι· πεφθέντος δὲ, ἔξεστι καὶ διὰ τῆς νυκτὸς λαμβάνειν, καὶ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν πρὸ τοῦ ῥοφήματος· ἀρκεῖ δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον τοῦ ῥοφήματος καὶ τοῦ ὀξυμέλιτος, ὥστε εἰς κενήν τε ἅμα καὶ καθαρὰν ἐκ τοῦ προδιασμήχεσθαι, τὴν γαστέρα, τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ἐμπεσεῖν.

COMMENTARIVS GALENI.

FAcultate quàm habet enarratâ, ad rationem temporis, quo maximè ipſum quis porrigere debeat, nunc accedit; quando potiſſimum oxymelite vti debeat is, qui ſorbitionibus alatur; deinde quanuis non ſorbitionibus, ſed potione aliquis ſolâ nutriatur, tem- E pus in illis etiam docet. Ait ergo in ſorbitione vtentibus, illud duntaxat obſeruandum tempus, quo ſorbitio ingeri debet; ptiſanæ autem ſcilicet cremor ſorbitio eſt, qui vt corpus alat vireſque roboret aſſumitur. Ad quæ confert, ſi nutritionis tempore ſolus in ventre contineatur. Nam anteà didiciſti, cibos multiplices, & præſertim facultate diſſimiles in ventre turbationem concitare. Ob eam igitur cauſam non porrigendum oxymel, niſi cremor concoctus fuerit. Qui ſi F coctus fuerit, licet tum nocte, tum ſequenti die ante ſorbitionem ſumere. Tempus autem inter ſorbitionem oxymelque medium ſatisfacit, ſi ptiſanæ cremor vacuum ſimul & purum ex ea, quæ ab oxymelite facta eſt, abſterſione ventriculum ingrediatur.

Qui

A

Qui solâ potione pro alimento vtuntur, iis non semper oxymelite vtendum est, quod abradat intestina.

TEXTVS HIPPOCRATIS 32.

SOlo verò potu citra sorbitiones pro victu vtentibus, propterea hoc vti semper & perpetuò non idoneũ est, maximè quidem propter intestini abrasionẽ, aut exasperationem. Quum enim stercore vacuũ sit, magis hæc induxerit, quum vasorũ adsit vacuatio; posteà autem & aqua mulsa vires prostrauerit. B

COMMENTARIVS GALENI.

VIctûs rationem citra ptisanam ex potu solo sibi instituentibus, non per totum morbum idoneum est oxymel epotum, tum quòd vehementiùs intestinum nudum abradat. Nam à ptisana quodam modo inungitur, quum eam sorbuerint, & quum corpus nihil à mulsa auxilii acceperit. Mulsæ autem auxilium, quod corporibus afferat, in oratione de mulsa prædixit. C

Vbi diu oxymelite vtendum, vt quum lenta sputa bronchiis adhærent, eo dilutissimo vtendum est.

TEXTVS HIPPOCRATIS 33.

SI tamen opitulari apparuerit ad totum morbum copiosus huius potionis vsus, paucũ aceti, quoad solùm agnoscatur, affundendum est. Ita enim tum quæ lædere solet, ea minimè læserit; tum quibus prodesse opus est, his proderit. D

COMMENTARIVS GALENI.

CVm sitim quidem mulsa inferat, sputa autem in bronchiis pulmonis contineantur vel glutinosa, vel admodùm crassa, tunc solo est vtendum oxymelite. Neque memoriâ excidat, dicta hæc fuisse de iis, qui solo potu sine sorbitione vtuntur. Si igitur, vt dixi, vtendum sit oxymelite, paucum aceti mulsæ affundere conuenit, vt aceti vsu ad auxilium fruatur, & fugiat quod ab eo est detrimentum. Sed acetum mulsæ commixtum excoquere conuenit; nam ita ad nocendum imbecillius est. E

Acetum biliosis idoneum esse, melancholicis verò noxium.

TEXTVS HIPPOCRATIS 34.

VT autem in summa dicatur, orti ab aceto acores, picrocholis magis, quàm melancholicis, conferunt. Amara nanque dissoluuntur, & in pituitam abeunt, dum ab ipso attolluntur. Nigra verò fermentantur, in sublime attolluntur, ac multiplicantur; sursùm enim nigra educit acetum. F

Τοῖς τῷ ποτῷ μόνῳ διαιτωμένοις, μὴ διὰ παντὸς τῷ ὀξυμέλιτι χρηστέον, ὅτι τὸ ἔντερον ξύει.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λβʹ.

ΤΟῖσι δὲ ποτῷ [42] μούνῳ διαιτωμένοισιν ἄνευ ῥοφημάτων, διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστιν ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τούτῳ· μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν ἢ τρηχυσμὸν τοῦ ἐντέρου. ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι, μᾶλλον ἂν [43] ἐμποιέη καὶ ταῦτα, κενεαγγείης παρεούσης· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟῖς ἐπὶ πόματος μόνου διαιτωμένοις ἄνευ πτισάνης, οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστι τὸ ὀξύμελι δι' ὅλης τῆς νόσου πινόμενον, ὅτι τε σφοδρότερον ξύει τὸ ἔντερον γυμνὸν ὄν· ἐπαλείφεται γάρ πως ὑπὸ τῆς πτισάνης, ὅταν ἐκείνης ῥοφήσωσι· καὶ [3] ὅταν τῆς ἐκ μελικράτου ὠφελείας οὐδ' ὅλως [4] μεταλάβῃ τὸ σῶμα. προείρηκε δὲ ἐν τῷ περὶ μελικράτου λόγῳ, τὴν γινομένην ἐξ αὐτοῦ τοῖς σώμασιν ὠφέλειαν.

Πότε ἐπὶ πολὺ τῷ ὀξυμέλιτι χρηστέον, οἷον ὅταν γλίσχρα πτύελα περιέχηται κατὰ τὰ βρόγχια, αὐτῷ ὑδαρεστάτῳ χρηστέον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λγʹ.

ΗΝ μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον, πολλῷ ποτῷ τούτῳ χρέεσθαι, ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραχέειν, ὅσον μοῦνον γινώσκεσθαι. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἃ φιλέει βλάπτειν, ἥκιστα μὲν βλάπτοι· καὶ ἃ δεῖται προσωφελέειν, προσωφελοίη ἄν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤαν διψώδες μὲν ἐργάζηται τὸ μελίκρατον, ἤτοι δὲ γλίσχρα πτύελα περιέχηται κατὰ τὰ βρόγχια τοῦ πνεύμονος, ἢ λίαν παχέα, τηνικαῦτα μόνου τοῦ ὀξυμέλιτός ἐστιν ἡ χρεία· μεμνημένων ἡμῶν, ὅτι ταῦτα λέλεκται περὶ τῶν ποτῷ μόνῳ χρωμένων ἄνευ ῥοφήματος. ἐὰν οὖν, ὡς ἔφην, ὀξυμέλιτος ἡ χρεία, παραχέειν αὐτῷ τοῦ ὄξους ὀλίγον τῷ μελικράτῳ προσήκει, χάριν τοῦ καὶ χρείας ἀπολαύειν τοῦ ὄξους, καὶ φεύγειν τὴν ἐξ αὐτοῦ βλάβην. συνεψεῖν δὲ δηλονότι προσήκει μιγνύμενον τῷ μελικράτῳ τὸ ὄξος· ἀσθενέστερον γὰρ οὕτως εἰς τὸ βλάπτειν γίνεται.

Τὸ ὄξος τοῖς πικροχόλοις ἐπιτήδειον εἶναι, τοῖς δὲ μελαγχολικοῖς βλαβερόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λδʹ.

ΕΝ κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι, αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον, ἢ μελαγχολικοῖσι, συμφέρουσι. τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ φλεγματοῦται, μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέου· τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται, καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται· ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Πικροχόλους φύσεις ὀνομάζει, τὰς τὸν πικρὸν γεννώσας χυμὸν, ὅσπερ ἐστὶν ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς, αἷς ἐπιτήδειον εἶναί φησι τὸ ὄξος, ἐναντιώτατον ὑπάρχον ταῖς μελαγχολικαῖς· διότι καὶ τὴν μέλαιναν χολὴν αὐτὴν ὀξεῖαν εἶναι συμβέβηκεν, ὅταν γ' ἤδη κατάκρατος ᾖ, παρὰ φύσιν ἔχοντος τοῦ σώματος· ὡς ὑγιαίνοντός γε, πλεῖον μέν ἐστι τῆς εἰρημένης ποιότητος, οὐ μὴν ἀκριβῆ γε αὐτὴν ἔχει. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως σαφῆ· διδάσκει γὰρ ἐν αὐτῇ, ὅπως ὠφελεῖ τὸ ὄξος τοὺς πικροχόλους, ἐπικρατουμένους ἐν τῇ κράσει τῷ θερμῷ, ψυχρὸν ὑπάρχον αὐτό.

Τὸ ὄξος ταῖς γυναιξὶν ἢ ἀνδράσι πολεμιώτερον, τοῖς νεύροις τε καὶ ταῖς ὑστέραις βλαβερὸν, ὅτι ἡ ὑστέρα νευρώδης.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λέ.

Γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν πολεμιώτατον, ἢ ἀνδράσιν, ὄξος· ὑστεραλγὲς γάρ ἐστιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὅτι μὲν τὸ ὄξος τὰ νεῦρα βλάπτειν πέφυκεν, ἥ τε πεῖρα μαρτυρεῖ, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν· ἄναιμα γὰρ ὄντα, καὶ διὰ τοῦτο ψυχρὰ, πάσχει ῥᾳδίως ὑπὸ τοῦ ψύχοντός τε ἅμα καὶ λεπτομεροῦς φαρμάκου. βλάπτεται μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ψυχόντων, ἀλλὰ τὸ τῆς τοῦ ὄξους οὐσίας λεπτομερὲς, εἰς τὸ βάθος αὐτῶν δύεται, καὶ διεξέρχεται διὰ παντὸς μέρους, ὡς μηδὲν μηδὲ τοὐλάχιστον ἀβλαβὲς ἐᾶν. οὕτω μὲν ὄξος τὰ νευρώδη μόρια βλάπτει· τὴν μήτραν δ' ἅπαντες σχεδὸν οἱ ἀνατομικοὶ λέγουσιν εἶναι νευρώδη· καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἐκείνων ἀποφάσεως ἣν ἐκ τῆς ἀνατομικῆς αὐτοψίας ἐποιήσαντο, πάρεστί σοι συλλογίσασθαι περὶ αὐτῆς, ὡς ἐπὶ πλεῖστον μὲν διαστελλομένης, εἰς ἐλάχιστον δὲ συνιζανούσης· ἀεὶ γὰρ ὁπηλίκον ἂν εἴη τὸ ἔμβρυον, ἐν κύκλῳ περιείληφεν αὐτὸ, καὶ πεπλήρωται τὸ πᾶν κύτος ὑπ' ἐκείνου, κἂν μικρὸν ᾖ, καθάπερ καὶ ἡ γαστὴρ ὑπὸ τῶν σιτίων· ἀλλὰ ταύτης μὲν οὐ μεγάλη πρὸς τἀναντία ἡ μεταβολὴ, τῆς μήτρας δὲ μεγίστη· τὸ δ' ἐπὶ πλεῖστον διαστέλλεσθαι, νευρωδῶν ἴδιόν ἐστι σωμάτων, οὐ σαρκωδῶν.

Περὶ ὕδατος· τὸ ὕδωρ ἄριστον καὶ ἄκρατον ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις μὴ συμφέρειν, ἀλλὰ βλάπτειν· οὐδὲ τέγγειν, οὐδὲ τὴν δίψαν παύειν, οὐδὲ τρέφειν, οὐδὲ τὴν ζωτικὴν δύναμιν ῥωννύειν, καὶ βραδύπορον εἶναι, καὶ ἄπεπτον, καὶ δυσανάδοτον, καὶ δυσυποβίβαστον· καὶ ἐν τῷ στομάχῳ μένειν, καὶ ἐγκλυδαστικὸν εἶναι, καὶ χολῶδες, οὔτε διουρητικὸν, οὔτε πτυέλου ἀναγωγὸν, οὔτε τὴν διαπνοὴν ἐργάζεσθαι, οὔτε διαχωρεῖν· τοῦτο δὲ τῷ οἴνῳ ἐπίμικτον, ἢ ὀξυμέλιτι, ἢ μελικράτῳ, συμφέρειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λϛ'.

Ὕδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον ὅ, τι προσθέω. οὔτε γὰρ βηχὸς παρηγορικόν ἐστιν ἐν τοῖσι [46] πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσιν, οὔτε πτυέλου ἀναγωγὸν, ἀλλ' ἧσσον τῶν ἄλλων, εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο· μεσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου ὕδωρ ἐπιρροφεόμενον ὀλίγον, πτυέλου ἀναγωγόν ἐστι, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς

A

COMMENTARIVS GALENI.

Picrocholas naturas appellat *Hippocrates*, quæ amarum humorem procreant, qui est bilis flaua; quibus idoneũ esse ait acetum, quod melancholicis maximè contrarium existit. Nam & bilẽ nigram acidam esse contingit, quum iam præter naturam affecto corpore, exuperauerit; vt quum rectè valet, plùs quidem prædictæ habet qualitatis, non tamen exquisitam ipsam. Cætera contextûs manifesta sunt. Docet siquidem in eo, quo B pacto acetum picrocholis, qui in temperamento calido *cæteros* vincunt, prosit, quum ipsum frigidum sit.

Acetum mulieribus quàm viris magis noxium, neruis ac vteris inimicum, quòd hi neruosi.

TEXTVS HIPPOCRATIS 35.

C *Mulieribus autem longè magis, quàm viris, aduersatur acetum; nam vterũ dolore afficit.*

COMMENTARIVS GALENI.

Quòd acetum neruos lædere consueuerit, tum testatur experientia, tum ratio demonstrat. Nam exangues sunt, & quia frigidi, propterea facilè à refrigerantibus tenues habentibus partes, afficiuntur medicamentis. Læduntur præterea & à cæteris refrigerantibus omnibus; verùm substantiæ aceti tenuitas, in eorum mergitur profundum, atque in omnes ita penetrat partes, vt ne minimam quidem ex eis illæsam D sinat. Sic certè acetum neruosas lædit partes. Vterum autem anatomici ferè omnes neruosum esse dicunt. Atque absque eorum probatione, quàm ex anatomica inspectione fecerunt, poteris & tu de eo ratiocinatione colligere. Nam ad maximam laxatur molem, & ad minimam contrahitur; quantus etenim fœtus fuerit, ipsum perpetuò circulariter ambit, impleturque spatium omne ab eo, etiamsi paruus fuerit, veluti venter à cibis. Sed ventris non magna est ad contraria permutatio, vteri autem maximæ; plurimùm au- E tem dilatari, neruosorum proprium est corporum, non carnosorum.

De aqua; aquam optimam sinceram in acutis non conferre, sed obesse; non humectare, sitim non sedare, non alere, facultatem vitalem non roborare, tardè permeare, difficilè concoqui, distribui, excerni: in stomacho cunctari, fluctuationes parere, bilem procreare, vrinas non mouere, sputum non educere, transpirationem non iuuare, aluum non subducere; vino autem temperatam, aut oxymelite, aut melicrato, prodesse.

F

TEXTVS HIPPOCRATIS 36.

At verò aquæ potui acutis in morbis, aliud sanè nullum munus habeo, quod ascribam. Neque enim in pleuriticis ac peripneumonicis tussim lenit, neque sputum educit; imò cæteris minus, si quis perpetuò aquâ potui vtatur. Verùm si inter acetum mulsum, & aquam mulsam aquæ pauculùm sorbeatur, sputum educit propter qualitatis potuum transmutationem

tionem, quandam enim intùs inundationem aduehit. Aliàs neque sitim sedat; sed exacerbat; biliosæ enim naturæ biliosa est, & hypochondrijs mala, imò pessima, ac biliosissima, viresque maximè labefactat, vbi in vacuitatem venerit. Lienem quoq; & hepar auget, quum inflammata fuerint, fluctuatque ac innatat. Tardè siquidem permeat, quòd subfrigida sit & coctionis expers; neque aluum deijcit neq; vrinas mouet. Nonnihil etiam insuper oblædit, quod naturâ fæcis sit expers. Quòd si sanè pedibus etiamnũ frigentibus aliquando epota fuerit, has omnes noxas multò grauiores aduehet, ad quancunq; tandẽ inclinauerit.

COMMENTARIVS GALENI.

NEque incidendi vim aliquam habet aqua, vt acetum; imò neque calida est, vt mel (quod sanè non calefacit modò, sed detergit, inciditque.) Tardè igitur iure permeat aqua omnis, difficulter concoquitur, atque ægrè subducitur, quanquàm aliàs & optima sit, & noxiâ vacet. Nam quæ limosa, aut malè olens, aut salsa, aut alterius cuiusdam medicamentosæ qualitatis particeps existit, ea non simpliciter est aqua, sed cum tali quâdam permixtione medicamenti. Vt si mel prauum, vel ptisanam, vel acetum, vel vinum, vel aliquid tale designaueris; non enim ex illo genus totum culpabis, sed id solum, ad quod conuertis mentem. Quum igitur super singulis, de quibus enunciat *Hippocrates*, sermo de optimis sit, ita & nunc intellige, singula quæ dicuntur, ad optimam referens aquam; ea autem purissima est, & omni alienâ qualitate destituta. Hæc igitur quanquàm optima sit, multo tempore in ventriculo manet, fluctuationesque ipsi plurimum parit, quo fit vt quum biliosus ille *ventriculus* fuerit, corrumpatur & illa. Præterea & quum ex ventriculo ad ieiunum intestinum ægrè perueniat, non facilè distribuitur, neque in hepar, neque multò magis in renes, thoracem, & pulmonem. Quare neque vrinas mouere potest, neque sputum educere. Imò neque per totum corpus molitur transpirationes; id nanque tenuis substantiæ opus est calidæque, non frigidæ & crassæ. Neque præterea sitim sedat, quòd in amplis tum ventris, tum intestinorum animalis instrumentis plurimo maneat tempore, neque prorsùs imas ipsorum penetret partes, neque ariditatem humectet. Quod autem non alat, anteà dictum est; proindeque neque facultatem vitalem roborare potest. Atque eæ sunt causæ, quibus Hippocrates ad aquam mulsam, acetum mulsum, & vinum se contulit in ægris, ab aqua abstinens. Igitur ob eas causas nunquam eâ quis vtatur. Vtuntur tamen & alii medici, atque etiam Hippocrates; sed hic minùs, cæteri magis. Nam quòd cæteris malè vtantur, decepti, ad aquam ipsam refugiunt, quæ noxam non insignem habet, vt nec facultatem. Sic enim Erasistratus dicebat; *validæ tum ciborum, tum potuum facultates, tempestiuè quidem assumptæ, maximum auxilium; intempestiuè verò maximam læsionem adferunt.* Quem autem vitiosum esse dico tum oxymelitis, tum mulsæ, tum vini vsum, is quidem oritur & ob repentinas mutationes, vt ipse ostendit; gignitur & plerúnque

A ποιότητος τῶν ποτῶν, πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει· ἄλλως δὲ οὐδὲ δίψαν παύει, ἀλλ' ἐπιπικραίνει· χολῶδες γὰρ φύσει χολώδει, καὶ [47] ὑποχονδρίῳ κακὸν, καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ, καὶ χολωδέστατον, καὶ φιλαδυναμιώτατον, ὅταν [48] ἐς κενότητα ἐσέλθῃ. καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικὸν καὶ ἥπατός ἐστιν, ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ, καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικόν· [49] βραδύπορόν τε γάρ ἐστι διὰ τὸ ὑπόψυχρον καὶ ἄπεπτον εἶναι· καὶ οὔτε διαχωρητικὸν, οὔτε B διουρητικόν· [50] προσβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἀκοπρεόν ἐστι φύσει. ἢν δὲ δὴ καὶ ψυχρῶν ποδῶν ἐόντων, ποτὲ ποθῇ, ταῦτα πάντα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅ, τι ἂν αὐτέων ὁρμήσῃ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥτε τμητικὸν ἔχει τι τὸ ὕδωρ, ὥσπερ τὸ ὄξος, ἀλλ' οὔτε θερμὸν, ὥσπερ τὸ μέλι (τούτῳ μέν γε πρὸς τῷ θερμαίνειν, ἔτι καὶ τὸ ῥύπτειν καὶ τέμνειν ὑπάρχει) βραδύπορον οὖν εἰκότως ἐστὶ, καὶ δύσπεπτον, καὶ δυσυποβίβαστον ἁπλῶς τὸ ὕδωρ. κἂν ἄλλως ἄριστόν τε καὶ ἄμεμπτον ᾖ. τὸ γὰρ C ἰλυῶδες, ἢ δυσῶδες, ἢ ἁλικὸν, ἢ τινος ἑτέρας φαρμακώδους ποιότητος ἔμφασιν ἔχον, οὐχ ἁπλῶς ὕδωρ ἐστὶν, ἀλλὰ μετὰ τοιᾶσδέ τινος ἐπιμιξίας φαρμάκου· καθάπερ καὶ εἰ μέλι μοχθηρὸν, ἢ πτισάνην, ἢ ὄξος, ἢ οἶνον, ἢ τι τοιοῦτον προχείρισαιο· μέμψῃ γὰρ οὐχ ὅλον ἐπ' ἐκείνου τὸ γένος, ἀλλ' αὐτὸ μόνον, ὃ μεταχειρίζῃ. τοῦ λόγου τοίνυν ὄντος ἐφ' ἑκάστου τῶν κρινομένων ὑπ' αὐτοῦ περὶ τῶν ἀρίστων, οὕτω καὶ νῦν ἄκουε, πρὸς τὸ κάλλιστον ὕδωρ ἕκαστον τῶν λεγομένων ἀναφέρων, ὃ καθαρώτατόν ἐστι καὶ πάσης ἀλλοτριότητος ἄμικτον ποιότητος. τοῦτ' οὖν αὐτὸ κἂν ἄριστον ᾖ, κατὰ τὴν γαστέρα μένει πολλῷ χρόνῳ, κλύδωνας αὐτῇ τοὐπίπαν ἐργαζόμενον, ὡς ὅταν γε ἡ χολώδης ἐκείνη, συνδιαφθείρεται καὶ αὐτό. D κἀπειδὰν ὑπέλθοι μόλις ἐκ τῆς κοιλίας εἰς τὴν νῆστιν, οὐκ ἀναδίδοται ῥᾳδίως, οὔτ' εἰς ἧπαρ, οὔτε πολὺ μᾶλλον εἰς νεφροὺς, καὶ θώρακα καὶ πνεύμονα· διόπερ οὔτ' οὖρα κινεῖν πέφυκεν, οὔτε πτύελον ἀνάγειν. ἀλλ' οὐδὲ τὰς δι' ὅλου τοῦ σώματος ἐργάζεται διαπνοάς· λεπτομεροῦς γὰρ οὐσίας ἔργον ἐστὶ τοῦτο καὶ θερμῆς, οὐ ψυχρᾶς καὶ παχυμεροῦς. οὐ μὴν οὐδὲ δίψος παύει, μένον ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν κατὰ γαστέρα καὶ ἔντερα ὀργάνων E τοῦ ζώου, καὶ μὴ διαδυόμενον εἰς ὅλον τὸ βάθος αὐτῶν, μηδ' ἐπιτέγγον τὸν αὐχμόν. ὅτι δ' οὐ τρέφει, πρόσθεν εἴρηται· διά τοι τοῦτο, οὐδὲ τὴν ζωτικὴν δύναμιν οἷόν τε ἐστὶ ῥωννύναι. καὶ ταῦτ' ἐστὶ τὰ αἴτια, δι' ἃ πρός τε μελίκρατον Ἱπποκράτης ἀφικνεῖται, καὶ ὀξύμελι, καὶ οἶνον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἀποχωρῶν τοῦ ὕδατος. ὅσον μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις, οὐδέποτ' ἄν τις αὐτῷ χρήσαιτο· χρῶνται δὲ καὶ ἄλλοι μὲν ἰατροὶ, καὶ μέντοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἧττον μὲν οὗτος, οἱ δ' ἄλλοι μᾶλλον. ἐκ γὰρ τοῦ χρῆσθαι τοῖς ἄλλοις κακῶς, σφαλλόμενοι, καταφεύγουσιν F ἐπὶ τὸ ὕδωρ, οὐκ ἔχον μεγάλην ἀποτυχίαν, ὅτι μηδὲ τὴν δύναμιν· οὕτω γὰρ ὁ Ἐρασίστρατος ἔλεγεν· ἰσχυραὶ δυνάμεις σίτων τε καὶ πομάτων, ἐγκαίρως μὲν προσλαμβανόμεναι, μεγίστην ὠφέλειαν· ἀκαίρως δὲ, μεγίστην βλάβην. ἣν δέ φημι μοχθηρὰν εἶναι χρῆσιν ὀξυμέλιτός τε καὶ μελικράτου καὶ οἴνου, γίνεται μὲν καὶ διὰ τὰς ἀθρόας μεταβολὰς, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν· γίνεται δὲ καὶ διὰ τὴν

μίξιν ἄκρατον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν γιγνομένην, ὡς τὸ πολύ. διδόντος οὖν ἐμοῦ πρεσβύτῃ νοσοῦντι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν οἶνον ὑδατώδους, παραγινόμενός τις τῶν τοιούτων ἰατρῶν, εἶτ᾽ ἰδὼν ἐλάχιστον ἐπισταζόμενον αὐτοῦ τῷ ὕδατι, γελάσας ἔφη, μὴ πίνειν οἶνον τὸν ἄρρωστον, ἀλλ᾽ ὁρᾶν μόνον· οὐκ ἐννοῶν ὅτι τὸ μὲν ἡδονῆς ἕνεκα τὸν οἶνον διδόναι, ἑτέραν ἔχει συμμετρίαν τῆς πρὸς ὕδωρ αὐτοῦ μίξεως, τὸ δ᾽ ὠφελείας, ἄλλην. ὥσπερ γὰρ ὁρμήν τινα, πρὸς τὴν ἀνάδοσιν ἐφελκομένην τὸ ὕδωρ, ἐπιμίγνυσθαι χρὴ τὸν οἶνον ἐλάχιστον παντελῶς, ὡς παύσασθαι τὸ ὕδωρ αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰλικρινὲς εἶναι, οὐχ ὥστε καὶ οἶνον αὐτὸ ποιῆσαι· οἱ πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ὑγιαινόντων πίνουσιν οἶνον ὑδατωμένον, οὐ μὴν προσήκει τὸ ὕδωρ ἐπικρατεῖν κατὰ τὴν γεῦσιν, ἀλλὰ τὸν οἶνον· ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων ἔτι καὶ μᾶλλον, ὡς ἔμφασιν εἶναι τοῦ οἴνου βραχεῖαν. οὕτως δὲ καὶ περὶ τοῦ ὀξυμέλιτος, ὀλίγον αὐτὸς ἔμπροσθεν ἔλεγεν, ἐπαινῶν τὸ ὑδαρές. καὶ μελικράτῳ δ᾽ ἄν τις ἀκινδυνότερον χρῷτο τῷ ὑδαρεῖ· τὸ γὰρ ἄκρατον εἰ μὴ φθάσειεν ὑπαγαγεῖν τὴν γαστέρα, βλαβερώτερον γίγνεται, καὶ μάλιστ᾽ ἐν τοῖς πικροχόλοις τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοις, ἐφ᾽ ὧν καὶ τὸ ὕδωρ ἐστὶ βλαβερόν, ὅταν ἐκχολωθῇ, μεῖναν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις· πρὸς γὰρ δὴ τούτοις ἅπασιν οἷς ἔχει κακοῖς, ἔτι καὶ ἄκοπρον ὄν, οὐδ᾽ ὑπαγωγήν τινα τῆς γαστρὸς ἐργάζεται. τὸ δ᾽ ἐν ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν αὐτὸ πινόμενον βλάπτειν (ὅπερ ἐδήλωσε διὰ τοῦ φάναι, ἢν δὲ δήποτε καὶ ποδῶν ἐόντων ψυχρῶν ποτε ποθῇ, ταῦτα πάντα πολλαπλασίως βλάπτει) τῶν γινωσκομένων τε πᾶσι καὶ ὁμολογουμένων ἐστί. πότ᾽ οὖν χρήσιμόν ἐστιν ὕδωρ πινόμενον; ὅταν ἐπὶ μόνῳ ποτῷ ὁ κάμνων διαιτώμενος ᾖ, μηδέπω χυλὸν πτισάνης λαμβάνων· τότε γὰρ μεταξὺ τῶν ἄλλων ποτῶν, ὕδωρ ἄν τις ἐν καιρῷ προσφέρῃ, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ὁ κάμνων ᾖ διψώδης. πλημμυρίδα γάρ τινα ποιεῖν αὐτό φησι, τουτέστι πλῆθος ὑγροῦ τινος· διὸ καὶ μεταξὺ μελικράτου τε καὶ ὀξυμέλιτος δίδωσιν ὀλίγον, εἰς ὑγρότητα τοῖς ἀναπτυσθησομένοις συντελές. ἀλλὰ κἀπειδὰν ὁ οἶνος ᾖ μεγάλως βλαβερός, καὶ τότε δίδωσιν ὕδατος· ἀκούσωμεν δ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους, ὅπως ἀπεφήνατο περὶ τούτου.

A ob sinceram, quæ à medicis fit, permixtionem. Quum igitur seni cuidam ægrotanti quotidiè vinum aquosum exhiberem, quidam ex huiusmodi medicis præsens, me vini minimùm aquæ ipsi instillantem contemplatus, risit, ægrumque vinum non bibere, sed duntaxat cernere dixit; non sanè intelligens mixtionis vini, quod gratiâ voluptatis datur, ad aquam, aliam esse symmetriam, & aliam eius, quod ad vtilitatem ministratur. Nam vini omninò minimùm tanquàm B vehiculum quoddam, quod ad distributionem aquam trahat, permiscendum est, quo duntaxat aquæ tollamus sinceritatem, non autem aquam vinum faciamus. Sanorum autem plerique vinum aquâ dilutum bibunt, in his autem aquam gustu ipso euincere non oportet, sed vinum; in ægrotantibus verò adhuc magis, ita vt paucum sit vini indicium. Sic & de oxymelite paulò antè dicebat, aquosum laudans; tutiùs item quispiam aquosâ mulsâ vteretur. Nam sincera nisi ventrem subducere anticipauerit, magis nocebit, & potissimùm in picrocholis, & magnis visceribus præditis; in quibus & aqua C noxia est, quum diutiùs in hypochondriis morata, bilescat. Nam præter hæc omnia, quæ habet mala, fœcis adhuc expers existens, nullam alui molitur subductionem. Aquam autem in principiis accessionum potam lædere (quod declarauit his verbis, *quòd si pedibus frigentibus quis aliquando biberit, ea his omnibus multò magis nocebit*) eorum est, quæ omnibus & nota, & concessa sunt. Quando igitur bibi idonea est aqua? Quum potu solo æger vsus fuerit, nondum accepto ptisanæ cremore; tunc enim in potionum aliarum medio aquam tempestiuè quis assumpserit, ac præsertim quum siticulosus æger fue- D rit; inundationem enim quandam, hoc est, humidi cuiusdam copiam, eam facere ait. Ideò inter mulsam, oxymelque parùm *aquæ* exhibet, quòd ijs quæ expui debent, conferat ad humectationem. Imò & quum vinum grauiter nocet, tum aquam propinat. Quo verò pacto id enunciaturus sit Hippocrates, audiamus.

Ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις, ἂν ἰσχυρὰ καρηβαρία ᾖ, ἢ φρενῶν ἅψις, παντάπασιν οἴνου ἀποσχετέον, ὕδατι δὲ χρηστέον, ἢ δοτέον ὑδαρῆ οἶνον λευκὸν καὶ ὑδατώδη.

In acutis morbis, vbi adest vehemens capitis grauitas, aut mentis læsio, à vino prorsus abstinendum esse, aquâ verò vtendum, aut vinum aquosum & album exhibendum dilutissimum.

E

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λζ΄.

Ὑποπτεύσῃ μέντοι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισιν, ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν, παντάπασιν οἴνου ἀποσχετέον, ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρηστέον, ἢ ὑδαρέα καὶ κιῤῥὸν παντελῶς δοτέον οἶνον καὶ ἄοσμον παντάπασι, καὶ μετὰ τὴν πόσιν αὐτοῦ ὕδωρ μεταποτέον ὀλίγον· οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης.

TEXTVS HIPPOCRATIS 37.

Qvum verò in eiusmodi morbis vehementem capitis grauitatem, aut mentis læsionem suspicatus fueris, à vino penitùs abstinendum est; quo in statu aquâ vtendum, aut vinum aquosum omninò, flauumq; exhibendum, ac prorsus inodorum; atq; post ipsius potum aquæ exiguum superbibendum Ita enim vini vehementia caput ac mentẽ minùs feriet.

F

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἅπτεσθαι φρενῶν λέγεται τηνικαῦτα, ὅταν ὁ κάμνων πυρέσσων παραφρονῇ· καὶ νῦν οὖν φρενῶν ἅψιν ἔφη τὴν παραφροσύνην, ἐν ᾗ φεύγειν κελεύει τὸν οἶνον, ὡσαύτως δὲ κἂν ταῖς ἰσχυραῖς κεφαλαλγίαις· εἴρηται δὲ περὶ ἀμφοῖν πρόσθεν. ἀλλὰ νῦν γε προειπὼν, παντάπασιν ἀποσχετέον εἶναι τοῦ οἴνου κατὰ τὰ προειρημένα συμπτώματα,

COMMENTARIVS GALENI.

Mens tum lædi dicitur, cùm æger febre correptus delirauerit; ac nunc ergo mentis læsionem delirium dicit, in quo vino abstinendum imperat. Eodem modo & in vehementibus capitis doloribus. De vtroque anteà dictum est. Sed nunc vbi in prædictis symptomatis à vino omninò abstinendum prædixit, consequenter

consequenter aquosum, flauumque omninò, & quod odore careat, dandum ait. Aquosum quidem & inodorum dare bellè dicitur, sed flauum non admodùm recipio; nam ad ea aquosum album melius existit. Etiam verò in eam gratiam, quum vinum talibus datum est, superbibendam confestim aquam, tutiùs præcipit. Minùs enim (inquit) vini robur, quod vehemens est, caput mentemque feriet; *ἀπόλοιτο* quidem verbo vsus sibi ipsi vsitato consuetoque, quo *ἄψιν mentis læsionem*, ab huiusmodi verbo, quod *ἄψεως* nomine hominibus vsitatius est, sese fecisse ostendit. Caput autem mentemque vino lædi ait, quòd propter calorem celeriter ad caput feratur, feruentesque in corpore secum ferat humores. Quia verò caput malè afficit, propterea & mentem; nam in capite sapere ipsum situm est, & ea animæ pars quæ ratiocinatur.

Aquâ modò copiosissimâ, modò moderatâ, nunc frigidâ, nunc calidâ, pro morbi ratione vtendum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 38.

At quibus in morbis aquâ potui maximè vtendum sit, & quando copiosissimâ, & quando moderatâ, quando frigidâ, & quando calidâ, partim quidē anteà dictū est, partim verò suo tēpore dicetur.

COMMENTARIVS GALENI.

Erasistratus quidem in libris de febribus malitiosè satis criminatur Hippocratem, discipulos ipsius propè accusans Apollonium, & Dexippum, quos ait cereos cyathos duodecim in sextantali cotulæ cyatho effinxisse, atque vnum ex illis, vel duos febrientibus admetiri. Verùm Hippocrates non hîc solùm, sed & in antedictis, potionibus omnibus copiosis manifestè vti visus est. Atque nunc in dictione liquidò ostendit, inquiens; *In quibus autem maximè aquâ vtendum sit, & quando copiosissimâ.* Nam valdè multâ, & copiosissimâ significat. Sed sanè satis erat dicere copiosam aliquando dari aquam, sine adiectione *κάρτα*, in proditionem malitiæ Erasistrati, qui de Appollonio, & Dexippo mentionem facit, nec vllum horum librum ostendere potest; nec Hippocratem ipsum intelligit, apertè dicentem, *Et quandoque copiosâ aquâ vtendum.* Quinetiam & superiore oratione cum oxymelite aquam porrigens, vtilem esse ait, quòd inundationem quandam pariat, hoc est, humiditatis copiam. Scripsit & anteà de mulsa, & oxymelite aquosis, quòd os humectant, & vrinas cient; non vtique cyathum horum porrigens, sed quantitatem insignem, quâ & os humectari, & vrinæ cieri, & quæ pulmonem infestent, expui possint. Præterea & de oxymelite ita scripsit, *Quòd si potum hoc, & quidem multum, per totum morbum profuturum existimaueris*, adiiciens hîc, *multum*. De malitia itaque Erasistrati aduersus Hippocratem dicta hæc sufficiant. Cæterùm recordemur Hippocratem, quo modo antè, ita & nunc polliceri se in morbis singulis propriam facturum doctrinam; quum hoc in libro victûs instituendi artem non sufficienter conficiat, sed vniuersalia sola in exemplo morbi vnius, scilicet pleuritidis, prosequatur.

A Φησὶν ἐφεξῆς ὑδαρέα καὶ κιῤῥὸν παντελῶς δοτέον καὶ ἄοσμον. λευκὸν τὸ μὲν οὖν ὑδαρῆ καὶ ἄοσμον διδόναι, καλῶς εἴρηται· τὸ δὲ κιῤῥὸν οὐ πάνυ προσίεμαι· βελτίων γὰρ ὁ ὑδατώδης εἰς ταῦτα, λευκὸς ὢν δηλονότι. τό γε μὴν ἡνίκα δοίημεν ποτὲ ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων οἶνον, εὐθέως ἐπιπίνειν ὕδωρ, ἀσφαλῶς συνεβούλευσεν· ἧσσον γὰρ ἄν, φησι, τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος, ὅπερ ἐστὶν ἰσχὺς, ἀπόλοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς γνώμης· ἀπόλοιτο μὲν εἰπὼν κατὰ τὸ συνήθες αὐτῷ, καὶ δηλώσας ὅτι καὶ τὴν ἄψιν τῶν φρενῶν ἀπὸ τούτου τοῦ ῥήματος ἐποίησε, συνηθεστέρου τοῖς ἀνθρώποις ὄντος, ἢ τὸ τῆς ἄψεως ὄνομα. κεφαλῆς δὲ καὶ γνώμης εἶπεν ἅπτεσθαι τὸν οἶνον, διότι θερμὸς ὤν, αὐτός τε διὰ ταχέων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρεται, καὶ συναναφέρει τοὺς ζέοντας ἐν τῷ σώματι χυμούς·
B ὅτι δὲ τὴν κεφαλὴν κακοῖ, διὰ τοῦτο καὶ τὴν γνώμην· ἐν ταύτῃ γάρ ἐστι τὸ φρονοῦν καὶ λογιζόμενον μέρος τῆς ψυχῆς.

Τῷ ὕδατι, ποτὲ μὲν πολλῷ κάρτα, ποτὲ δὲ μετρίῳ χρηστέον, ὁτὲ μὲν ψυχρῷ, ὁτὲ δὲ θερμῷ, κατὰ τὸν τοῦ νοσήματος λόγον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λη.

Ἐν οἷσι δὲ μάλιστα αὐτῶν ὕδατι ποτῷ χρηστέον, καὶ ὁκότε πολλῷ κάρτα, καὶ ὅκου μετρίῳ, καὶ ὅκου ψυ-
C χρῷ, καὶ ὅκου θερμῷ, τὰ μέν που καὶ πρόσθεν εἴρεαται, τὰ δὲ ἐν αὐτέοισι τοῖσι καιροῖσι ῥηθήσεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐρασίστρατος μὲν ἐν τοῖς περὶ πυρετῶν, κακοήθως πάνυ διαβάλλει τὸν Ἱπποκράτην, τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ δῆθεν μεμφόμενος Ἀπολλώνιόν τε καὶ Δέξιππον, οὕς φησι κηρίνους
D κυάθους δώδεκα ποιησαμένους εἰς τὸν ἑκτημορεῖον τῆς κοτύλης χόνικα κύαθον, ἕνα τούτων, ἢ δύο ἀπομετρεῖν τοῖς πυρέττουσιν· ὁ δ' Ἱπποκράτης οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, εὔδηλός ἐστι δαψιλέσι χρώμενος ἅπασι τοῖς ποτοῖς, νυνὶ δὲ καὶ διὰ τῆς λέξεως σαφῶς ἐδήλωσεν, εἰπών· οἷσι δὲ μάλιστα αὐτῶν ὕδατι χρηστέον, καὶ ὁπότε κάρτα πολλῷ. δηλοῖ γὰρ καὶ τὸ, κάρτα πολλῷ, τὸ λίαν πολλῷ· ἤρκει δ' εἰπεῖν, καὶ πολὺ δίδοσθαί ποτε τὸ ὕδωρ, χωρὶς τοῦ προσθεῖναι τὸ κάρτα, πρὸς τὸν ἔλεγχον τῆς
E Ἐρασιστράτου κακοηθείας, ὃς Ἀπολλωνίου μὲν καὶ Δεξίππου μνημονεύει, μηδὲν ἔχων αὐτῶν δεῖξαι βιβλίον, Ἱπποκράτους δ' αὐτοῦ λέγοντος σαφῶς οὐκ ἀκούει, χρῆσθαι δ' ἐνίοτε πολλῷ κάρτα τῷ ὕδατι. καὶ μέντοι καὶ ἀνωτέρω μετ' ὀξυμέλιτος αὐτὸ διδοὺς, ἔφη χρήσιμον εἶναι, ὅτι πλημμυρίδα τινὰ ἐμποιεῖ, τουτέστι πλῆθος ὑγρότητος· καὶ μελικράτου τε καὶ ὀξυμέλιτος τῶν ὑδαρῶν ἔμπροσθεν ὡς ὑγραινόντων τὸ στόμα καὶ οὖρα κινούντων, ἔγραψεν· οὐ δήπου κύαθον αὐτῶν διδοὺς, ἀλλὰ πλῆθος ἀξιόλογον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ στόμα δυνατὸν ὑγρανθῆναι, καὶ τὰ οὖρα κινηθῆναι, καὶ ἐκ πνεύμονος ἀναχθῆναι. ἐπὶ δὲ ὀξυ-
F μέλιτος καὶ οὕτως ἔγραψεν· ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον, πολλῷ τούτῳ χρέεσθαι· προσθεὶς κἀνταῦθα, τὸ πολλῷ. περὶ μὲν οὖν τῆς Ἐρασιστράτου πρὸς Ἱπποκράτην κακοηθείας, ἀρκεῖ καὶ ταῦτα. μεμνήσθωσαν δὲ ἡμεῖς, ὅτι καθάπερ ἔμπροσθεν, οὕτω καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἐπαγγέλλεται καθ' ἕκαστον νόσημα διδασκαλίαν ἰδίαν ποιήσασθαι, ὡς οὐχ ἱκανῶς ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ τὴν διαιτητικὴν τέχνην ἐξειργασμένος, ἀλλὰ τὰ καθόλου μόνα διεληλυθὼς ἐπὶ παραδείγματος ἑνὸς νοσήματος τῆς πλευρίτιδος.

Ἐπαγγέλλεται ἐν τῷ τῶν κατὰ μέρος νοσημάτων θεραπευτικῷ διάφορα ποτὰ ἐκ διαφόρων ἁπλῶν φαρμάκων, καὶ σύνθετα φάρμακα γράψειν.

Pollicetur se in particularium morborum curatione, potiones varias ex aqua & variis simplicibus parandas, & composita medicamenta traditurum.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λθ΄.

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν, οἷον τὸ κρίθινον, καὶ τὰ ἀπὸ χλοίης ποιεύμενα, καὶ τὰ ἀπὸ σταφίδος, καὶ στεμφύλων, καὶ πυρῶν, καὶ κνίκου, καὶ μύρτων, καὶ ῥοιῆς, καὶ τῶν ἄλλων, ὅταν οὖν ἄν τινος αὐτέων καιρὸς ᾖ χρέεσθαι, γεγράψεται παρ' αὐτῷ τῷ νοσήματι, ὅκωσπερ καὶ τὰ ἄλλα τῶν συνθέτων φαρμάκων.

TEXTVS HIPPOCRATIS 39.

At de cæteris potibus, qualis est hordeaceus, & qui ex herba virente, vuâ passâ, vinaceis, tritico, cnico, myrtis, malo punico, & ex alijs parantur, quum horum aliquo vti tempestiuum fuerit, in morbo ipso scribetur, vbi & de compositis agetur medicamentis.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ ἥδε ἡ ῥῆσις ἐπαγγελίαν ἔχει διδασκαλίας ἑτέρας ἑκάστου τῶν νοσημάτων ἰδίας. πρόδηλον οὖν ὡς ἢ οὐ σώζεται τὰ γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ βιβλία θεραπευτικὰ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἑκάστου κατὰ μέρος, ἢ ὅλως οὐκ ἐγράφη· ταυτὶ γὰρ τὰ νῦν φερόμενα, τῆς Ἱπποκράτους ἀξίας οὐκ ἔστιν· ἔχει μέντοι πολλὰ τῆς γνώμης αὐτοῦ, καθάπερ καὶ ταῦτα αὐτὰ τὰ προσκείμενα τῷδε τῷ βιβλίῳ, τὰ μετὰ τὸ λουτρόν· κάλλιον δὴ ὡς ἔφην ὑπὲρ ἑκάστου σκεψόμεθα, κατὰ τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν.

COMMENTARIVS GALENI.

Atque hæc oratio habet doctrinæ alterius, quæ de morbis singulis sit, pollicitationem. Verùm liquidò constat, aut libros qui de singulorum acutorum morborum curatione ab Hippocrate scripti sunt, non extare, aut prorsus non scriptos. Hi siquidem, qui nunc circunferuntur, præstantiæ Hippocratis non sunt; habent tamen multa, quæ mentem ipsius oleant, veluti & quæ huic libro adiacent ab eo, qui de balneis est, sermone. Sed vt dixi, de singulis in horum explicatione commodiùs disseremus.

Περὶ λουτρῶν· τὸ λουτρὸν τῇ τῶν νοσημάτων θεραπείᾳ συμφέρειν, τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δὲ ἧσσον· περὶ τῆς τοῦ λουτροῦ παρασκευῆς· ὁποῖόν τε, καὶ ὁπόσον, καὶ ὅπου ἀγαθόν.

De balneis; balneum morborum curationi conferre, quibusdam magis, quibusdam minùs; de balnei apparatu, quale, quantum, quo in loco deceat.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μ΄.

Λουτρῷ δὲ συχνοῖσι τῶν νουσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεόμενοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δὲ οὔ· ἔστι δ' ὅτε ἧσσον χρηστέον, διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπεύσοντες ὡς δεῖ· εἰ δὲ μὴ παγκάλως λούοιτο, βλάπτοιτο ἂν οὐ σμικρά. καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ, καὶ ὕδατος δαψιλέος, καὶ λουτροῦ συχνοῦ, καὶ μὴ λίην λάβρου, ἢν γε μὴ οὕτω δέῃ.

TEXTVS HIPPOCRATIS 40.

Balneum verò plerisque morbis, eo vtentibus contulerit, his quidem assiduè, his verò minimè. Interdùm autem eo minùs vtendum, ob hominum inapparationem; in paucis enim domibus instrumenta parata sunt, ac ministri, qui vt oportet, curent. At nisi quis perbellè lauetur, non mediocrem incurret noxam. Tecto etenim citra fumum opus est, & copiosâ aquâ, & frequenti balneo, sed non immoderatiùs affuso, nisi res ita postulauerit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἔοικε κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους χρόνους, οὐδέπω ταυτὶ τὰ βαλανεῖα κατεσκευάσθαι· τό, τε γὰρ ἐν ὀλίγαις οἰκίαις λέγειν αὐτὸν παρεσκευάσθαι τά τε ἄρμενα καὶ τοὺς θεραπεύσοντας ὡς δεῖ, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ σκέπης ἀκάπνου χρείαν εἶναι, καὶ ὕδατος δαψιλοῦς, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἐφεξῆς εἶπεν, ὡς ἐν ταῖς οἰκίαις ἔτι θερμαινομένου τοῦ ὕδατος ἐν λέβησιν, εἶτ' ἐγχεομένου τῶν ἐμβατῶν ταῖς πυέλοις, ἔνδειξιν ἔχει. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον, ὡς καὶ λουτροῦ συχνοῦ χρεία ἐστὶ καὶ μὴ λίην λάβρου, ἤν γε μὴ οὕτω δέῃ, εἴγε μεμνήμεθα, παραφυλάττειν δεῖ κατὰ τὴν ἑξῆς διδασκαλίαν· αὐτὸς γὰρ ἐρεῖ, τίνες εἰσὶν οἱ λάβρου ποτὲ δεόμενοι τοῦ λουτροῦ, τουτέστι καταντλουμένου τοῦ κάμνοντος ὕδατι πολλῷ. εἰ γὰρ μὴ φαίνοιτο λέγων αὐτός, ἡμεῖς ζητήσομεν οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἀκολουθίαν φυλάττειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένοις.

COMMENTARIVS GALENI.

Balnea huiusmodi, temporibus Hippocratis nondùm parari videbantur. Nam dicere paucis in domibus parari instrumenta necessaria, & reperiri qui rem probè curent, opúsque prætereà tecto esse non fumoso, copiosâ aquâ, & quæcunque deinceps dixit; quod item in domibus calefiat adhuc intra lebetes aqua, labrísque infundatur, argumentum habet. Quòd autem in fine dictionis ait, *crebro opus esse balneo, eoque non admodùm immoderato, nisi res ita postulauerit,* si vtique memoriâ non excidat, in sequenti doctrina obseruabimus. Nam ipse dicet, quinam sint, qui immediocri aliquando egent balneo; id autem est, quum æger multâ, dum lauatur, perfunditur aquâ. Si nanque dicere ipse non videatur, nos ipsi non simpliciter quidem, neque vt inciderit, sed cum eorum, quæ ab ipso scribuntur, consequentiæ obseruatione percunctabimur.

In

A

In acutis morbis ægrum lauandum, non detergendum esse, nisi ob sordes, ac pruritum; de detersionis facultatibus ac emendatione.

TEXTVS HIPPOCRATIS 41.

ET magis quidem minimè detergendum est. At si detergendum sit, calido ipso, ac multò copiosiore, quàm fieri soleat, detersorio medicamento vtendum; affundendáque aqua non pauca, & celeriter post perfundenda.

B

COMMENTARIVS GALENI.

NVllus æger, quum lauatur, detergendus est, nisi sordeat, ac pruritu vexetur. Nam ægroti aquâ citra laborem omnem, læsionemque prolui debent. Detersio autem purgamentis fit tum mordentibus, tum siccantibus; ac proinde, tum viribus, tum vsui balneorũ maximè hæc contraria est. Si verò æger detergi debeat, vel propter sordes, vel propter pruritum, vim medicamenti detergentis vberioris aquę temperatione, iniecto quoq; oleo, obtundere oportet. Quocirca inquit Hippocrates. Ac multò copiosiore quàm fieri soleat, id est, quàm sanis consuetum sit, vtendum detersorio. Non enim substantiam medicamenti detergentis in ægris multiplicem accipiendam præcipit, quum non detergendum esse magis, quàm leuiter purgandum velit; sed detersorij quantitatem in ægris multiplicem fieri iubet per aquæ adauctionem. Ea siquidem ratio detergentia quoque vitare præcipit, non excitante vel sorditie, vel pruritu, acribusque ipsis, & sinceris non vtendum. Vt autem multitudine aquæ admixtæ exoluit detergentis medicamenti acrimoniam, eodem modo totius detersorij vim exoluit superinfundens statim multam aquam calidam puramque, atque deinceps aliam.

De via ad balneum, ac de ingressu & egressu.

TEXTVS HIPPOCRATIS 42.

ATque viâ breui ad solium opus est, tum ad facilem descensum, tum ascensum.

COMMENTARIVS GALENI.

COmmune id est, siue in balneo hominem laueris, siue in domo aliqua extruxeris pyram, & labrum aquâ impleueris; quod & nunc in castris fit sæpiùs, quum lauari aliquem deficiente balnei loco oportet. *Tum ad facilem descensum, tum ascensum.* Prorsus enim citra laborem ægrum seruare iubet; atque ob id solium facilem tum ingressum, tum egressum habere voluit. Id proculdubiò fiet, si paries, qui aquam continet, neque sublimis, neque angustus fuerit. Maximè autem laudabile, & à labore omni alienum est, quod in aquarum spontè nascentium conficitur lauacris; vbi sic solia humilia depressáque propè omnes conficiunt, vt nihil soli pauimento, quod propè est, emineant.

Ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις τὸν κάμνοντα λούειν καὶ μὴ σμήχεσθαι χρή, πλὴν διὰ τὸν ῥύπον καὶ τὸν κνησμόν· περὶ τῆς τοῦ σμήγματος δυνάμεως καὶ τῆς ἐπανορθώσεως.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μα'.

ΚΑὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι· ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτέῳ, καὶ πολλαπλασίῳ, ἢ ὡς νομίζεται, σμήγματι· καὶ προσκαταχεῖσθαι μὴ ὀλίγῳ, καὶ ταχέως μετακαταχεῖσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥ δεῖται τοῦ σμήχεσθαι κάμνων οὐδείς, ὅταν λούηται, πλὴν εἰ ῥυπῶν ἢ καὶ κνησμώδης. χρῄζουσι γὰρ οἱ κάμνοντες ἀκοπώτατα καὶ ἀοχλητότατα διαβρέχεσθαι τῷ ὕδατι· τὸ δὲ σμήχεσθαι διὰ ῥυμμάτων γίνεται δακνωδῶν ὄντων αὐτῶν καὶ ξηραντικῶν, ὥστε ἐναντιώτατόν ἐστι τοῦτο τῇ δυνάμει τε καὶ χρείᾳ τοῦ λουτροῦ. δεομένου μέντοι σμήχεσθαι τοῦ κάμνοντος, ἢ διὰ ῥύπον, ἢ διὰ κνησμόν, ἐκλύειν δύναμιν τοῦ σμηκτικοῦ φαρμάκου μίξει πλείονος ὕδατος, ἐπεμβάλλοντας καὶ τοῦ ἐλαίου. καὶ διὰ τοῦτ' εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, πολλαπλασίῳ δεῖ χρῆσθαι ἢ ὡς νομίζεται τῷ σμήγματι, τουτέστιν, ἢ ὡς εἴθισται παρὰ τῶν ὑγιαινόντων. οὐ γὰρ δὴ τὴν οὐσίαν τοῦ σμήχοντος φαρμάκου κελεύει πολλαπλασίαν ἐπὶ τῶν νοσούντων παραλαμβάνειν, ὥς γε τὸ μὴ σμήχεσθαι μᾶλλον αἱρεῖται τοῦ σμᾶσθαι· ἀλλὰ τὸ πλῆθος τοῦ σμήγματος ἀξιοῖ πολλαπλάσιον ἐπὶ τῶν νοσούντων γίνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ ὕδατος αὔξησιν. ὁ γὰρ αὐτὸς λογισμὸς ὑπαγορεύει καὶ τὸ φεύγειν τὰ σμῶντα, μὴ κνήσεως ἢ ῥύπου κατεπείγοντος, καὶ τὸ δριμέσιν αὐτοῖς καὶ ἀκράτοις μὴ χρῆσθαι. ὥσπερ δὲ τῷ πλήθει τῆς τοῦ ὕδατος μίξεως ἐξέλυσε τὴν ἐκ τοῦ σμῶντος φαρμάκου δριμύτητα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὅλου σμήγματος ἐκλύει τὴν δύναμιν, ἐπικαταχέων ὕδωρ εὐθέως θερμὸν καὶ καθαρὸν δαψιλές, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τούτῳ πάλιν ἕτερον.

Περὶ τῆς ὁδοῦ ἐς πύελον, καὶ τοῦ εὐεμβάτου καὶ εὐεκβάτου.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μβ'.

ΔΕῖ δὲ καὶ τὴν ὁδὸν βραχείην ἐς τὴν πύελον, καὶ ἐς εὐέμβατον, καὶ ἐς εὐέκβατον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟῦτο τὸ κοινόν ἐστι, ἐάν τε ἐν βαλανείῳ λούῃς τὸν ἄνθρωπον, ἐάν τε ἐν οἴκῳ τινὶ πυρὰν ποιήσας, καὶ πύελον ὕδατος πληρώσας, ὅπερ καὶ νῦν ἐν τοῖς στρατοπέδοις γίνεται πολλάκις, ὁπόταν δέῃ μέν τινα λούεσθαι, βαλανεῖον δ' ὁ τόπος οὐκ ἔχει. Καὶ εἰς εὐέμβατον, καὶ εὐέκβατον. Παντελῶς γὰρ ἄκοπον φυλαχθῆναι βούλεται τὸν κάμνοντα· διὰ τοῦτο καὶ τὴν πύελον εὐέμβατόν τε καὶ εὐέκβατον ὑπάρχειν ἀξιοῖ. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο, μήτε ὑψηλοῦ περιέχοντος τείχου τὸ ὕδωρ, μήτε στενοῦ· κάλλιστον δὲ καὶ ἀκοπώτατόν ἐστι τὸ κατὰ τὰς κολυμβήθρας ἐν τοῖς αὐτοφυέσιν ὕδασιν, ἃς ταπεινὰς ποιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες οὕτως, ὡς μηδὲν ὑπερέχειν τοῦ πλησίον ἐδάφους.

Περὶ τῆς χρησίμου τοῦ κάμνοντος ἐν τῷ λουτρῷ λουομένου καταστάσεως.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μγ΄.

Εἶναι δὲ τὸν λουόμενον κόσμιον καὶ σιγηλὸν, καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐργάζεσθαι, ἀλλ᾽ ἄλλους καὶ καταχέειν καὶ σμήχειν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ ταῦτα μὲν τῶν συντελούντων ἐστὶν εἰς τὸ τὸν κάμνοντα ἄκοπον, ὁμοίως τοῖς προειρημένοις· ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὸ χαλασθῆναί τε καὶ μαλαχθῆναι μᾶλλον ἐν τῷ λουτρῷ τὸ σῶμα, χρήσιμός ἐστιν ἡ τοῦ κάμνοντος ἡσυχία· τείνονται γὰρ ἐν ταῖς κινήσεσιν οἱ μύες, οἵτινες ἧττον μαλάττονται καὶ χαλῶνται.

Περὶ τοῦ ὕδατος τοῦ λουτροῦ τῇ ποιότητι διαφέροντος, θερμοῦ τε, καὶ χλιαροῦ, καὶ ψυχροῦ, μετακεράσματος.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μδ΄.

Καὶ μετακέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἔνεστι μὲν καὶ ὑφ᾽ ἓν ἀναγνῶναι, μετακέρασμα· δυνατὸν δὲ καὶ καθ᾽ αὑτὴν ἀκοῦσαι τὴν, μετά, πρόθεσιν, ἰδίᾳ δὲ πάλιν τὸ κέρασμα· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἐν ἄλλοις Ἱπποκράτης φαίνεται χρώμενος τῇ, μετά, προθέσει, κατὰ τὸ τῶν Ἰώνων ἔθος, ἐλλειπτικῶς· ἔστι δὲ τὸ πλῆρες τοιοῦτο, καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι. εἴτε δ᾽ ὑφ᾽ ἓν ἀκούει τις μετακέρασμα, εἴτε καὶ διελὼν, αὐτὴ τοῦ μετὰ ταῦτα κέρασμα, μία διάνοια κοινὴ τῶν λέξεων ἀμφοτέρων ἐστὶν ἡτοιμάσθαι· γὰρ βούλεται κέρασμα, μέλλον καταχεῖσθαι τοῦ λουομένου, μετὰ τὸ χρήσασθαι τῷ κατὰ τὴν πύελον λουτρῷ. ὅπερ καὶ νῦν εἰώθασι πάντες οἱ ἰατροὶ ποιεῖν, ὅταν ἀσθενοῦντα λούσωσιν· οὐ γὰρ εἰς τὴν ψυχρὰν δεξαμενὴν ἐμβῆναι ἐπιτρέπουσιν, ἀλλ᾽ ἀντ᾽ ἐκείνης ἐπιχέουσιν ὕδωρ χλιαρὸν, ἔνιοι δὲ καὶ πυέλους ὅλας ὕδατος τοιούτου πληροῦσιν. ὥσπερ γὰρ ἐχαλάσθη καὶ ἠραιώθη τὸ σῶμα κατὰ τὸ θερμὸν λουτρὸν, οὕτως αὖ πάλιν ἠρέμα συναγαγεῖν αὐτὸ βούλεται καὶ σφίγξαι· τοῦτο γὰρ εἰς ῥώμην δυνάμεως συντελεῖ, καὶ πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως βλάπτεσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἴ τις ἐξαίφνης ἐν τῷ περιέχοντι γίγνοιτο πρὸς τὸ ψυχρὸν μεταβολή. κατὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑγιαίνοντες εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἑαυτοὺς ἐμβάλλουσι μετὰ τὸ θερμὸν λουτρόν· ἀλλ᾽ οἵ γε ἀσθενοῦντες οὐ φέρουσι τὴν ὁμιλίαν τοῦ ψυχροῦ ἀβλαβῶς, διὸ θραύομεν αὐτό, θερμὸν ἐπιμιγνύντες. ἡ δὲ τῆς μίξεως ποσότης εὑρίσκεται, πρῶτον μὲν εἰς τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν ἀποβλεπόντων διάθεσιν, εἶθ᾽ ἑξῆς εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ κάμνοντος φύσιν, ἡλικίαν τε καὶ ὥραν καὶ χώραν, καὶ τὴν παροῦσαν κατάστασιν τοῦ περιέχοντος. κάλλιον δὲ ποιήσουσιν ὅσοι τῶν τριῶν οὐκ ἐλάττω παρασκευάσουσι τὰ μετὰ τὸ θερμὸν λουτρὸν ὕδατα χλιαρὰ, διαφέροντα ἀλλήλων· ὡς τὸ μὲν ἱκανῶς εἶναι χλιαρὸν, τὸ δὲ δεύτερον ἧττον ἐκείνου χλιαρὸν, τὸ δὲ τρίτον ἔτι καὶ μᾶλλον ἀποκεχωρηκὸς ἐπὶ τὸ ψυχρόν. ἔοικε γὰρ ὁ Ἱπποκράτης τοιοῦτόν τι βούλεσθαι, κελεύων τὸ μετακέρασμα πολὺ παρασκευάζειν· οὐ γὰρ μόνον ἁπλῶς πολὺ, ἀλλὰ καὶ

A

De idoneo ægri sese in balneo lauantis statu.

TEXTUS HIPPOCRATIS 43.

Qui lauatur, eum modestum ac tacitum esse oportet; ipsumque nihil agere, sed cæteros tum perfundere, tum detergere.

COMMENTARIUS GALENI.

B

Hæc quoque prædictis similiter, vt æger non laboret, conferunt. Iam verò & ægrotantis quies, vt corpus in balneo tum magis laxetur, tum emolliatur, est idonea. Nam in motionibus musculi tenduntur, qui minùs tum molliuntur, tum laxantur.

De aquæ balnei qualitate discrepantis, calidæ, tepidæ, ac frigidæ, temperatione parandâ.

C

TEXTUS HIPPOCRATIS 44.

Multa quoque aquæ contemperatio paranda est.

COMMENTARIUS GALENI.

Datum est ipsi vnico legi verbo, metacerasma .i. *temperatio*; potest & intelligi hæc propositio μετὰ per se, & seorsùm κέρασμα. Etenim Hippocrates tum in hoc libro, tum in aliis, Ionum more per defectum vti præpositione μετὰ videtur. Potest verò integrè ita legi, *multa quoque post hæc aquæ temperatio paranda.* Siue autem quis vno intelligat verbo μετακέρασμα, siue distinguat, pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, communis est dictionis vtriusque intelligentia. Vult siquidem temperationem parari, eum qui in labro lotus est perfusurus; quod medici huius temporis omnes efficere consueuerunt, quum ægrum lauerint. Non enim in solium frigidum ingredi permittunt, sed pro eo tepidâ perfundunt aquâ. Nonnulli labra tota aquâ huiusmodi replent. Nam vt corpus tum laxius, tum rarius calidâ lauatione est redditum; ita rursùm quietè paulatimque contrahere ipsum, & cogere desiderat. Id enim ad virium robur confert, vt non facilè homo lædatur, siqua subita in ambiente aëre fiat ad frigidum permutatio. Ob id igitur sanitate fruentes, à balneo calido sese in frigidam aquam proiiciunt. Sed qui ægrotant, contactum frigidæ non sustinent citra læsionem; quapropter frigiditatem calidæ mixtione frangimus. Mixtionis autem quantitas inuenitur, in primis quidem si nos corporis affectionem inspexerimus; deinde & propriam laborantis naturam, ætatemque, & anni tempestatem, & regionem, & præsentem ambientis statum. Meliùs autem facient qui à calido balneo tepidas non minùs trium generum aquas inter se differentes parabunt; vt prima quidem admodum tepida sit, secunda verò priore minùs tepida, & tertia adhuc quæ magis ad frigidum declinet. Tale autem quidpiam velle visus est Hippocrates, quum imperat *multam temperationem parari.* Non enim quod paratur, id simpliciter modò *multum*, verùm

&

& *multiforme* esse est melius, vt paulatim à calido ad frigidum procedatur, cum subitam ad contrarium mutationem æger non ferat.

De crebra perfusione facienda.

TEXTVS HIPPOCRATIS 45.

Celeresque perfusiones faciendæ.

COMMENTARIVS GALENI.

B Celeres referre oportet non ad eam solùm quæ in perfusione fit actionem, verùm & ad illud quod actiones interiacet spatium, vt primam inter perfusionem, secundamque, parùm sit interualli. Quod siquis propriè nominauerit, non *celeres*, sed *frequentes* faciendas esse perfusiones dixerit. Quanquàm apud veteres vsus horum nominum *frequentis ac celeris* confundatur; nam aliquando frequentes actiones, celeres vocant.

C De vsu spongiæ à balneo, & à balneo ægros alios per sudores vacuari, alios linteis exiccari, & balneum, vt humectetur quod exaruit, fieri.

TEXTVS HIPPOCRATIS 46.

Ac spongijs pro strigili vtendum est.

COMMENTARIVS GALENI.

D Neque strigilibus in ægris, neque sanè spongiâ, medici huiusce temporis vtuntur, sed à balneo eos linteo contegunt; alii vestibus, ac potissimùm interpolis, vt plurimùm sudent, obuoluunt. Sed non semper ægrum à balneo copiosè sudare conuenit. Nam sæpè laborantem ad balneum non vacuandi corporis gratiâ ducimus, sed prorsus contrariam ob rationem, vt scilicet humectetur totum madescatque, quod immoderatiùs exaruit. In talibus igitur, neque intùs in balneo sunt expectandi sudores multi, sed quàm citissimè labri aquam ingredi, & posteà balneo egressos detergere expedit.

E De vnctionis ex oleo à balneo vsu, qualitate, facultate, modo, ac tempore.

TEXTVS HIPPOCRATIS 47.

Neque valdè siccum corpus inungendum.

COMMENTARIVS GALENI.

F Oratio hæc succedit quidem huic, *Ac spongijs pro strigili vtendum*. Sed qui sermonis proprietatem contemplatus fuerit, is de vnctionis in balneo vsu intelliget, nequid eorum quæ de necessitate dicenda sunt, prætermissum esse videatur. Nam vbi post balneum spongiâ aquam detersit Hippocrates, non constat quidem si corpus vnxerit; sed liquet ægri corpus, quum humidum existit, *non* perungendum esse; nisi quis dixerit, quòd hoc ipsum oleum, quod cum aqua est, detergeat.

A πολυειδὲς ἄμεινον εἶναι τὸ παρεσκευασμένον, ὡς ἀπὸ τοῦ θερμοῦ κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ ψυχρὸν ἔρχεσθαι, τὴν ἀθρόαν ἐπὶ τοὐναντίον μεταβολὴν οὐ φέροντος τοῦ κάμνοντος.

Περὶ τῆς ταχείας ἐπαντλήσεως ποιητέας.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ με΄.

ΚΑὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

B ΤΟ, ταχείας, ἀκούειν προσήκει καὶ κατ' αὐτῆς μὲν τῆς γιγνομένης ἐνεργείας ἐν τῷ καταχεῖν, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ κατὰ τοῦ μεταξὺ τῶν ἐνεργειῶν χρόνου, ὡς μὴ διαλείπειν πολὺ τὴν δευτέραν ἐπάντλησιν ἀπὸ τῆς προτέρας· ὅπερ ὀνομάζων τις κυρίως, οὐ ταχείας, ἀλλὰ πυκνὰς ποιεῖσθαι τὰς ἐπαντλήσεις εἴποι· συγκέχυταί γε μὴν παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ χρῆσις τῶν ὀνομάτων, τοῦ τε πυκνοῦ, καὶ τοῦ τάχεος, ἔστιν ὅτε τὰς πυκνὰς ἐνεργείας ταχείας ὀνομάζουσιν.

C Περὶ τῆς σπόγγου μετὰ λουτρὸν χρήσεως· καὶ τοὺς μὲν μετὰ λουτρὸν τῶν καμνόντων διὰ τῶν ἱδρώτων κενοῦσθαι, τοὺς δὲ ταῖς ὀθόναις ἐκμάττεσθαι· καὶ τὸ λουτρὸν ποιεῖσθαι, ὡς ὑγρᾶναι τὸ κατεξηρασμένον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μϛ΄.

ΚΑὶ σπόγγοισι χρέεσθαι ἀντὶ στελεγγίδος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

D ΟΥδὲ οἱ νῦν ἰατροὶ χρῶνται στελεγγίσιν ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων, οὐ μὴν οὐδὲ σπόγγῳ, ἀλλ' ἐγκλείουσιν αὐτοὺς μετὰ τὸ λουτρὸν εἰς ὀθόνην· οἱ δὲ εἰς ἱμάτια, καὶ μάλιστά γε τὰ ἄγναπτα, περιστέλλουσι πανταχόθεν, ὡς ἱδρῶσι πλεῖστον. ἔστι δ' οὐκ ἀεὶ χρεία τοῦ πλεῖστον ἱδροῦν μετὰ τὸ λουτρὸν τὸν κάμνοντα· πολλάκις γὰρ οὐχ ὑπὲρ τοῦ κενῶσαι τὸ σῶμα χάριν ἐπὶ τὸ λουτρὸν τὸν κάμνοντα ἄγομεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, ὑγρᾶναί τε καὶ τέγξαι δι' ὅλου, κατεξηρασμένον ἀμετρότερον. ἐπὶ τῶν τοιούτων οὖν, οὔτ' ἔνδον κατὰ τὸ βαλανεῖον ἱδρῶτας ἀναμένειν χρὴ πολλούς, ἀλλ' ὅτι τάχιστα ὡς κατὰ τὴν πύελον ἐμβαίνειν ὕδατι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελθόντας ἐκ τοῦ λουτροῦ διὰ ταχέων ἐκμάττειν.

E Ἡ τῆς χρίσεως ἐκ τοῦ ἐλαίου χρεία, καὶ ποιότης, καὶ δύναμις, καὶ τρόπος, καὶ χρόνος μετὰ τὸ λουτρόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μζ΄.

ΚΑὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρίεσθαι τὸ σῶμα.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

F ΚΑὶ οὗτος ὁ λόγος εἴρηται μὲν ἐφεξῆς τῷ, καὶ σπόγγοισι χρῆσθαι ἀντὶ στελεγγίδος· οἰκειότερον δ' ἄν τις ἀκούσειεν αὐτοῦ περὶ τῆς ἐν τῷ λουτρῷ χρίσεως τοῦ λίπους, ἵνα μὴ δόξῃ τι παραλελοιπέναι τῶν ἀναγκαίων ῥηθῆναι. μετὰ γὰρ τὸ λουτρὸν, ἀποσπογγίσας τὸ ὕδωρ ὁ Ἱπποκράτης, ἄδηλον μὲν εἰ καὶ ἔχρισέ πω· πρόδηλον δὲ καὶ καθύγρου τοῦ σώματος ὄντος ἀλείφειν τὸν κάμνοντα, πλὴν εἰ τοῦτό τις φησιν, ὅτι πάλιν ἀπομάττει τοῦτ' αὐτὸ τὸ μετὰ τοῦ ὕδατος ἔλαιον. ἔστι

μὲν οὖν χρήσιμον ἐσκέφθαι καὶ περὶ τῆς κατὰ τὸ λουτρὸν χρήσεως τοῦ λίπους· ἀναγκαιότερον δὲ τὸ περὶ τοῦ κατὰ τὸ λουτρὸν, εἴθ' ἱδρώσαντι τῷ λουομένῳ περιχεῖν προσήκει τὸ ἔλαιον, εἴτε καὶ πρὶν ἱδρῶσαι, ξηρῷ παραχρῆμα μετὰ τὸ ἀποδύσασθαι, ἢ τούτων μὲν οὐδέτερον, ὅταν δ' ἄρξηται νοτίζεσθαι. καὶ ὅστις μέμνηται τῶν εἰρημένων περὶ δυνάμεως ἐλαίου κατὰ τὴν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείαν, οἶδεν ἀκριβῶς αὐτὸς, ἄριστον εἶναι τὸν εἰρημένον τρίτον καιρὸν ἐλαίου χρήσεως ἐπὶ τῶν λουομένων· οἶδε δὲ καὶ ὅτι προτεθερμασμένον χρὴ προσφέρεσθαι τῷ τοῦ λουομένου σώματι· καὶ γὰρ μαλάττει οὕτω καὶ ἀραιοῖ τὸ σῶμα, τοῦ ψυχροῦ κατὰ τὴν θίξιν οὐ μόνον οὐδέτερον τούτων ἐργάζεσθαι πεφυκότος, ἀλλὰ καὶ φρικώδεις τοὺς λουομένους ἀποτελοῦντος.

A Est igitur vtile, vt de vnctionis in balneo vsu discutiatur; sed necessaria magis est super vnctionis in balneo tempore discussio; si oleum perfundere conueniat, vbi qui lauatur sudauerit; vel quum siccus adhuc est, confestim vbi sese exuerit, & priusquàm sudauerit; vel horum neutrum fuerit, sed vbi humescere cœperit. Sanè quicunque eorum meminit, quæ de olei facultate in simplicium medicamentorum tractatione dicuntur, is exactè nouit optimum esse B olei vsûs in iis qui lauantur tempus, quod tertio dicitur loco; nouitque, quòd calefactum corpori exhibere conueniat. Nam id corpus mollius reddit laxiúsque; quum frigidum suo contactu non solùm horum neutrum efficere natum sit, sed & eos qui lauantur, horrentes reddat.

Τὴν κεφαλὴν μετὰ τὸ λουτρὸν ἀναξηραίνειν χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μη'.

Κεφαλὴν μέντοι ἀνεξηράνθαι χρὴ, ὡς οἷόν τε μάλιστα, ὑπὸ σπόγγου ἐκματτομένην.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὸ μὲν ἐπὶ τῷ λουτρῷ τὴν κεφαλὴν ἀκριβῶς ἐκμάττειν, ὡς μηδὲ τοὐλάχιστον ὑπολείποιτο τῆς ὑγρότητος, εὔδηλόν ἐστι· τὸ γὰρ ὑπολειπόμενον ἅπαν, ψύχειν εἴωθεν· οὐ μὴν ὑπὸ σπόγγου τοῦτο ποιεῖν ἔτι δυνατὸν, ὅτι μὴ κατ' ἀρχὰς εὐθέως μετὰ τὸ χρήσασθαι τῷ μετακεράσματι. βέλτιον δὲ τούτου, τὸ δι' ὀθόνης ἐκμάττειν τῆς κεφαλῆς τὸ ὕδωρ.

A balneo caput resiccandum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 48.

C *Caput spongiâ detersum, quoad maximè fieri poterit, resiccari oportet.*

COMMENTARIVS GALENI.

Quòd in balneo caput accuratè resiccandum sit, vt ne minimùm quidem supersit humiditatis, manifestum est; nam quicquid relinquitur, refrigerare consueuit. Non tamen à spongiâ id vt fiat, effici potest, nisi statim ab initio post temperationis vsum. Capitis autem aquam linteo resiccare, est melius. D

Μετὰ τὸ λουτρὸν τὰ τοῦ σώματος μόρια διαψύχεσθαι μὴ προσήκει.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μθ'.

Καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὴν κεφαλὴν, μήτε τὰ ἄκρεα, μήτε τὸ ἄλλο σῶμα.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τοῦτό μοι δοκεῖ μικρὸν ἢ καθ' ἑαυτὸν εἰρηκέναι· πρόδηλον οὖν ἅπασιν, ὡς οὐδὲν δεῖ μέρος ἐπὶ πολὺ γυμνοῦσθαι, καθ' ὃν καιρὸν ἐκμάττουσι τῶν λουομένων τὸ μετὰ τὸ λουτρὸν ὕδωρ· ἴσασι γὰρ ἅπαντες ὅτι ταχέως ψύχεται τὰ οὕτω γυμνούμενα.

A balneo partes corporis refrigerari non oportet.

TEXTVS HIPPOCRATIS 49.

Neque caput, neque extrema, neque reliquum corpus refrigerari.

COMMENTARIVS GALENI.

E Id dixisse per se vel seorsùm, parùm esse mihi videtur; quod enim pars nulla omninò nuda esse debeat, cum à balneo aquam eorum qui lauantur resiccant, constat omnibus; nam quæ ita denudantur partes, citó eas refrigerari omnes sciunt.

Μετὰ τροφὴν ἢ πόμα παραχρῆμα λούεσθαι οὐ χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ν'.

Καὶ μήτε νεοῤῥόφητον, μήτε νεόποτον λούεσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὐ μόνον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων, οὐ χρὴ μετὰ τὸ προσενέγκασθαι τροφὴν ἢ πόμα, παραχρῆμα λούεσθαι. τῶν μὲν γὰρ πεπωκότων ἡ κεφαλὴ πληροῦται· τῶν δ' ἐδηδοκότων, οὐκ αὐτὴ μόνη, ἀλλὰ καὶ τὸ πᾶν σῶμα, τὴν τροφὴν ἕλκον εἰς ἑαυτὸ, πρὶν πεφθῆναι.

A potûs aut cibi assumptione statim balneum non ineundum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 50.

F *Ac neque eum qui recens sorbitionem accepit, neq; eũ qui recens potũ sumpsit, lauare oportet.*

COMMENTARIVS GALENI.

Non in ægris modò, verùm etiam sanis, nullus statim à cibi vel potûs sumptione lauandus est. Nam qui biberunt, his caput repletur; qui verò cibum sumpserunt, his non solùm caput, verùm & corpus totum, alimentum ad se priusquàm concoctum fuerit, trahens.

A

A balneo neque potionem neque sorbitionem exhibendam esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 51.

NEque statim à balneo sorbere, neque bibere.

COMMENTARIVS GALENI.

SEdatâ quæ ex balneo est turbatione, tum edere, tum bibere melius est; quemadmodùm & sedatâ eâ, quæ ab exercitatione oritur. Nam cibum protinùs vel potum sumere, caput replet, deuoratúmque interdùm superfluitare facit.

B

Consueta balnea magis prodesse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 52.

ENimuerò magna pars ægrotanti tribuenda est, si is quum sanitate frueretur, balneo valdè oblectatus fuerit, & lauari consueuerit. Etenim tales magis appetunt, lotique iuuantur, illotique læduntur.

C

COMMENTARIVS GALENI.

HÆc per totum ferè horum commentariorum secundum demonstrata sunt, vbi dictiones exposuimus, in quibus plurimùm consuetudinum facultates enarrauit.

D

Peripneumoniæ magis, quàm causo, balneum prodesse; ac de balnei probè parati commodis, ac non integrè parati læsionibus.

TEXTVS HIPPOCRATIS 53.

IN totum autem peripneumonitis magis, quàm febribus ardentibus, idoneum est. Etenim lateris, pectoris, ac dorsi dolorem balneum lenit, sputum maturat, ac educit, facilem spirationem reddit, lassitudines tollit, quum articulos & cutis superficiem emolliat; sed & vrinas ciet, capitis grauitatem soluit, & nares humectat. Tot igitur balneo adsunt bona, quibus omnibus opus est; sin verò apparatûs penuria aliqua in vno vel pluribus fuerit, periculū est ne magis lædat balneū, quàm prosit. Eorum enim vnumquodque, nisi à ministris prout oporteat, apparatum fuerit, magnam læsionem adueh it.

E

COMMENTARIVS GALENI.

QVare peripneumonias magis, quàm febres ardentes, iuuet balneum, ipse his verbis declarat; *Etenim balneum lateris, pectoris, ac dorsi dolorem lenit, sputum maturat, educitque, & spiritum facilem reddit.* Ob hæc enim omnia peripneumonicis maximo est præsidio. Sanantur siquidem qui contenta in pulmonibus sputa expuunt. Pleuritici quoque ob dolorum mitigationem magnoperè iuuantnr. Quapropter duorum alterum, aut ita scribendum, *Peripneumoniæ autem, & pleuritidi magis, quàm ardenti febri, confert*; vel in peripneumonia pleuritidem subaudire opor-

F

Μετὰ τὸ λουτρὸν μήτε σιτία μήτε πόματα προσφέρεσθαι χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ να΄.

Μήτε ῥοφεῖν, μήτε πίνειν ταχὺ μετὰ τὸ λουτρόν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἄμεινόν ἐστι, καταστάσης τῆς ἐκ τοῦ λουτροῦ ταραχῆς, ἐσθίειν καὶ πίνειν, ὥσπερ καὶ τῆς μετὰ τὰ γυμνάσια. τὸ γὰρ εὐθέως προσφέρεσθαι σιτία, καὶ πόματα, τήν τε κεφαλὴν πληροῖ, καὶ τὸ καταποθὲν ἐνίοτε ἐπιπολάζειν ποιεῖ.

Τὰ εἰθισμένα λουτρὰ μᾶλλον ὠφελεῖν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νβ΄.

Μέγα μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι τῶν ὑγιαίνων ἔτι φιλόλουτρος ἄγαν, καὶ ἐθιζόμενος λοῦεσθαι. καὶ γὰρ ποθέουσι μᾶλλον οἱ τοιοῦτοι, καὶ ὠφελέονται λουσάμενοι, καὶ βλάπτονται μὴ λουσάμενοι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ταῦτα δι' ὅλου σχεδὸν τοῦ δευτέρου τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἐδείχθη, τὰς λέξεις ἡμῶν ἐξηγουμένων, ἐν αἷς ἐπὶ πλεῖστον αὐτὸς ἐδήλωσε τὴν δύναμιν τῶν ἐθῶν.

Ταῖς περιπνευμονίαις μᾶλλον, ἢ καύσοις, τὸ λουτρὸν ἁρμόζειν· καὶ περὶ τῆς τοῦ λουτροῦ εὖ παρασκευασθέντος ὠφελείας, καὶ μὴ ὁλοκλήρως παρασκευασθέντος βλάβης.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νγ΄.

Ἁρμόζει δὲ ἐν περιπλευμονίῃσι μᾶλλον, ἢ ἐν καύσοισι, τὸ ἐπίπαν. καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὸν, καὶ στήθεος, καὶ μεταφρένου, παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρὸν, καὶ πτυέλου πεπαντικὸν καὶ ἀναγωγὸν, καὶ εὔπνοον, καὶ ἄκοπον (μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων, καὶ τοῦ ἐπιπολαίου δέρματος) καὶ οὐρητικὸν δὲ, καὶ καρηβαρίην λύει, καὶ ῥῖνας ὑγραίνει. ἀγαθὰ μὲν οὖν λουτρῷ τοσαῦτα πάρεστιν, ὧν πάντων δεῖ· ἢν μέντοι τῆς παρασκευῆς ἐνδεά τις ᾖ ἑνὸς ἢ πλειόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν· ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτέων μεγάλην φέρει τὴν βλάβην, μὴ παρασκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν ὡς δεῖ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Διὰ τί μᾶλλον περιπνευμονίας, ἢ καύσους, ὠφελεῖ τὸ λουτρὸν, αὐτὸς ἐδήλωσεν, εἰπών· καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὰν, καὶ στῆθος, καὶ μετάφρενον, παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρὸν, καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν, καὶ πεπαντικὸν, καὶ εὔπνοον· διὰ ταῦτα γὰρ πάντα περιπνευμονικοῖς ἐστιν ὠφελιμώτατον· θεραπεύονται γοῦν ἀναπτύοντες τὰ κατὰ πνεύμονα περιεχόμενα πτύελα. πλευριτικοὶ δὲ καὶ διὰ τὸ παρηγορεῖσθαι τὰς ὀδύνας ὀνίνανται μεγάλως· διὸ καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ οὕτω γραπτέον ἐστὶν, ἁρμόζει δὲ περιπνευμονίῃσι καὶ πλευρίτισι μᾶλλον, ἢ ἐν καύσοισιν· ἢ προσυπακούειν χρὴ τῇ περιπνευμονίῃ τὴν πλευρῖτιν,

αὕτη γὰρ ὀδύνην ἔχει κατὰ τὴν πλευρὰν, οὐχ ἡ περιπνευμονία φέρει. μᾶλλον δὲ ἁρμόττειν μὲν περιπνευμονίαις, ἢ καύσοις, εἰπὼν τὸ λουτρὸν, ἐδήλωσεν ὅτι καὶ τῶν καυσουμένων ἐνίους ὠφελεῖ. διορισμοῦ δὲ χρεία δηλονότι πρὸς τὴν λέξιν ταύτην, ὃν οὔπω δυνάμεθα ποιήσασθαι, διὰ τὸ μηδὲν εἰρῆσθαι περὶ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν δὴ κελεύει λούειν τοὺς κάμνοντας. τίνας οὖν οὐδ' ὅλως ἀξιοῖ λούειν, πρότερον ἀκούσαντες αὐτοῦ κατὰ τὴν ἑξῆς ῥῆσιν ἑρμηνεύοντος, οὕτως ἀφιξόμεθα πρὸς τὸν περὶ τοῦ λουτροῦ καιρόν.

A tet. Nanque pleuritis dolorem in latere habet; peripneumonia non habet. Quum autem peripneumoniis magis, quàm ardentibus febribus, conferre balneum inquit, docet quoque causo laborantibus quibusdam auxilio esse. Verùm oratio hæc distinctionem expostulat, quam nondùm efficere possumus, quia tempus quo lauari ægrotantes velit, non definierit. Vbi autem sequenti dictione enarrantem Hippocratem, quosnam haudquaquàm lauare velit, intellexerimus, ad balnei tempus ita perueniemus.

B

Ἐπὶ κοιλίᾳ ὑγροτέρᾳ, καὶ μὴ διακεχωρηκυίᾳ, καὶ δυνάμεως καταλύσει, καὶ ἄσῃ, καὶ ἐμέτῳ πυκνῷ, καὶ αἱμορραγίᾳ, καὶ ἐρυγῇ χολώδει, τῷ λουτρῷ μὴ χρηστέον εἶναι.

In alui profluuio, ac constipatione, virium iacturâ, ciborum fastidio, crebro vomitu, hæmorrhagiâ, & bilioso ructu, balneo non vtendum esse.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νδ'.

Ἥκιστα δὲ λούειν καιρὸς τούτοισιν, οἷσιν ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισιν· ἀτὰρ οὐδὲ οἷσιν ἑστήκει μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ μὴ προεληλύθει. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, οὔτε δὴ τοὺς ἀσώδεας, ἢ ἐμετικοὺς, οὔτε τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὔτε τοὺς αἱμορραγέοντας ἐκ ῥινῶν, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι (τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας) ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, λούειν, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μούνην. ἢν οὖν αἱ παρασκευαὶ ἐπιτήδειοι, καὶ ὁ κάμνων μέλλει εὖ δέξασθαι τὸ λουτρὸν, λούειν χρὴ ἑκάστης ἡμέρης.

TEXTVS HIPPOCRATIS 54.

At quibus aluus in morbis plùs æquo liquidior est, eis balneũ minimè opportunũ est; imò neq; ijs quibus magis quã deceat astricta est, neq; priùs soluta. C *Sed neq; viribus oblæsos lauare oportet, neq; ciborũ fastidio, aut vomitu iactatos, neq; biliosa eructãtes; neq; quibus sanguis è naribus profluit, nisi parciùs quàm occasio postulet fluxerit (occasiones autẽ nosti) si verò parciùs quã pro occasione fluat, lauare conuenit, siue vniuersũ corpus in cæteris, siue caput solum iuuerit. Si igitur apparatus idonei fuerint, ægerque fœliciter balneũ suscepturus sit, quotidiè lauare oportet.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οἷς μὲν ὑπέρχεται τὰ κατὰ τὴν γαστέρα πλείονα, τὸ βαλανεῖον ἵστησιν, ἀντισπῶν αὐτὰ πρὸς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ταύτῃ βλάπτεται· τοῖς δὲ μηδ' ὅλως διακεχωρηκόσιν. ὅτι προεκκενῶσαι βέλτιόν ἐστι τὴν παλαιὰν κόπρον, οὐδεὶς ἀγνοεῖ, καθάπερ οὐδ' ὅτι τοὺς γεγυιωμένους, τουτέστι τοὺς καταλελυμένους τὴν δύναμιν, ἐπικαταλύει τὸ βαλανεῖον. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσώδεις φησὶ καὶ ἐμετικοὺς οὐ λούειν· καὶ γὰρ τούτοις ἐξαίφνης καταλυθῆναι φόβος, ὥστε τὴν καλουμένην ἀκολουθῆσαι στομαχικὴν συγκοπήν. ἑξῆς δ' αὖθις εἰσὶ καὶ οἱ ἐκκεχολωμένοι τὸ στόμα τῆς κοιλίας, οὓς διὰ τοῦ γνωρίσματος ἐδήλωσεν, εἰπών· οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες. ὡσαύτως οὐδὲ τοὺς αἱμορραγοῦντας ἐκ ῥινῶν αὐτάρκως, προσήκει λούειν· εὔλογον γὰρ οὖν, ἐὰν ἐλλιπέστερον αἱμορραγῶσιν, λούειν αὐτούς· οὗτοι δέ εἰσι καὶ οἱ λαύρου τοῦ λουτροῦ δεόμενοι, κινήσεως σφοδροτέρας ἕνεκα τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν αἵματος· ὡσαύτως δὲ λούσομεν, εἰ χρῄζοντες αἱμορραγίας μηδ' ὅλως αἱμορραγοῖεν. ἐκ δὲ τοῦ προσθεῖναι, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μούνην, ἔτι σαφέστερον ἐδήλωσεν, ὡς πολλάκις ἐν οἴκῳ τεθερμασμένῳ καθίζων τὸν κάμνοντα χωρὶς τῆς πυέλου, καταντλεῖ τὴν κεφαλὴν μόνην χωρὶς τοῦ λοιποῦ σώματος ὕδατι θερμῷ.

COMMENTARIVS GALENI.

D Qvibus vberiora per ventrem subducuntur, ea balneum sistit, ad corpus vniuersum reuellens; atque hac occasione lædit. Quòd autem qui nullo modo deiecerunt, eos vetustam fæcem euacuasse melius sit, nemo ignorat; quemadmodùm neque quòd infirmos, hoc est, viribus resolutos, balneum ampliùs euertat. Sed & cibum fastidientes, & vomiturientes non lauandos esse pronunciat. Hos enim viribus ita defici metus est, vt succedat ea quæ stomachica appellatur syncope. Succeduntur his, E quibus os ventriculi bile redundat, quos notâ indicauit, inquiens; *Neque biliosa eructantes.* Pari modo neque eos lauare conuenit, quibus profluit abundè è naribus sanguis; nam si minùs fluxerit, ipsos lauare consentaneum est. Hi autem sunt qui etiam largo indigent balneo, ob sanguinis qui in capite est vehementiorem motum. Consimiliter lauabimus, si sanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autem sermonis, *siue vniuersum corpus, in cæteris, siue caput solum iuuerit*, clariùs adhuc significauit, quòd sæ- F pè in domo calefacta ægrum absque labro collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calidâ perfundant aquâ.

Τοὺς τῷ λουτρῷ χρωμένους κατ' ἔθος, τὸ λουτρὸν μὴ βλάπτειν.

Balneo pro consuetudine vtentibus, balneum non nocere.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νε'.

Τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας οὐδ' εἰ καὶ δὶς τῆς ἡμέρας [56] λούσῃς, οὐδὲν ἂν ἁμαρτάνοις.

TEXTVS HIPPOCRATIS 55.

Qvos autem balneum oblectat, eos etiamsi bis die laueris, nihil aberraueris.

COMMENT.

A

COMMENTARIVS GALENI.

QVi Victori Romano principi librum de victûs ratione Hippocratis tradidit medicus, is tum hanc dictionem, tum alias quasdam mutilatas in libro scripsit; sicuti & illam in qua dicit, *Non destituentur sorbitione primi dies.* Præterea, *Et bis die cibum sumere assuetis, bis dare oportet.* Verùm vtriusque harum dictionum dimidiam partem subtraxit; sed præsentis quidem nihil detraxit, tempus verò non adiecit. B Vbi quos balneum oblectat, eos intelligit, qui cum sani sunt, lauari gaudent; atque ob id sæpiùs lauantur. Hi enim quum lauantur, eum accipiunt, qui ex consuetudine est, scopum. In sequentibus autem ab Hippocrate tempus, quo ægros lauari imperat, audiamus.

Ptisanâ integrâ vtentibus tutiùs balneum concedi, quàm solum cremorem sumentibus, minimè verò solo potu vtentibus.

C

TEXTVS HIPPOCRATIS 56.

TOtâ verò ptisanâ vtentibus multò magis vti balneo licet, quàm solo cremore vtentibus; licet autem & his interdùm, minimè verò solo potu vtentibus.

COMMENTARIVS GALENI.

D TEmpus, quo lauandum sit, hac in oratione patefecit; quod si ab initio pronunciasset, multa sanè, quæ loco medio dicta sunt, non obscura essent. Ptisanam sanè totam porrigit iis qui probè habent; solùm verò cremorē iis, qui deteriùs degunt. Verū iis qui periculosiùs aut acutiùs laborant, potus solos. Quòd autem toto in hoc commentario de thoracis pulmonisque affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morborum partibus, & præsertim pleuritidis, vniuersalia præcipiens, sæpiùs est demonstratum. E Expositum quoque est, quòd coctis morbis ptisanâ vti velit. Eo igitur tempore etiam balneum sine periculo conciliatur, vt quod ad sputorum quæ in thorace & pulmone continentur, expurgationem maximè conferat. Qui igitur ita habent, quum & ea quæ ex consuetudine est, accesserit indicatio, his lauationem duplicare nihil prohibet. Ait præterea balneum minimùm iuuare eos, qui solo vtuntur potu; vbi ἥκιστα *minimùm* significat, & non, vt quidam aiunt, *nullo pacto*. Nam inferens, inquit;

F

Quibusdam etiam solo potu vtentibus balneum concedi. Sed quibus balneum profuturum esse signa produnt, iis solis balneum concedendum esse; neque verò per initia morborum, neque phlegmone laborantibus, neque ante morbi coctionem, ac nisi euacuato priùs corpore, balneum non prodesse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 57.

SVnt autē & ex ijs, quibus vti licet. Ex præscriptis verò conijciendum est, tum quibus in singu-

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ὁ δοὺς ἰατρὸς Βίκτωρι τῷ Ῥώμης ὑπάρχῳ τὸ περὶ τῆς καθ' Ἱπποκράτην διαίτης, καὶ ἄλλας τινὰς ἐξ ἡμισείας ἐνέγραψε τῷ βιβλίῳ· καθάπερ κἀκείνην, ἐν ᾗ φησιν, ὅτι οὐχ ὑστερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος· ἔτι δὲ πρὸς αὐτῇ, καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτεῖσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον. ἀλλὰ τούτων μὲν τῶν δύο ῥήσεων ἑκατέρας ἀφεῖλε τὸ ἥμισυ μέρος· τῆς δὲ νῦν προκειμένης, ἀφεῖλε μὲν οὐδὲν, οὐ προσέθηκε δὲ τὸν καιρόν. ἐν ᾧ τοὺς φιλολουτροῦντας ἐπιλέγει τοὺς ἐν τῷ τῆς ὑγείας χρόνῳ χαίροντας τῷ λούεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις λουομένους· οὗτοι γὰρ εἰς τὸ λούσασθαι, προσλαμβάνουσι τὸν ἐκ τοῦ ἔθους σκοπόν. ἐφεξῆς γοῦν ἀκουσόμεθα αὐτοῦ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ κελεύει λούεσθαι τοὺς κάμνοντας.

Τοῖς τῇ ὅλῃ πτισάνῃ χρωμένοις μᾶλλον προσήκειν τὸ λουτρὸν, ἢ τοῖς μόνῳ τῷ χυλῷ χρωμένοις, ἥκιστα δὲ τοῖς ποτῷ μόνῳ χρωμένοις.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νϛ.

ΧΡέεσθαι δὲ λουτρῷ, τοῖσιν ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι παρὰ πολὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι χυλῷ μούνῳ χρεομένοισι· ἐνδέχεται δὲ καὶ τούτοισιν ἐνίοτε, ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι ποτῷ μούνῳ χρεομένοισιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΝ τούτῳ τῷ λόγῳ τὸν καιρὸν ἐδήλωσεν, ἐν ᾧ προσήκει λούεσθαι, ὃν εἴπερ ἐν ἀρχῇ προειρήκει, πολλὰ δὴ οὕτω τῶν μεταξὺ λεγομένων οὐκ ἦν ἀσαφῆ. πτισάνας γὰρ ὅλας δίδωσι τοῖς ἐπιεικῶς ἔχουσιν, ὅσοι δὲ αὐτῶν φαυλότερον διάγουσι, χυλὸν μόνον· ὅσοι δὲ καὶ τούτων ἔτι σφαλερώτερον, ἢ ὀξύτερον νοσοῦσι, μόνα τὰ ποτά. καὶ ὅτι δὲ τὸν λόγον ἐπὶ τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα παθῶν, ἐν ὅλῳ τῷ συγγράμματι πεποίηται, τὰ πλεῖστα τῶν καθόλου διδάσκων ὡς ἐπὶ παραδειγμάτων, ἐν τοῖσδε τοῖς μέρεσι τῶν νοσημάτων, καὶ μάλιστα τῆς πλευρίτιδος, ἐπιδέδεικται πολλάκις· ἐδείχθη δὲ ὅτι καὶ πεφθέντων τῶν παθῶν, χρῆσθαι κελεύει τῇ πτισάνῃ. τότ' οὖν καὶ τὸ λουτρὸν ἀκινδύνως προσάγεται, μάλιστα συντελοῦν εἰς τὴν ἐκκάθαρσιν τῶν περιεχομένων πτυέλων ἐν θώρακι καὶ πνεύμονι. τοῖς οὖν οὕτως ἔχουσιν, ὅταν καὶ ἡ ἀπὸ ἔθους ἔνδειξις προσέλθῃ, διπλασιάσαι τὸ λουτρὸν οὐδὲν κωλύει. τοῖς μέντοι ποτῷ μόνῳ χρωμένοις ἥκιστά φησιν ἁρμόττειν τὸ λουτρὸν, ὅπερ σημαίνει τὸ ἐλάχιστον, καὶ οὐχ ὡς ἔνιοί φασι τὸ οὐδαμῶς· ἐπιφέρων γοῦν ἐρεῖ.

Καὶ ἐνίοις τῷ ποτῷ μόνῳ χρωμένοις τὸ λουτρὸν συγχωρεῖσθαι· ἀλλὰ οἷς τὸ λουτρὸν ὠφελήσειν τὰ σημεῖα δηλοῖ, τούτοις μόνοις τὸ λουτρὸν συγχωρεῖν χρῆναι· καὶ μὴ καταρχὰς τῶν νοσημάτων, μήτε τοῖς φλεγμονῇ ἐνοχλουμένοις, μήτε πρὸ τοῦ νοσήματος πέψεως, μήτε μὴ προκεκενωμένου τοῦ σώματος, τὸ λουτρὸν συμφέρειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νζ.

ΕΣτι δ' οἷσι καὶ τουτέων μὲν ἐνδέχεται· τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγεγραμμένοισιν, οἷς τε μὴ

λουτρὸν ὠφελέειν ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης, οἷς τε μή. οἷσι μὲν γὰρ προσδέεταί τινος κάρτα τουτέων, ὁκόσα λουτρὸν ἀγαθὸν ποιέει, οὐ λούειν, καὶ ὅσα δὴ λουτρῷ ὠφελέεται· οἷσι δὲ τούτων μηδενὸς προσδεῖ, καὶ πάρεστιν αὐτέοισι τῶν σημείων ἐφ' οἷσι λούεσθαι ξυμφέρει, δεῖ λούειν.

Alis victûs modis profuturum sit balneum, tum quibus minimè. Quibus nanque aliquid eorum maximè deest, quæ balneum bonum efficiunt, & balneo conferunt, lauare non oportet. Quibus verò nihil horum deest, & adsunt ipsis signa in quibus lauari conducit, lauare oportet.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥ προσέθηκε δὲ τό, πότε τούτοις ἐνδέχεται χρῆσθαι λουτρῷ· λεκτέον οὖν ἡμῖν ἐστιν ἑπομένοις αὐτοῦ τῇ ὅλῃ διανοίᾳ. ποτοῖς μόνοις διαιτᾷ ὁ Ἱπποκράτης τοὺς ὀξέως νοσοῦντας, ὅταν ἐλπίζῃ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐξαρκέσαι εἰς τὴν τοῦ νοσήματος ἀκμήν, ἥτις ἐνίοτε ἅμα τῇ πέψει γίγνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα· πεφθέντων γὰρ τῶν ἐργαζομένων τὰ πάθη χυμῶν, εὐθέως ἀναπτύουσιν. ἂν δὲ ἄρξωνται μόνον πτύειν οἷα δεῖ, κατ' οὐδέτερον ἔτι τῶν τρόπων ἡ νόσος αὐξηθήσεται, οὔτε κατὰ τὴν διάθεσιν, οὔτε κατὰ τὰ συμπτώματα. πολλάκις γὰρ ἡ μὲν διάθεσις αὐτὴ καθ' ἣν νοσοῦσιν, ἐπιεικεστέρα γίγνεται, τὰ δὲ συμπτώματα αὐξάνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων μορίων, ὡς αὐτὸς εἶπε, περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου τοὺς πόνους καὶ τοὺς πυρετοὺς συμπίπτειν μᾶλλον, ἢ γενομένου· πολλάκις δ' ἀλλήλοις συναυξάνεται, καὶ συμμειοῦται τά τε τῶν συμπτωμάτων μεγέθη, καὶ τὸ τῆς διαθέσεως, καὶ γίγνεταί γε τοῦτο καὶ ἐκείνας τὰς φλεγμονάς, ἐν αἷς ἔκροιαν ἔχει τὸ γινόμενον πύον, ὡς ἐπὶ τραυμάτων τέ τινων εἴωθε γίνεσθαι, καὶ κατὰ τὰς περιπνευμονίας τε καὶ πλευρίτιδας. ἐνδέχεται οὖν ἐν τούτοις τοῖς νοσήμασιν ἔτι διαιτωμένους τοὺς κάμνοντας ἐπὶ ποτοῖς μόνοις, οὐκ ἀνωφελῶς χρῆσθαι τοῖς λουτροῖς, ἐπειδὴ καὶ τῆς ὀδύνης αὐτῶν ἔφη παρηγορικὸν εἶναι τὸ λουτρόν, καὶ πτυέλου πεπτικόν. ἀλλὰ δηλονότι, προκενώσαντα, τοῦτο χρὴ ποιεῖν· εἰδότας ἐν τῷ καθόλου περὶ λουτρῶν δυνάμεων, ὡς ἐὰν μὴ προκεκενωμένῳ τῷ σώματι προσάγηται, ῥευματίζει τὰ πεπονθότα· κεκενωμένῳ δὲ προσφερόμενον, τῇ πέψει συνεργεῖ, δύναμιν ἔχον προσκενοῦν, προκεκενωμένου τοῦ ὅλου σώματος. διὸ καὶ τῶν καυσωδῶς νοσούντων, ἐκείνοις ἁρμόσει μόνοις, ὅσοι χωρὶς ὄγκου φλεγμονώδους, ἢ ἐρυσιπελατώδους νοσοῦσι, ζεούσης αὐτοῖς τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι χολῆς· ἐὰν δὲ καὶ πέψεως ἔχωσι γνωρίσματα, πολλῷ μᾶλλον αὐτοῖς ἁρμόσει. γιγνομένου δὲ καυσώδους πυρετοῦ καὶ δι' ἁλικὸν φλέγμα σηπόμενον, ἰστέον ἐπ' ἐκείνων ἐναντιώτατον ὑπάρχειν τὸ βαλανεῖον. οὔτε γὰρ διαφορεῖται κατὰ τὸ δέρμα, καθάπερ ὁ πικρόχολος χυμός, οὕτω καὶ ὁ φλεγματικός, διὰ τὸ παχύς τε καὶ γλίσχρος ὑπάρχειν· οὔτε σβέννυται, πολυχρονίου πέψεως δεόμενος.

COMMENTARIVS GALENI.

NOn adiecit autem, quando ij balneo vti possint. Sed nos qui sententiam ipsius sequimur, dicemus. Potu solo alit Hippocrates acutè laborantes, quum eorum vires ad morbi vs-
B que vigorem, qui interdùm cum ipsa coctione existit, veluti in morbis thoracis, pulmonisque, suffecturas sperauerit. Coctis siquidem qui affectum procreant humoribus, confestim excreabunt. Quòd si qualia oportet expuere cœperint, in neutro adhuc modorum, neque in affectu neque in symptomatis, morbus augebitur. Nam sæpiùs affectio ipsa quâ laborant, mitior quidem existit; sed symptomata augentur, quemadmodùm in phlegmone obsessis partibus, vt ipse inquit; *Circa puris generationem magis, quàm à generatione, dolores & febres oboriuntur.* Sæpiùs autem mutuis exultant incrementis de-
C crementisque symptomatum magnitudines, & ea quæ affectionis est; fitque id in ijs phlegmonis, in quibus procreatum pus effluxum habet, vt in vulneribus quibusdam fieri consueuit, & in peripneumoniis & pleuritidibus. Possunt ergo in his morbis, & ægroti solis potibus pro victu vtentes, non inutiliter balneis vti; quandoquidem dolorem ipsorum balneum mitigare ait, & sputa maturare. Sed sanè vacuato priùs
D corpore, id factitandum. Scierisque in vniuersum de balneorum facultatibus, quòd si non anteà vacuato corpore admoueantur, partibus affectis fluxionem pariant. Vacuato autem si adhibeantur, coctionem iuuent; nimirùm corpore toto antè vacuato adhibita, aduacuatoriam obtinent facultatem. Quo fit vt ex febre ardente laborantibus, ijs tantùm opitulentur, qui sine tumore phlegmonode, vel erysipelatode laborant, feruente in ipsis per to-
E tum corpus bile. Quòd si coctionis signa habuerint, his multò magis conferent. Verùm si ardens febris ob salsam pituitam putrescentem oriatur, maximè contrarium illis esse balneum scire oportet. Neque enim pituitosus humor, vt biliosus, per cutim euacuatur, propterea quòd tum crassus, tum glutinosus est, neque extinguitur, longâ egens concoctione.

Περὶ ὧν ἐπηγγείλατο Ἱπποκράτης ὕστερον λέξειν, ὁ Γαληνὸς διαλογίζεται.

ΜΕμνημαι κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐξηγήσεως τοῦ βιβλίου τούτου πρὸς τοὺς Κνιδίους ἰατροὺς εἰπόντος Ἱπποκράτους· ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν δεῖ τὸν ἰατρὸν μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πολλὰ παρεῖται. ταῦτα οἱ μὲν δογματικὸν εἶναι νομίζοντες τὸν Ἱπποκράτην, τοὺς πεπονθότας τόπους ἔφασαν εἶναι, καὶ τὰς διαθέσεις αὐτῶν, καὶ τὰς αἰτίας· οἱ δ' ἐμπειρικόν, ὥρας τε καὶ χώρας, καὶ ἡλικίας, ἔθη τε, καὶ καταστάσεις τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. ἐγὼ δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα χρήσιμα τοῖς ἰατροῖς οἶδα, τά θ' ὑπὸ τῶν δογματικῶν εἰρημένα, καὶ τῶν ἐμπειρικῶν·

De iis quæ pollicitus fuerat se posteà dicturum Hippocrates, Galenus disserit.

F MEmini Hippocratis per initia explicationis huius libri Cnidios medicos alloquentis, *Quæ autem medicum antè animaduertisse, ægro non referente, oportet, plurima horum dimissa sunt.* Hæc siquidẽ qui Hippocratem dogmaticum esse putant, locos affectos esse dixerũt, & affectiones ipsorũ, & causas. Sed qui empiricũ esse existimãt, anni tempora esse, regiones, ætates, consuetudines, & ambiẽtis nos aëris cõditiones, affirmauerunt. Ego verò & hæc quidẽ omnia, tũ quæ à medicis dogmaticis, tũ quæ ab empiricis dicũtur, vtilia esse nõ ignoro. Verùm

A Verùm scopos multos hoc in libro recẽsens Hippocrates, ad quos quis respiciens victûs formam inuenire possit, nullius eorum, quæ dicta sunt, præterquàm consuetudinis, mentionem fecit. Sed sanè nonnulla, quæ reminiscentiam exigunt, proposuit. Atque propterea sermonem sum remoratus, vt hac concisâ interpretatione eos, qui totum legerunt librum, habeam sermonis huius per intelligentiam assectatores. Vnus sanè & præcipuus scopus, tanquam in exemplo morbi pleuritidis, talis in dictione enarratur. *Siquidem siccior fuerit morbus, quàm vt quispiam putauerit, non multum dare oportet, sed ante sorbitionem, vel mulsam, vel vinum, vtrum magis auxiliaturum putauerit, propinare conuenit.* Post hæc deinceps ait. *At si os madescat, & quæ à pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem, vt dicam summatim, augere conuenit.* Verùm tum hæc, tum quæ serie continuatâ dicuntur, non sunt à Cnidijs medicis definita. Sed & post hęc, morbi coctionem animaduertendam esse ait. Atque hic scopus totius propemodùm est Hippocrati speciei victûs rationis, & earum quæ in ea particulariter fiunt, permutationum. Sed & alias deinceps apponit eiusmodi definitiones. *Quibus enim cibus inclusus est, si quis non vacuato eo, sorbitionem dederit, dolorem, si adest, adaugebit; & si non adest, protinùs inducet.* Et rursùs deinceps. *Præterea si lateris dolor assiduus sit, calidisque fomentis non remittatur, sputumque non procedat, sed incoctile agglutinetur, nisi quis dolorem, vel alui subductione, vel sectâ venâ, pro vtriusuis significatione soluerit, ptisanam autem ita affectis dederit, præcipitem eos aget in mortem.* Post hæc rursus & definiens ait; *Si nuper pasto cupiã & aluo nondũ exoneratã, febris vel cũ dolore, vel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper est temperandũ, donec cibum ad imam intestini partem descendisse coniectum sit.* Tum rursus; *Si nuper cibato cibus prior non descenderit, viresque validæ fuerint, & floruerit ætas, subluere oportet; si verò imbecillior fuerit, balano est vtendum, nisi aluus suâ sponte probè deiecerit.* Adiecit ergo in hac dictione eum, qui à viribus est scopum, quemadmodùm in sequentibus sæpenumerò, & id considerari præcipiens, quæ causa & affectio sit, quæ vires prosternat; vbi & hæc à medicis ignorari adiecit. Præterea *adiecit*, ijs qui dolorem ad hypochondrium prorepentem habent, per talia medicamenta auxilio esse purgationem; cæteris autem, quibus dolor vel grauitas ad brachium, vel pectus extenditur, venæ sectionem. Hæc igitur, & cætera huiusmodi, quæque de consuetudine dicta sunt, à Cnidijs medicis omninò sunt prætermissa, multóque magis naturæ, & corporum temperamenta, de quibus sæpenumerò in hoc libro egit, hos picrocholos appellans, alios melancholicos. His verò scopis inhærens, tum de eâ quæ in sanis fit victûs mutatione docuit, quomodò emendanda sit, tum de ea quæ in ægris. Præterea & in eo quem de vino, aquâ mulsâ, oxymelite, & aquâ facit sermone scopos recensuit eosdem. Meminit quoque & coctionis morbi sæpiùs, non paruum scopum vniuersæ victûs rationis, earumque quæ in ipsa fiunt mutationum hunc faciens. Pari modo & de morbi vigore quiddam dixit, & ad hunc respiciens, non tanquàm ad abiectissimum in victûs ratione scopum alimoniam ministrat. Cuncta hæc, & eiusmodi cætera à Cnidijs medicis prætermissa sunt; quæ medicum antè animaduertisse, non dicente ægro, oportet.

ἀλλὰ κατά γε τὸ βιβλίον τοῦτο σκοποὺς εἰπὼν ὁ Ἱπποκράτης πολλούς, πρὸς οὓς ἀποβλέπων τις εὑρήσει τὰ διαιτήματα, τῶν εἰρημένων οὐδενὸς ἐμνημόνευσεν, ὅτι μὴ τῶν ἐθῶν· ἀλλὰ δέ τινα προὐχειρίσατο περὶ ὧν ἀναμνήσεως ἔδει, καὶ διὰ ταῦτα τὸν λόγον ἀνεβαλλόμην, ἵνα διὰ συντόμων ἑρμηνεύων, ὅμως ἔχω παρακολουθοῦντας τῷ λόγῳ τοὺς ἀνεγνωκότας ὅλον τὸ βιβλίον. εἷς μὲν δὴ καὶ πρῶτος αὐτῷ σκοπός, ὡς ἐπὶ παραδείγματος τοῦ νοσήματος τῆς πλευρίτιδος, ἐστὶν εἰρημένος κατὰ λέξιν· B ἢν μὲν ξηρότερον ᾖ τὸ νόσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος ἢ μελίκρητον, ἢ οἶνον, ἢ ὁκότερον ἁρμόζει. καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐφεξῆς τάδε λέγει· ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος εἴη ὁκοῖα δεῖ, χρὴ ἐς πλῆθος ἐπιδιδόναι τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς, οὐ διώρισται παρὰ τοῖς Κνιδίοις ἰατροῖς. ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τῇ πέψει τοῦ νοσήματός φησι χρῆναι προσέχειν, καὶ ὁ σκοπὸς οὗτος αὐτῷ σχεδόν ἐστι τοῦ τε παντὸς εἴδους τῆς διαίτης, ὅσαι τε κατὰ μέρος ἐν αὐτῷ γίνονται μεταβολαί. ἀλλὰ καὶ τούτων ἐφεξῆς ἄλλους διορισμοὺς τοιούτους λέγει· ὁκόσοισι γὰρ σῖτος ἐγκατακέκλεισται, C ἢν μή τις ὑποκενώσας, τὸ ῥόφημα δοίη, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προξύνειεν ἄν, καὶ μὴ ἐνεοῦσαν εὐθέως ποιήσειεν. καὶ πάλιν ἐφεξῆς· οὗτο δ' ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ συνεχέος ἐούσης, καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀπιόντος, ἀλλὰ καταγλισχρομένου ἀσαπέως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ τὴν κοιλίην μαλθάξας, ἢ φλέβα τεμών, ὁκότερον ἂν τούτων σημήνῃ, τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως ἔχουσι διδῷς, ταχέως οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίγνονται. μετὰ ταῦτά γε πάλιν διοριζόμενός φησιν· ἢν μὲν νεοβρωτὶ αὐτῷ ἐόντι, καὶ κοιλίης D μήπω ὑποκεχωρηκυίης, ἄρξηται ὁ πυρετός, ἤν τε σὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπισχεῖν τὴν δόσιν τοῦ ῥοφήματος, ἔστ' ἂν οἴηται κεχωρηκέναι ἐπὶ τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον. καὶ πάλιν ἐφεξῆς· εἰ δὲ μὴ ὑπεληλύθει ὁ παλαιότερος νεοβρώτῳ ἐόντι, εἰ μὲν ἰσχύει τε, καὶ ἀκμάζει τὴν ἡλικίην, κλύσαι· ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προσχρῆσθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς. ἐνταῦθ' οὖν προσέθηκε καὶ τὸν ἀπὸ τῆς δυνάμεως σκοπόν, ὥσπερ κἂν τοῖς ἐφεξῆς πολλάκις, ἅμα καὶ τοῦτο κελεύων ἐπισκοπεῖσθαι, τίς αἰτία καὶ διάθεσίς ἐστιν ἡ καταβάλλουσα τὴν δύναμιν· ἔνθα καὶ προσέθηκεν ὡς ἀγνοοῦνται ταῦτα τοῖς ἰατροῖς. καὶ μέντοι καὶ ὅτι E τοῖς μὲν ὑποχόνδριον τὴν ὀδύνην παραιουμένην ἔχουσι, ἡ κάθαρσις ἡ διὰ τῶν τοιῶνδε φαρμάκων ὠφέλιμός ἐστι· τοῖς δὲ πρὸς βραχίονα καὶ στῆθος ἀνατεινομένην αὐτὴν μετὰ βάρους ἔχουσι, φλεβοτομία. ταῦτά τε οὖν καὶ ἄλλα τοιαῦτα, καὶ ἔτι τὰ περὶ τῶν ἐθῶν προειρημένα, παραλέλειπται παντάπασιν ὑπὸ τῶν Κνιδίων ἰατρῶν, καὶ πολὺ μᾶλλον τούτων αἱ φύσεις, καὶ αἱ κράσεις τῶν σωμάτων, ὧν πολλάκις ἐμνημόνευσεν ἐν τῷ βιβλίῳ, τοὺς μὲν πικροχόλους ὀνομάζων, τοὺς δὲ μελαγχολικούς. ἐχόμενος δὲ τῶν σκοπῶν τούτων, καὶ περὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων ἐν τῇ διαίτῃ μεταβολῆς ἐδίδαξεν, ὅπως ἐπανορθωτέον ἐστί, καὶ περὶ τῆς τῶν καμνόντων. F ἔν τε τῷ περὶ οἴνου, καὶ μελικράτου, καὶ ὀξυμέλιτος, καὶ ὕδατος λόγῳ, τῶν αὐτῶν τούτων ἐμνημόνευσε σκοπῶν. ἐμνημόνευσε δὲ καὶ περὶ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος πολλάκις, οὐ μικρὸν σκοπὸν οὐδὲ τοῦτον ποιούμενος ὅλης τε τῆς διαίτης, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ μεταβολῶν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀκμῆς νοσήματος εἶπέ τι, καὶ πρὸς τοῦτον ἀποβλέπων, τρέφει, οὐχ ὡς πρὸς τὸν φαυλότατον σκοπὸν ἐν διαίτῃ. πάντα ταῦτα καὶ ἄλλα τοιαῦτα παραλέλειπται τοῖς Κνιδίοις ἰατροῖς, ἃ χρὴ προσκαταμανθάνειν τὸν ἰατρόν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ ΝΟΣΗΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΤΟ ὑπόμνημα τέταρτον.

HIPPOCRATIS DE ACVTORVM MORBORVM VICTV LIBER, ET GALENI IN EVM Commentarius quartus.

ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων πολλῶν, καὶ τῶν ἄλλων· περὶ καύσου, συνάγχου, ἀφωνίας, ὑποχονδρίων φλεγμαινόντων, κατάρρου, τῆς ἀρτηρίας ἑλκώσεως, τοῦ πνεύμονος καύματος, διαφόρων πυρετῶν, τῆς πλευρίτιδος, περιπνευμονίας, δυσεντερίας, ἰκτέρου, τετάνου, ὕδρωπος, αἱμορροΐδων, ἐμπύων, καὶ τῶν τούτων συμπτωμάτων, διαφόρων ἀλγημάτων κατὰ τὸ πλευρὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ὀσφὺν, καὶ τὰ ἄλλα μόρια, ὧν τὰ διαγνωστικὰ, προγνωστικὰ, καὶ θεραπευτικὰ παραδίδοται.

ARGVMENTVM.

De multis morbis acutis, & alijs, de causo, anginâ, aphoniâ, hypochondrijs inflammatis, catarrho, arteriæ vlceratione, pulmonis ardore, diuersis febribus, pleuritide, peripneumoniâ, dysenteriâ, ictero, tetano, hydrope, hæmorrhoidibus, suppuratis, eorumque symptomatis, varijs doloribus lateris, oculorum, lumborum, & aliarum partium; quorum diagnostica, prognostica & therapeutica traduntur.

A

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Περὶ τῆς τετάρτης τοῦ ὑπολοίπου τοῦ Ἱπποκρατικοῦ περὶ τῆς ὀξέων διαίτης βιβλίου τομῆς τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν ὁ Γαληνὸς προφέρει.

ΕΝ τοῖς περὶ διαίτης τὰ μετὰ τὸν περὶ λουτρῶν λόγον εἰρημένα, προσηκόντως ὑπώπτευσαν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν, ὡς οὐχ Ἱπποκράτους ὄντα· καὶ γὰρ τῇ τῆς ἑρμηνείας δυνάμει, καὶ τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ λείπεται πολὺ τῶν ἔμπροσθεν. οὐ μὴν οὐδ' ἀλόγως ἐκινήθησαν οἱ νομίσαντες Ἱπποκράτους εἶναι καὶ ταῦτα· κατὰ γὰρ τὴν ἐκείνου προαίρεσιν ἡ διάνοια τῶν γεγραμμένων ἐστὶν, ὡς ὑπονοῆσαι μαθητὴν αὐτοῦ τινα γεγραφέναι. πολλὰ δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τὴν λέξιν ἄμεμπτον ἔχει μετὰ τῆς διανοίας, ὡς ὑπονοῆσαι πάλιν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους αὐτὰ γεγράφθαι, παρασκευαζομένου συνθεῖναι βιβλίον, ὡς ὑπέσχετο κατ' αὐτὸ τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, ἐν ᾧ κατὰ μέρος ἑκάστου τῶν ὀξέων νοσημάτων τὴν

GALENI PROOEMIVM.

De quarta, quæ superest, libri Hippocratis de diæta acutorum sectione suam sententiam Galenus profert.

QVÆ in libro de victûs ratione post eum, qui de balneis, sermonem enarrata sunt, iure optimo non pauci medicorum Hippocratis non esse coniecerunt. Etenim à superioribus, & B vi interpretationis, & theorematum integritate longè discedunt. Neq; tamen præter rationē impulsi sūt, qui & Hippocratis hæc esse existimarūt. Nam eorum, quæ scripta sunt sententia, institutum illius adeò redolet, vt discipulum eius aliquem scripsisse suspicio sit. Imò & ex his multa dictionem cum sententia ita inculpatam habent, vt rursùm ea ab ipso Hippocrate scripta esse suspicandum sit, qui librum componere meditabatur, in quo singulorum acutorum morborū curationem doceret, vt in libro de victûs ratione

ne in morbis acutis promiſerat. Præterea & alias in præſenti libro reperies dictiones, quæ Hippocrate ita indignæ ſunt, vt legitimis aſcriptas eſſe ſuſpicari te oporteat. Quemadmodum & in aphoriſmis nonnulli huiuſcemodi viſi ſunt partibus libri vltimis adiecti. Qui enim interſerunt, quia multis in memoria ſunt primæ librorum partes, vltimis aſcribunt. Id ſanè ipſum & in libro de capitis vulneribus factum eſſe videtur & in ſecundo de morbis epidemicis. Sed & eodem modo in eo qui nunc nobis proponitur libro reperimus, quæ interſeruntur, atque adhuc magis partibus vltimis. Quum igitur quatuor, vt quiſpiam dixerit, in eo reperiantur ſpecies, vna quidem, quæ tum dictione, tum ſententiâ Hippocrate digna ſit; altera autem quæ alterutro ſolùm vel dictione vel ſententiâ, nonnullæ verò quæ horum neutro; in ſingulis earum, quæ ad expoſitionem nobis expromentur, dictionibus id ipſum declarabimus.

De febris ardentis generatione, cauſis externis ac internis, efficientibus ac ſuſcipientibus; ac de duplici cauſo, vniuerſali, ac particulari.

TEXTVS HIPPOCRATIS I.

At febris ardens fit, quum reſiccatæ venulæ tempore æſtiuo, acres & bilioſos ichoras ad ſe attraxerint.

COMMENTARIVS GALENI.

Æſtiuum tempus dixit calidum & ſiccum, ſiue in fine veris fuerit, ſiue principio æſtatis, ſiue medio, vel extremo, ſiue per autumni exordia ſit. Quod autem aëris nos ambientis temperamentum affectionem corporis ſecum commutet, ſiccum quidem ad ſicciorem, humidum verò ad humidiorem, in commentarijs Epidemiorum demonſtratum eſt. Demonſtratum eſt quoque, quòd commoderatum anni tempus naturale conſeruet temperamentum, cæteris nimirùm quæ in vniuerſa victûs lege agunt homines, eodem modo ſe habentibus. Demonſtratum præterea & corpus à naturali commoderatoque ſtatu deceſſum, quatenùs id deceſſit ac commutatum eſt, eatenùs peculiari egere auxilio, vt arefactum humectatione, humectatum exiccatione, calefactum refrigeratione, & refrigeratum calefactione. Quum igitur ob aliquam rerum, quarum exempla adducit ipſe, circunſtantiam, venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, à vicinis partibus hæ trahunt humiditates. Si ergo quæ ad arefactas venas feruntur humiditates, vt conſiſtentiâ humidam naturam, ita & facultatem humectantem habuerint, pars quod ſecundum naturam eſt temperamentum recipit. Verùm ſi humiditas qualitate acris fuerit, & facultate ſiccatoria, corpus incenditur; vt ſiquis noſtrum ſiticuloſus effectus, copioſè biberit aut vinum aquâ marinâ dilutum purum, vel aquam ſalſam. Scio equidem me aliquando ex æſtiuo itinere ſiticuloſum redditum, bibiſſe vini veteris paulò meracioris calicem vnum, atque ex eo ſitim magis auxiſſe non placaſſe. Vt igitur nos, quanquam ratione quæ appetitum moderetur prædi-

A θεραπείαν διδάξει. καὶ μὴν δὴ καὶ ἄλλας ἐστὶ ῥήσεις εὑρεῖν ἐν τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ, φανερῶς οὐκ οὔσας ἀξίας Ἱπποκράτους, ὡς ὑπονοῆσαι παρεγγεγράφθαι τοῖς γνησίοις, ὥσπερ καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐφαίνοντο μὲν ἔνιοι τοιοῦτοι πρὸς τοῖς τελευταίοις μέρεσι τοῦ βιβλίου. ὡς γὰρ ἐν μνήμῃ πολλοῖς ἐστι τὰ πρῶτα τῶν συγγραμμάτων, οἱ παρεγγράφοντες, εἰς τὰ τελευταῖα παρεγγράφουσι. τοῦτο γοῦν αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων ἐφάνη γεγονός, ἔτι δὲ κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸ νῦν ἡμῖν προκείμενον B βιβλίον ἐστὶν εὑρεῖν παρεγκείμενα, καὶ μᾶλλον ἔτι πρὸς τοῖς τελευταίοις. τεσσάρων οὖν ὡς εἴποι τις εἰδῶν ὄντων ἐν αὐτῷ, τοῦ μὲν ἀξίου καὶ κατὰ τὴν λέξιν καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν Ἱπποκράτους, τοῦ δὲ καθ' ἕτερον μόνον, ἤτοι τὴν λέξιν, ἢ τὴν διάνοιαν, ἐνίων δὲ κατ' οὐδέτερον, σημανοῦμεν τοῦτ' αὐτὸ καθ' ἑκάστην τῶν προχειριζομένων εἰς τὴν ἐξήγησιν λέξεων.

C Περὶ καύσου γενέσεως, καὶ τῶν τούτου αἰτίων προκαταρκτικῶν καὶ προηγουμένων, καὶ ποιητικῶν καὶ ὑποδεκτικῶν· καὶ περὶ τοῦ διπλασίου καύσου, τοῦ τε καθόλου, καὶ τοῦ κατὰ μέρος.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ α'.

Καῦσος δὲ γίνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλεβία ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑαυτά.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

D Θερινὴν ὥραν εἴρηκε τὴν θερμὴν καὶ ξηράν, εἴτ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἔαρος, ἄν τε ἐν ἀρχῇ τοῦ θέρους, εἴτ' ἐν τοῖς μέσοις, ἢ τοῖς τελευταίοις, ἄν τε κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ φθινοπώρου ᾖ. δέδεικται δ' ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν ἐπιδημιῶν ἡ τοῦ περιέχοντος ἀέρος κρᾶσις ἑαυτῇ συμμεταβάλλουσα τὴν τοῦ σώματος διάθεσιν, ἡ μὲν ξηρὰ πρὸς τὸ ξηρότερον, ἡ δ' ὑγρὰ πρὸς τὸ ὑγρότερον. ἐπιδέδεικται δέ, καὶ ὅτι τὴν κατὰ φύσιν κρᾶσιν σύμμετρος ὥρα φυλάττει, τῶν ἄλλων δηλονότι πάντων ὡσαύτως ἐχόντων, ὅσα κατὰ τὴν ὅλην δίαιταν οἱ ἄνθρωποι πράττουσιν. ἐπιδέδεικται δὲ καὶ ὅτι τῆς κατὰ φύσιν τε καὶ συμμέτρου κατα- E στάσεως ἐξιστάμενον τὸ σῶμα, καθότι ἂν ἐξίστηταί τε καὶ μεταβέβληται, κατὰ τοῦτο καὶ τῆς οἰκείας ἐπικουρίας δεῖται, ξηραινόμενον μὲν ὑγραίνεσθαι, ὑγραινόμενον δὲ ξηραίνεσθαι, θερμαινόμενον δὲ ψύχεσθαι, ψυχόμενον δὲ θερμαίνεσθαι. ὅτε οὖν κατά τινα περίστασιν πραγμάτων, ὧν αὐτὸς ἐρεῖ παραδείγματα, συμβῇ τινα ξηρανθῆναι φλεβία καθ' ὁποιονοῦν μέρος τοῦ σώματος, ἐπισπᾶται ταῦτα τὰς ἐκ τῶν πλησιαζόντων μορίων ὑγρότητας. ἐὰν μὲν οὖν ὡς τῇ συστάσει φύσιν ὑγράν, ἔχωσιν οὕτω καὶ τὴν δύναμιν ὑγραντικὴν αἱ εἰς τὰς ξηρανθείσας φλέβας F ὑγρότητες ἐνεχθεῖσαι, τὴν κατὰ φύσιν εὐκρασίαν ἀναλαμβάνει τὸ μόριον· ἐὰν δὲ δριμεῖα μὲν ᾖ κατὰ τὴν ποιότητα, ξηραντικὴ δὲ κατὰ τὴν δύναμιν ἡ ὑγρότης, ἐκπυροῦται τὸ σῶμα, καθάπερ εἰ καὶ ἡμῶν τις αὐτῶν διψήσας, ἐκπίῃ χανδὸν ἢ οἶνον τεθαλασσωμένον ἄκρατον, ἢ ὕδωρ ἁλμυρόν. ἐγὼ γοῦν οἶδα καὶ αὐτός ποτε ἐξ ὁδοιπορίας θερινῆς διψώδης γενόμενος, εἶτα πιὼν οἴνου παλαιοῦ κύλικα μίαν ἀκρατεστέρου βραχύ, παραυξήσας μᾶλλον, οὐ παύσας ἔτι αὐτῇ τὸ δίψος. ὥσπερ οὖν ἡμεῖς καίτοι τὸν λογισμὸν ἔχοντες

ἐπισπατοῦντα ταῖς ὀρέξεσιν, ἐνίοτε μὲν ἀμελέστερον, ἐνίοτε δὲ προπετέστερον, ἔστι δ' ὅτε καὶ μὴ παρὸν εἶναι βέλτιον, ἀναγκάζεσθαι μὲν ἐπί τι τῶν ἁλμυρῶν καὶ δριμέων ἀφικέσθαι ποτῶν· οὕτως καὶ ἡ ἐν ταῖς φλεψὶ δύναμις ἑλκτική, διὰ παντὸς ἐπισπᾶται τὴν ἐκ τῶν πλησιαζόντων ὑγρότητα, μὴ διακρίνουσα τὴν οὐσίαν αὐτῆς ὁποία τίς ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει λογισμὸν ὡς σκέψασθαί τι περὶ τοῦ βελτίονος, ἀλλ' ὥσπερ τὰ παιδία, καὶ τὰ βοσκήματα τὸ προστυχὸν ὑγρὸν αἱρεῖται διψῶντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκείνη. ἐὰν μὲν οὖν καθ' ἕν τι μέρος τοῦ σώματος ἡ διάθεσις αὕτη γίνηται, κατὰ τοῦτο μόνον ἐρυσιπελατῶδές τι πάθος ἔσται· αἱ δὲ καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλέβες ὑπερξηρανθεῖσαι, τὰς ἐκ τῶν σαρκῶν ὑγρότητας εἰ ἐπισπάσωνται θερμὰς οὔσας, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι γίνεται καυσώδης διάθεσις. ἀλλ' ὅ γε καῦσος ἰδίως καλούμενος, οὐ μόνον τῇ σφοδρότητι τῆς καθ' ὅλον τὸ σῶμα γινομένης θερμασίας διαφέρει, ἀλλὰ καὶ τῷ δίψει· βίαιόν τε γάρ ἐστιν ἐν τούτῳ καὶ ἄπαυστον. Ἐλλείπει τοίνυν τῇ προκειμένῃ ῥήσει περὶ τῆς τοῦ καύσου γενέσεως, ὁ περὶ τῶν μορίων λόγος, ὃν ἡμεῖς ἀρτίως προστεθήκαμεν. ἐνίοτε μὲν γὰρ καθ' ἓν ὁτιοῦν, ἐνίοτε δὲ καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, καῦσος γίνεται· ἐπὶ μὲν τοῦ καθ' ὅλον τὸ σῶμα γινομένου, ἐξ ἅπαντος δίψαν ἐργάζεται· ἐπὶ δὲ τῶν καθ' ἕν τι μέρος, οὐκ ἐξ ἀνάγκης, εἰ μὴ αὐτὸ τὸ μέρος τὴν δίψαν ἐργάζεται, πάντων μὲν πρῶτον καὶ μάλιστα τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ἐφεξῆς δὲ ἡ γαστὴρ, καὶ μετὰ ταύτην ὁ στόμαχος, εἶτα πνεύμων, εἶτα νῆστις. Ἆρ' οὖν οὕτως μόνον γίνεται καῦσος, ὡς εἶπεν, ὅταν ἐπισπάσηται τὰ φλέβια δριμεῖς καὶ χολώδεις ἰχῶρας ἐς ἑαυτά; ἢ καὶ τῆς σαρκὸς ταὐτὸ τοῦτο παθούσης ἔσται καῦσος, εἴτ' οὖν καθ' ἓν μόριον, εἴτε καθ' ὅλον τὸ σῶμα συμβῇ παθεῖν αὐτήν; ἐδείχθη γὰρ καὶ αὕτη δύναμιν ἑλκτικὴν ἔχουσα τῶν ἐνδεόντων αὐτῇ. καὶ μέντοι καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὴν ὁμοίαν διάθεσιν· ἕτερον δὲ τρόπον λέγω, ὅταν πέμπηται πρός τι μόριον ἀσθενέστερον ἐκ τῶν ἰσχυροτέρων τὰ περιττώματα. δέδεικται γὰρ, ὥσπερ ἑλκτικὴ δύναμις ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων ἐστὶν, οὕτω καὶ ἀποκριτική· οὐκ ἀδύνατον οὖν ἐστιν, ἐνίοτε μὲν ἐξ ἑνὸς μέρους, ἐνίοτε δὲ ἐκ πλειόνων, δριμεῖς καὶ χολώδεις ἰχῶρας ἀποκριθέντας, ἐπιχυθῆναι τῶν εἰρημένων μορίων, ὅ, τι περ ἂν αὐτῶν ἀσθενέστερον ᾖ· ὅτι δὲ ἰχῶρας ὀνομάζει τὰς λεπτὰς ὑγρότητας, εὔδηλον.

A ti, interdùm quidem negligentiùs, interdùm verò & incontinentiùs, atque etiam quum in promptu melius non sit, ad potum aliquem salsum, & acrem peruenire cogimur; sic & venarum facultas attractrix perpetuò vicinis è partibus humiditatem attrahit, substantiam ipsius, qualis sit, minimè discernens. Rationem etenim non habet, quâ quid ex meliori scrutari possit; sed vt pueri ac pecora ad casu oblatum humidum cum sitiunt irruunt, hoc pacto & illa. Si ergo in vna quadam corporis parte affectio ea fiat, in ea solùm erysipelatodes B affectus aliquis erit. Verùm si venæ totius corporis supra modum exiccatæ calidas carnosis è partibus humiditates attraxerint, in toto corpore fiet causodes affectus. Causus verò propriè vocatus non tantùm caliditatis, quæ per totum fit corpus, præstat vehementiâ, verùm etiam & siti. Nam sitis in eo vehemens est, & inexplebilis. Deest ergo præsenti dictioni de causi generatione, sermo de partibus, quem nos nuper adiecimus. Nam in vna corporis parte, quæcunque illa sit, interdùm causus gignitur, interdùm C & toto in corpore. Verùm quum in toto fit corpore, sitim omninò parit; quum verò in vna parte, non de necessitate, nisi pars ipsa sitim pariat. Omnium autem primum & maximè *id facit* os ventriculi, deinde ventriculus, atque ab eo stomachus, post pulmo, ac deinceps ieiunum intestinum. Vtrum igitur ita tantummodò fit causus, vt dixit, quum acres & biliosos ichoras ad se traxerint venulæ? An & carne id ipsum patiente, erit causus, siue in parte vna, siue toto in corpore pati eam contigerit? Ostendimus etenim, eam facultatem habere eorum D quibus indiget attractricem. Præterea & fieri potest, vt modo altero similis affectio fiat. Modum alterum dico, quum ex validioribus partibus ad imbecilliorem aliquam mittantur excrementa. Nam vt partibus singulis attractrix inest facultas, sic & expultricem inesse declaratum est. Fieri ergo potest, interdùm quidem ex parte vna, interdùm verò & è pluribus, acres & biliosos ichores expulsos ad dictas fundi partes, quæ scilicet imbecilliores sunt. Quòd autem ichoras, tenues humiditates appellet, liquidò E constat.

Τὸν ὀστεοκόπον τε καὶ τὸν ἑλκώδη κόπον, καὶ τὸ ἄλγημα, τοῦ σφοδροτάτου καύσου εἶναι συμπτώματα, καὶ πόθεν ταῦτα.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ β'.

ΚΑὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει, τό τε σῶμα, ὥσπερ [2] ὑπ' ὀστεοκόπου ἐχόμενον, κοπιᾷ καὶ ἀλγεῖ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

F ΠΥρετὸς μὲν οὖν πολὺς ἴσχει διὰ τὴν τῶν ἰχώρων φύσιν, οὓς δριμεῖς ἔφη καὶ χολώδεις· τοῖς τοιούτοις γὰρ οἱ σφοδρότατοι τῶν πυρετῶν ἐπιγίνονται, τουτέστιν οἱ πολλήν τε καὶ δριμυτάτην ἔχοντες τὴν θερμασίαν, ὥσπερ γε καὶ οἱ τὴν ἐλάττονά τε καὶ ἧττον δριμεῖαν, τοῖς φλεγματώδεσιν ἑπόμενοι χυμοῖς. κοπιᾷ δὲ τὸ σῶμα σύμπαν διὰ τὴν δριμύτητα τῶν ἰχώρων, τὸν ἑλκώδη κόπον· εἴρηται δὲ τελέως περὶ τῆς πάντων τῶν κόπων διαφορᾶς, ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς.

Ossearìam ac vlcerosam lassitudinem & dolorem, causi vehementis esse symptomata, & vnde hæc.

TEXTVS HIPPOCRATIS 2.

AC febris multa detinet; corpusque quemadmodùm ab ossearià lassitudine affectum, laborat, doletque.

COMMENTARIVS GALENI.

FEbris ergo multa detinet, propter naturam ichorum, quos acres & biliosos ait. Nam his superueniunt febres vehementissimæ, hoc est, quæ multam, & acerrimam habent caliditatem; quemadmodùm quæ minorem, & minùs acrem habent, pituitosos sequuntur humores. Laborat autem corpus totum lassitudine vlcerosâ propter ichorum acrimoniam. Sed de lassitudinum omnium differentiis absolutè in libris de tuenda sanitate tractatum est.

De

A

De causis causi procatarcticis.

TEXTVS HIPPOCRATIS 3.

Fit plerúnque tum ex longo itinere, tum longâ siti, quum arefactæ venulæ acres calidasque fluxiones ad se attraxerint.

COMMENTARIVS GALENI.

B Tum in principio dictum est, tunc rursùm nunc adiecit, *arefactæ*, procatarcticas appellatas causas tanquàm exemplo manifestans. Enimuerò calidæ omnes & siccæ causos procreare possunt. Scio equidem nonnullos ob liberalem vini aquâ marinâ diluti potionem, causo fuisse correptos; veluti & alios ob salsamentorum, salsarumque carnium, atque aliorum quorundam salsorum esum immoderatum. Alius ex ambulatione, & æstu veniens, primùm quidem lauit se, deindè domum perductus, vini mixti plus bibit, cœpitque protinùs affici causo. C Alius autem ob vehementem excandescentiam, & alius ob vigilias *causum incurrerunt.*

Περὶ τῶν τοῦ καύσου προκαταρκτικῶν αἰτιῶν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ γʹ.

Γίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ πορείης μακρῆς, καὶ δίψεος μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια, δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται πρὸς ἑαυτά.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν εἴρητο, καὶ νυνὶ δ' αὖ τὸ ἀναξηρανθῆναι προσέθηκε, τὰς προκαταρκτικὰς καλουμένας αἰτίας δηλῶν, ὡς ἐν παραδείγματι· πᾶσαι μὲν γὰρ αἱ θερμαὶ καὶ ξηραὶ τοὺς καύσους ἐργάζεσθαι δύνανται. τινὰς γοῦν οἶδα διὰ πόσιν οἴνου τεθαλασσωμένου πλείονος ἁλόντας καύσῳ, καθάπερ ἄλλους διὰ ταρίχων, καὶ ταριχηρῶν κρεῶν, καὶ τινων ἄλλων ἁλικῶν ἐδωδὴν ἄμετρον. ἕτερος δέ τις ἐξ ὁδοιπορείας τε καὶ καύματος ἥκων, ἐλούσατο μὲν πρῶτον, ἀφικόμενος δ' οἴκαδε, καὶ πιὼν οἴνου κατὰ τὴν κρᾶσιν ἔχοντος τὸ πλέον, ἤρξατο πυρέττειν αὐτίκα καυσώδη πυρετόν· καὶ ἄλλος δέ τις σφοδρῶς ὀργισθείς, καὶ ἄλλος ἀγρυπνήσας.

De causi signis ac symptomatis assidentibus, vnde arida fit lingua, aspera, ac nigra; ventris morsus, deiectiones liquidæ ac pallidæ; vigiliæ, & deliria. Dyspnœam magnam ac densam causi symptoma esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 4.

D *Fit verò lingua aspera, & sicca, valdéque nigra; partiumque ventris morsu dolet; deiectiones tum liquidæ tum pallidæ fiunt; sitis adest vehemens, & vigiliæ, atque interdùm mentis alienationes.*

COMMENTARIVS GALENI.

Quæ ardentes febres comitantur, hac oratione percurrit, quæ & assidentia vocant. Sunt autem hæc, lingua sicca, aspera, & nigra, ventris morsus, deiectiones pallidæ, vehemens sitis, & vigiliæ, interdùm verò & delirium. E Lingua sanè fit arida, quòd tota corporis affectio sicca sit & calida, febrisque ipsa talis. Partium autem ventris morsus, propter ichorum illuc confluentium acrimoniam *oritur.* Deiectiones autem pro humoris redundantia. At liquidas ipsas dixit, nullo pacto concoctas exprimens, coctio enim omnia cogit, incrassatque. Ita verò affectis, vigilare ob siccitatem accidit. Nam humiditatem immoderatam cataphoras, multam verò siccitatem vigilias procreare demonstratum est. F Accedit quoque & ab aliis symptomatis fatigatio, quæ causa est vigiliarum. Delirium autem fieri sciuimus ob eam quæ ad caput recurrit bilem, & ob temperamenti caliditatem, siccitatemque. Quòd autem, quum quis bilem simpliciter dixerit, amara significetur, anteà enunciatum est; quod item bilem eandem, & pallidam, & flauam appellent. Vt ergo nihil ad causum biliosum spectantium præ-

Περὶ τῶν τοῦ καύσου σημείων τε καὶ συμπτωμάτων συνεδρευόντων· ὅθεν ἡ γλῶσσα ξηρὰ γίγνεται, καὶ τραχεῖα, καὶ μέλαινα· καὶ ἡ δῆξις τῆς γαστρὸς, καὶ ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρά· καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ παραφροσύναι. τὴν δύσπνοιαν πυκνὴν καὶ μεγάλην τοῦ καύσου σύμπτωμα εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ δʹ.

Γίνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχείη καὶ ξηρὴ, καὶ μέλαινα κάρτα· καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει, τά θ' ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίνεται, καὶ δίψαι σφοδραὶ ἔνεισι, καὶ ἀγρυπνίαι, ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξιες φρενῶν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὰ παρακολουθοῦντα τοῖς καύσοις ἐν τῷδε τῷ λόγῳ διῆλθεν, ἃ δὴ καὶ συνεδρεύοντα καλοῦσιν· ἔστι δὲ ταῦτα γλῶσσα ξηρὰ, καὶ τραχεῖα, καὶ μέλαινα, δῆξίς τε ἐπὶ τῆς γαστρὸς, ὑποχωρήματα ὠχρὰ, καὶ δίψαι σφοδραὶ, καὶ ἀγρυπνία, ποτὲ δὲ καὶ παραφροσύνη. ἡ μὲν οὖν γλῶσσα ξηρὰ γίγνεται, διότι καὶ ἡ διάθεσις ὅλη τοῦ σώματος ξηρά ἐστι καὶ θερμὴ, καὶ ὁ πυρετὸς αὐτὸς τοιοῦτος. ἡ δὲ δῆξις τῆς κατὰ τὴν γαστέρα, διὰ τὴν τῶν εἰς αὐτὴν συρρεόντων ἰχώρων δριμύτητα. τὰ δὲ διαχωρούμενα, κατὰ τὸν πλεονάζοντα χυμόν· ἔξυγρα δὲ εἶπεν αὐτὰ, τὸ μηδὲ ὅλως πεπέφθαι δηλῶν, ἡ γάρ τοι πέψις ἅπαντα συνάγει τε καὶ παχύνει. τὸ δὲ ἀγρυπνεῖν, τοῖς οὕτω πάσχουσι συμβαίνει διὰ τὴν ξηρότητα· δέδεικται γὰρ ἡ μὲν ἄμετρος ὑγρότης, τὰς καταφορὰς, τὰς δὲ ἀγρυπνίας ἡ πολλὴ ξηρότης ἐργαζομένη· προσέρχεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων συμπτωμάτων ταλαιπωρία, τῆς ἀγρυπνίας αἰτία γιγνομένη. παραφροσύνην δὲ ἐμάθομεν γίγνεσθαι, διά τε χολὴν ἀναδραμοῦσαν ἐπὶ κεφαλὴν, καὶ διὰ ξηρότητα καὶ θερμότητα κράσεως· ὅτι δὲ ὅταν εἴποι τις ἁπλῶς χολὴν, ἡ πικρὰ δηλοῦται, προείρηται, καὶ ὅτι γε τὴν αὐτὴν χολὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν ὀνομάζουσιν. Ὥσπερ οὖν οὐδὲν παραλέλειπται τῶν κατὰ τὴν χολώδη

καύσον, ὅτι γε μὴ καὶ κατὰ τὴν ἐπιῤῥοὴν τῶν ἰχώρων αὐτῶν, οὐ μόνον διὰ τὴν ὁλκὴν γίγνεσθαι· οὕτως ἀτάκτως γέγραπταί τινα. τῶν γάρ τοι λελεγμένων, ἔνια μέν ἐστι παθογνωμονικὰ συμπτώματα τῶν καύσων, ἔνια δὲ συνεδρεύοντα· τῶν γινομένων δὲ αὐτούς, τὰ μέν ἐστι προηγούμενα, τὰ δὲ προκαταρκτικά γε καλούμενα ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. πάντων γοῦν ὧν εἶπον προηγουμένων συμπτωμάτων, ἔξεστί σοι τὸν κατάλογον ὡς ἂν ἐθέλοις ποιεῖσθαι· ἀλλ' ὅ γε γράψας τὸ βιβλίον, ἤρξατο μὲν ἀπὸ τῶν προηγουμένων (τὸ γὰρ ἀναξηρανθῆναι τὰ φλέβια, προηγούμενον αἴτιόν ἐστιν) ἐφεξῆς δὲ δέον εἰπεῖν τὰ προκαταρκτικά, οἷον ὁδοιπορίην μακρὴν, καὶ δίψος, οὐ ταῦτ' εἶπεν, ἀλλὰ τῶν παθογνωμονικῶν τι, τὸν πολὺν πυρετόν· ἐχρῆν δὲ ἐν τούτῳ προσθεῖναι καὶ τὸ σφοδρὸν δίψος, ὃ μετὰ ταῦτα ἅμα τοῖς ἄλλοις εἶπε συμπτώμασι τοῖς συνεδρεύουσιν ὀνομαζομένοις, ὧν τὰ μὲν ἐνίοτε, τὰ δὲ ἀεὶ ὑπάρχει τοῖς καύσοις. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών· ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξιες φρενῶν· τὸ γὰρ ἐνίοτε, τῷ διὰ παντὸς ἀντίκειται. ἐγὼ δέ φημι, καὶ τὸ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δάκνεσθαι καὶ διαχωρεῖν χολώδη, οὐ τῶν διὰ παντὸς συνόντων τοῖς καύσοις εἶναι. διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ νοσήματος καὶ τὴν ἔσω ῥοπὴν τῶν δριμέων ἰχώρων, ταῦτα συμβαίνει τοῖς κατὰ γαστέρα καὶ ἧπαρ ἔχουσι τὴν οἷον ἑστίαν τοῦ καύσου· τοῖς δὲ κατὰ πνεύμονα, ταῦτα μὲν οὐ πάνυ συμπίπτει, τὰ δὲ κατὰ τὰς γλώσσας εἰρημένα καὶ τὰς παραφροσύνας, μᾶλλον· ἀλλὰ καὶ δυσπνοοῦσιν οὗτοι, τὴν κατὰ τὸ πυκνὸν καὶ μέγα πνεῦμα δύσπνοιαν, ἐκφυσῶσί τε συνεχῶς ἀνοιγνύντες τὸ στόμα, καὶ τῇ τοῦ πυρώδους πνεύματος ἀποχύσει κουφιζόμενοι. τὸ μὲν οὖν τῆς δυσπνοίας ὅλον παραλέλειπται, καίτοι γε ἐν προγνωστικῷ λελεγμένον ἡμεῖς ἐδείκνυμεν. ἀτάκτως δ' εἴρηται τὰ κατὰ τὴν γλῶσσαν συμπτώματα· προτέραν μὲν γὰρ ἐχρῆν γεγράφθαι τὴν ξηράν, δευτέραν δὲ τὴν τραχεῖαν· διὰ γὰρ τὴν ἄμετρον ξηρότητα, τραχεῖαν συμβαίνει γίγνεσθαι τὴν γλῶσσαν, ὥστε τὴν τραχεῖαν, οὖσαν πάντως καὶ ξηράν. ὅτι δὲ καὶ μελαίνεται διὰ τὴν ἄμετρον θερμασίαν, ὥσπερ τοῖς ἡλιθερέσι τὸ δέρμα, προμεμαθήκαμεν ἤδη.

A termissum est, nisi quòd non solùm fiat per attractionem, sed & per effluuium ichorum; sic inordinatè scripta quædam sunt. Nam ex iis quæ dicta sunt, quædam sunt symptomata pathognomonica causum indicantia, alia verò assidentia. Verum quæ *causos* ipsos procreant, alia quidem antecedentia, alia verò primitiua à medicis appellantur. Omnium autem, quæ dixi, antecedentium symptomatum, potes tibi, vt lubet, catalogum facere. Sed qui librum hunc scripsit, ab antecedentibus fecit exordium (venulas etenim exiccari, antecedens causa est) Deinceps autem, quum euidentia, vt ambulationem longam, & sitim dicere debuit, non
B ea dixit, sed ex pathognomonicis aliquod, vt febrem vehementem. Debuit & hîc sitim vehementem adiicere, quàm posteà simul cum alijs assidentibus vocatis symptomatis dixit; quorum quædam aliquando, alia perpetuò febribus ardentibus insunt. Id verò & ipse ostendit, inquiens; *interdùm autem & mentis alienatio.* Nam *interdùm*, *perpetuò* opponitur. Ego autem dico, & ventrem morderi, & biliosa deijcere, non esse ex iis quæ perpetuò febribus ardentibus insunt. Nam ob morbi magnitudinem, & acrium ichorum ad interna impetum, propterea hæc in ventre ac hepate
C causi veluti sedem habentibus accidunt. Verum in pulmone *causi sedem habentibus*, hæc non admodùm contingunt, sed quæ de lingua dicuntur ac delirijs, magis. Sed & difficulter hi spirant, eâ quæ denso & magno spiritu est, spirandi difficultate, efflantque continenter os aperientes, igneique spiritûs effusione leuantur. Verùm totam spirandi difficultatem prætermisit, quam in prognostico dictam ostendi-
D mus. At inordinatè symptomata linguæ recensuit. Nam debuit primùm siccam dixisse, deinde asperam. Nam ob immoderatam siccitatem, linguam asperam fieri contingit, vt si aspera sit, omninò & sicca existat. Quòd autem ob caliditatem immoderatam nigrescat, vt iis quibus cutis Sole vsta sit, iam antè didicimus.

Τοῖς καυσουμένοις τὸ τοῦ ὕδατος καὶ μελικράτου ὑδαροῦς ἑφθοῦ ποτὸν ἄφθονον δοτέον εἶναι, καὶ τοῦτο ποτὸν διαιτητικὸν ἱκανὸν εἶναι.

E Febre ardente laborantibus aquæ ac mulsæ aquosæ coctæ potum liberalem concedendum esse, ac talem potum diæteticum satis esse.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ε'.

Τῷ τοιῷδε πίνειν ὕδωρ τε καὶ μελίκρητον ἑφθὸν δίδου ὑδαρὲς, ὁκόσον ἐθέλει.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τοῦτο τὸ βιβλίον εἰ καὶ μὴ Ἱπποκράτους ἐστὶ σύγγραμμα, παλαιὸν γοῦν ἐστιν, ὡς κατὰ τοὺς Ἐρασιστράτου χρόνους ἤδη προσκεῖσθαι τῷ γνησίῳ· θαυμαστὸν οὖν, ὅπως ἐτόλμησεν εἰς Ἀπολλώνιον καὶ Δέξιππον ἀποσκώψαι τὰ περὶ τῶν κηρίνων κυλίκων ὁ Ἐρασίστρατος. ὁ γὰρ ταῦτα γράψας, τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ἄμεινον Ἐρασιστράτου γινώσκων, ὁπόσον ἐθέλουσι, πίνειν ἐπιτρέπει καὶ τοῖς καυσουμένοις· ἔδειξα δὲ καὶ κατὰ τὸ γνήσιον μέρος τοῦ συγγράμματος οὕτω γινώσκοντα τὸν Ἱπποκράτην. Περὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ Ἐρασιστράτου κακοηθείας, ἱκανὰ καὶ ταῦτα· σκοπῶμεν δὲ ἤδη τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν εἰρημένα. κελεύει γὰρ μήτε ἐφ' ὕδατος μόνου διαιτᾶν τοὺς καυσουμένους, μήτ'

TEXTVS HIPPOCRATIS 5.

Hvic tum aquam, tum mulsam coctam aquosam, quantùm desideret, potui dato.

COMMENTARIVS GALENI.

Liber hic, etsi Hippocratis opus non est, antiquus tamen est, vt qui legitimo operi
F iam Erasistrati temporibus adiectus fuerit. Quapropter mirandum, quomodò Erasistratus calices cereos in Apollonium & Dexippum retorsisse ausus sit. Nam qui hæc scripsit, mentem Hippocratis Erasistrato meliùs intelligens, causo laborantibus, quantùm placet, bibere concedit; demonstrauique & in legitima voluminis huius parte ita sentire Hippocratem. Sed de Erasistrati malitia satis hæc sint. Sed iam scrutemur quæ in oratione dicuntur. Præcipit siquidem neque aquam solam, neque mulsam solam ijs

iis pro victu propinandam, qui causo laborant. Scis etenim aquam, quòd natura frigida sit, tardè permeare, & quàm plurimo tempore in hypochondriis manentem corrumpi in acutis febribus; mel autem facilè bilescere. Ob id mulsam aquosam dari iubet, vt aqua, nullâ in superiore ventre factâ morâ, à mixto melle ad distributionem trahatur; ob eas causas & coctam ipsam exhibet; nam hæc quàm cruda, sitim magis arcet, & flatu magis vacat; vrinasque magis ciet, vt quæ cruda est, deiectionem. Minùs enim acris, quæ cocta est, non solùm quòd in coctura conficiatur, verùm & quòd spumosum ipsius omne tollatur; quoniam quod acre, & flatuosum existit, in mellis est substantia; cocta autem, tum morsu caret, tum flatu vacat, distribuiturque meliùs, quàm per intestina descendat; quò fit vt eam ob causam magis alat, quàm cruda. Cæterùm qui ita laborant, citra ptisanæ cremorem mulsâ nutriendi sunt. Sed quod in acutissimis morbis solos exhibere potus oporteat, in libri huius non spuriâ parte est prædictum. Hæcque omnia quæ ad præsentis orationis expositionem pertinent, iis qui & antè legerunt, & meminerunt eas, quæ in illis factæ sunt, expositiones, ad hunc modum & dicta sunt, & dicentur.

Oris amarorem, bilis euacuationem tum vomitu tum clysmate moliendam indicare.

TEXTVS HIPPOCRATIS 6.

QVòd si os amarum fuerit, vomere confert, & aluum subluere.

COMMENTARIVS GALENI.

Bilis amaror, amarum os reddit. Nam communis vnaque est tunica, tum quæ alui interna est, tum omnis quæ os sublinit. Ratione ergo libri author bilem tum per vomitum, tum per clysterem euacuat.

Si clystere non soluatur aluus, cocto asinino lacte, aut sero lactis ea soluenda est.

TEXTVS HIPPOCRATIS 7.

VErùm si ad hæc non soluatur, cocto asinino lacte purgato.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd omninò quidem eam, quæ in aluo est, bilem vacuare imperet, timeat autem purgantia medicamenta, quód & acria, & calida prorsus existant, ob id ad lac asinæ diuertit, vt quod nullam, vt non aliud vllum, habeat acrimoniam, sed præ omnibus vnum humiditate exuperet; atque ob id solum ventrem subeat. Præcoquit autem ipsum ob flatus. Sed sanè solo vti sero poteris, per oxymel ipsum, vbi lac antè coxeris, separans, vas æneum frigidâ plenū aquâ continenter in lac demittens; nam & hæc si probè fiat demissio, serum à caseo separat.

A ἐπὶ μελικράτου μόνου. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ἔμαθες, ὡς τῇ φύσει ψυχρὸν ὂν, βραδύπορόν ἐστι, καὶ μένον ἐν ὑποχονδρίῳ πλεῖστον χρόνον, διαφθείρεσθαι κατὰ τοὺς ὀξεῖς πυρετούς· τὸ δὲ μέλι ῥᾳδίως ἐκχολοῦσθαι. διὰ τοῦτο ἀξιοῖ ὑδαρὲς διδόναι τὸ μελίκρατον, ἵνα τὸ ὕδωρ μὴ μηκύνῃ κατὰ τὴν ἄνω γαστέρα, προσελκυόμενον ὑπὸ τοῦ μιγνυμένου μέλιτος εἰς τὴν ἀνάδοσιν· διὰ δὲ ταῦτα αὐτὰ καὶ ἑφθὸν αὐτὸ δίδωσιν, ἀδιψότερον γὰρ καὶ ἀφυσότερον τοῦτο τοῦ ὠμοῦ, καὶ τὴν οὔρησιν μᾶλλον κινοῦν, ὥσπερ γε τὴν διαχώρησιν τὸ ὠμόν· ἧττον γὰρ γίνεται
B δριμὺ τὸ ἑψημένον, οὐ μόνον τῷ πέττεσθαι κατὰ τὴν ἕψησιν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὸ ἀφρῶδες αὐτοῦ πᾶν ἀφαιρεῖσθαι, καθότι τὸ δριμὺ καὶ φυσῶδες ἐστιν ἐν τῇ τοῦ μέλιτος οὐσίᾳ. τὸ δὲ ἑψημένον ἄδηκτόν τε καὶ ἄφυσον γιγνόμενον, ἀναδίδοται μᾶλλον ἢ ὑπέρχεται κατ' ἔντερα, ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τρέφει μᾶλλον τοῦ ὠμοῦ· χρήζουσι δ' οὕτω νοσοῦντες, ὡς ἂν μὴ λαμβάνοντες τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης, ἐκ τοῦ μελικράτου τρέφεσθαι. προείρηται δὲ ἐν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ βιβλίου περὶ τοῦ χρῆναι διαιτᾶν ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασιν ἐπὶ μόνων τῶν πομάτων, καὶ ταῦτά μοι πάντα τὰ κατὰ τὴν ἐξήγησιν
C τῆσδε τοῦ νῦν προκειμένου γράμματος, τοῖς προανεγνωκόσι τε καὶ μεμνημένοις τὰς ἐν ἐκείνοις γεγενημένας ἐξηγήσεις, οὕτω λέλεκταί τε καὶ λεχθήσεται.

Τὴν τοῦ στόματος πικρίαν, τῆς χολῆς δι' ἐμέτου τε καὶ κλύσματος κένωσιν ἐνδεικνύειν

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ϛʹ.

ΚΑὶ ἢν πικρὸν τὸ στόμα γίγνηται, ἐμέειν ξυμφέρει, καὶ τὴν κοιλίην ὑποκλύσαι.

D

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Η Πικρία τῆς χολῆς, πικρὸν ἐργάζεται τὸ στόμα· κοινὸς γὰρ καὶ εἷς χιτών ἐστιν, ὅ, τ' ἔνδον τῆς γαστρὸς καὶ ἅπας ὁ ὑπαλείφων τὸ στόμα. κατὰ λόγον οὖν ὁ συγγραφεὺς ἐκκενοῖ τὴν χολὴν δι' ἐμέτων τε, καὶ κλύσματος. κλυσμάτων

Εἰ διὰ κλύσματος ἡ κοιλία μὴ λύηται, ταύτην διὰ γάλακτος ὄνου ἑψηθέντος ἢ ὀῤῥοῦ λύεσθαι χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ζʹ.

E

ΗΝ δὲ πρὸς ταῦτα μὴ λύηται, γάλα ὄνου ἑψήσας κάθαρε. γάλακτι

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΠειδὴ πάντως μὲν ἐκκενῶσαι βούλεται τὴν εἰς τὴν γαστέρα χολὴν, εὐλαβεῖται δὲ τὰ καθαίροντα φάρμακα, ἐπειδὴ δριμέα καὶ θερμὰ παντελῶς ἐστι, διὰ τοῦτ' ἐπὶ τὸ τοῦ ὄνου γάλα παραγίνεται, δριμύτητα μὲν οὐδεμίαν ἔχον, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν, ἀλλὰ πλεονεκτοῦν τῇ ὑγρότητι μόνον τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ διὰ
F τοῦτο μόνον ὑπέρχεται· προεψεῖ δὲ αὐτὸ διὰ τὸ φυσῶδες. ἀλλὰ σύ γε καὶ μόνῳ τῷ ὀῤῥῷ δυνήσῃ χρῆσθαι, χωρίζων αὐτὸν, ὅταν τὸ γάλα προαφεψήσῃς διὰ ὀξυμέλιτος, ἐγκαθεὶς ἀγγεῖον χαλκοῦν ὕδατος πλῆρες ψυχροῦ συνεχῶς εἰς τὸ γάλα· καὶ γὰρ αὕτη καλῶς ἡ κάθεσις γιγνομένη, χωρίζει τὸν ὀῤῥὸν τοῦ τυρώδους. χρήσασθαι ἀργυροῦν

A

Ἐν τῷ καύσῳ μηδὲν ἁλμυρὸν, μήτε δριμὺ δοτέον εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ η´.

Ἁλμυρὸν δὲ μηδὲν, μήτε δριμὺ προσφέρειν· οὐ γὰρ ἀνέχοιτο.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὁ μὲν ἁλμυρὸς χυμὸς ὁποῖός τίς ἐστιν, ἐν τοῖς ἁλσὶ φαίνεται· περὶ δὲ τῆς τοῦ δριμέος οὐσίας τε καὶ δυνάμεως εἴρηται κατὰ τὸ τέταρτον βιβλίον τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, ὅτι πέπερι, καὶ νάπυ, καὶ πύρεθρον, ὅσα τ' ἄλλα θερμὰ ταῖς δυνάμεσίν ἐστι, καὶ δριμέα γευομένοις φαίνεται. ὡς οὖν συναυξάνοντα τὴν διάθεσιν τῶν καυσωδῶν, φεύγειν κελεύει τὰ δριμέα, καὶ τὰ ἁλμυρά· ταῦτα δὲ καὶ ξηραίνει μᾶλλον τῶν δριμέων, εἰ καὶ μὴ παραπλησίως ἐκείνοις θερμαίνει, ἀλλ' ἧττον. B

Τὸ ῥόφημα πρὸ τῆς κρίσεως, ἐὰν ἡ δύναμις ἐξαρκῇ, μὴ δοτέον εἶναι.

C

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ θ´.

Ῥόφημα δὲ, ἔστ' ἂν ἔξω τῶν κρίσεων γένηται, μὴ δίδου.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὡς προσυπακουσθησομένου τοῦ τὴν δύναμιν ἐρρῶσθαι, τὸν λόγον ἄκουε· ποιεῖται γὰρ οὕτω τὴν διδασκαλίαν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης, ὡς τὰ πολλὰ τὰ καθ' ἕκαστον σκοπὸν παραγγελλόμενα γράφων, εἶθ' οὕτως ἅπαξ εἰπὼν ἀλλήλοις χρῆναι παραβάλλειν τὰ δεδηλωμένα, τὰς δυνάμεις αὐτῶν ἐπισκοπουμένους. D ὅτι δὲ οὐ προσήκει διδόναι ῥόφημα πρὸ τῆς κρίσεως, ἐὰν ἡ δύναμις ἐξαρκῇ, κατὰ τὸ πρότερον μέρος τοῦ βιβλίου δεδήλωται τὸ γνήσιον.

Τὴν αἱμορραγίαν, καὶ τὴν ἱδρώτων ἔκρυσιν, καὶ οὖρα λευκὰ καὶ παχέα μετὰ τῶν λείων ὑφισταμένων ἢ ἐπιτηδείου ἐναιωρήματος, κριτικὴν τοῦ καύσου λύσιν προσημαίνειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ι´.

E

Καὶ ἢν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥέῃ, λύεται τὸ πάθος, καὶ ἢν ἱδρῶτες ἐπιγίνονται κριτικοὶ γνήσιοι μετ' οὔρων λευκῶν καὶ παχέων καὶ λείων ὑφισταμένων.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐν τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν φέρεται τὸ ζέον τοῦ αἵματος· ὅταν οὖν διαρρήξασα τὰς φλέβας ἡ φύσις ἀποχέῃ τοῦτο μετὰ τῶν συναχθέντων ἀτμῶν, ἑτοιμότερον κρατεῖν τῶν λοιπῶν· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ὅταν καὶ διὰ τῶν ἱδρώτων F ἀποχέῃ τοὺς ζέοντας ἰχῶρας, ἰᾶται τὴν νόσον, ὅταν γε πεπεμμένου τοῦ νοσήματος ἐπιγίνονται. λέλεκται γὰρ ἤδη περὶ τούτου πολλάκις, ἔν ἄλλοις τέ τισιν ὑπομνήμασιν ἐξηγητικοῖς, καὶ ἐν τοῖς περὶ κρίσεων. ὥσπερ οὖν ἐν τῷ προτέρῳ μέρει τοῦδε τοῦ βιβλίου, τῷ κατὰ πάντας ὡμολογημένῳ γνησίῳ, τὸν ἀπὸ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος σκοπὸν, ὡς χρήσιμον εἰς δίαιταν παρέλαβεν, οὕτω καὶ νῦν εἰς πρόρρησιν αὐτὸν μὲν οὐκ ἔγραψε τὸ τῆς πέψεως ὄνομα, τὸ δὲ βεβαιότατον αὐτοῦ σημεῖον ἐν τοῖς οὔροις ἔγραψεν.

In causo nihil quicquam salsum, nihilque acre exhibendum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 8.

Salsum autem nihil, neque acre exhibendum; non enim æger sufferet.

COMMENTARIVS GALENI.

Salsus succus qualis sit, ex sale apparet. De acris autem tum substantiâ, tum facultate dictum est in quarto simplicium medicamentorum. Piper siquidem, sinapi, pyrethrum, & quæcunque sunt facultatibus calida, acria gustantibus apparent. Quo fit vt tum aeria, tum salsa tanquàm causum augentia vitare iubeat. Hæc autem acribus magis siccant, quanquàm illis non similiter, sed minùs calefaciunt.

Sorbitionem ante crisin, si vires sufficiant, exhibendam non esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 9.

Sorbitionem verò, quoad extra crises fuerit, ne dato.

COMMENTARIVS GALENI.

Sermonem, quòd robustas esse vires subaudiendum sit, intellige. Nam ita ipse Hippocrates doctrinam facit, quæ singulis in scopis præcipiuntur scribens; atque ita deinceps semel dicens, comparare inter se, quæ demonstrata sunt, consideratis ipsorum viribus, oportere. Quòd verò sorbitio ante crisin danda non sit, si vires sufficiant, in primâ huius libri legitimâ parte demonstratum est.

Hæmorrhagiam, sudorum eruptionem, & vrinas albas crassas cum læuibus sedimentis, aut idoneo enæoremate, criticam causi solutionem portendere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 10.

Et si sanguis è naribus fluxerit, soluitur affectio; atque si sudores superuenerint iudicatorij legitimi cum vrinis albis crassisque, & læuibus sedimentis.

COMMENTARIVS GALENI.

In acutis febribus, quod ex sanguine feruet, ad caput fertur. Quum igitur ruptis venis natura id ipsum vnà cum aceruatis vaporibus effuderit, cæteris promptiùs dominatur. Eâdem ratione & quum per sudores ichoras feruentes expulerit, morbum sanat, quum morbo iam cocto superuenerint. Nam de re huiusmodi iam sæpiùs in aliis quibusdam explicantibus commentariis dictum est, atque in libris de iudicationibus. Vt igitur in prima libri huius parte, quam omnes legitimam fatentur, eum qui à morbi coctione est, scopum, vt ad victûs rationem commodissimum accepit, sic & nunc ad prædictionem. Non scripsit quidem ipsum coctionis nomen; sed certissimum ipsius signum in vrinis scripsit. Optima

Optima igitur vrina est, quæ tum album, tum læue sedimentum habet, vt in prognostico demonstratum est. Non tamen ad spem salutis semper apparere expostulabis, sed satis tibi sæpenumerò fuerit, si enæorema naturali tum colore, tum cõsistentiâ commodum videris. Etiam his ita habentibus, in interpretatione exuberauit dictio; nam ob dictas vrinas constat & sudores criticos esse, quapropter & frustrà adiectum. *Legitimi* præterea non propriè in ipsis dicitur. Nam secundum morborum ideas talem inferre consueuerunt appellationem cùm alii medicorum probatissimi, tum Hippocrates ipse.

Abscessu oborto causum, sed perrarò, solui.

TEXTVS HIPPOCRATIS 11.

AC si abscessus aliquis obortus fuerit.

COMMENTARIVS GALENI.

RArissimũ est, per abscessum iudicari causum, atque adhuc magis, si citra partis corporis adiectionem, explicationem quis fecerit. Nam parotidibus causos quosdam scio iudicatos, sed non legitimos. Id autem paulò pòst condisces post expositionem.

Qui citra criticam euacuationem causus solutus fuerit, eum reuersurum, ac dolorem coxæ aut crurum accessurum, aut ægrum, si sanus futurus sit, crassa expectoraturum esse, nisi aquæ potus tempestiuus, aut remedia opportuna priùs facta prohibuerint.

TEXTVS HIPPOCRATIS 12.

SI verò absque his solutus fuerit causus, reuersio morbi rursum erit, aut coxæ, aut crurum dolor accidet, expuetque crassa, si sanus futurus sit.

COMMENTARIVS GALENI.

VBi de sanguinis eruptione, sudoreque egit, si absque his causus desierit, suspectam ait esse solutionem; nam paulò pòst reuertetur. *Erit siquidem, ait, in recidiua crurum dolor, vel coxæ, spuetque crassa.* Nã quòd iudicandus sanguinis eruptione, vel sudore, vel abscessu opus habeat, potest quis arbitrari rectè dictum esse, si dictis adiecerit, quæ curationi intendens ipse scripsit, vomere scilicet præcipiens atque aluum subducere, potumque aquam, & mulsam aquosam coctam comministrans. Quare si cum his quidem, & sanguinis eruptionem, & sudores, & abscessum, causum soluere quis dixerit, aliàs autem solui non posse, sermonem fortasse consentaneum dicere videbitur. Consentaneum autem dico, quasi mediocriter vera loquentem, atque priore magis, non tamen inculpatum prorsus. Non enim verus est sermo. Nam quod in aphorismis dicitur, *causo laboranti si rigor successerit, oboritur solutio*, verissimum existit. Rigorem autem hunc de necessitate sequitur interdùm quidem sudor solus, interdùm verò & biliosorum vomitus solus, atque interdùm deiectio sola; sed plerúnque ex dictis tribus duo fiunt, & rursùm quandoque tria.

A ἄριστον μὲν οὖν ἐστι τὸ λευκήν τε καὶ λείαν ἔχον τὴν ὑπόστασιν οὖρον, ὡς ἐν τῷ προγνωστικῷ δεδήλωται· οὐ μὴν ἀξιώσεις γε ἀεὶ φαίνεσθαι, ἀλλ' ἀρκέσει σοι πολλάκις ἐπὶ τῇ κατὰ φύσιν χροιᾷ τε καὶ συστάσει, χρηστὸν ἐναιώρημα φανὲν, εἰς τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων, πεπλεόνασται κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἡ λέξις· ὑπὸ γὰρ τῶν εἰρημένων οὔρων δηλοῦται καὶ τὸ κριτικοὺς εἶναι τοὺς ἱδρῶτας, ὥστε ἐκ περιττοῦ πρόσκειται· τὸ δὲ, γνήσιοι, οὐ κυρίως ἐπ' αὐτῶν λέγοιτο· κατὰ γὰρ τὰς τῶν νοσημάτων ἰδέας ἐπιφέρειν εἰώθασι
B τὴν τοιαύτην προσηγορίαν οἵ τ' ἄλλοι τῶν ἀρίστων ἰατρῶν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης.

Δι' ἀποστήματος τὸν καῦσον, ἀλλὰ σπανιώτατα, λύεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ια'.

ΗΝ ἀπόστημά τι γένηται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

C ΣΠανιώτατόν ἐστι τὸ δι' ἀποστήματος κριθῆναι καῦσον, ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ χωρὶς τοῦ μόριόν τι τοῦ σώματος προσθεῖναι, τὴν ἀπόφασίν τις ποιοῖτο. παρωτίσι μὲν γὰρ οἶδά τινας καύσους κριθέντας, ἀλλ' οὐ τοὺς γνησίους· τοῦτο δὲ ὀλίγον ὕστερον μαθήσῃ, μετὰ τὴν ἐξήγησιν.

Ὅστις ἄνευ τῆς κριτικῆς κενώσεως καῦσος λυθῇ, τοῦτον ὑποστρέψειν, καὶ ἰσχίων ἢ σκελῶν ἄλγημα συμβήσεσθαι, ἢ τὸν κάμνοντα παχέα πτύσεσθαι, εἰ ὑγιὴς ἔσεσθαι μέλλει, εἰ μὴ ὕδατος
D ποτὸν ἐπίκαιρον, ἢ βοηθήματα ἐπιτήδεια προεγγεγονότα κωλύσῃ.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιβ'.

ΗΝ δ' ἄνευ τούτων λυθῇ, ὑποστροφὴ πάλιν ἔσται τῆς ἀῤῥωστίης, ἢ ἰσχίων, ἢ σκελέων ἄλγημα ξυμβήσεται, καὶ πτύσεται παχέα, ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΑΙμοῤῥαγίας, καὶ ἱδρῶτος μνημονεύσας, ἂν χωρὶς
E τούτων ὁ καῦσος παύσηται, φησὶν ἄπιστον εἶναι τὴν λύσιν· ὑποστρέψει γὰρ ὀλίγον ὕστερον· ἔσται γὰρ, φησι, κατὰ τὴν ὑποστροφὴν ἄλγημα σκελέων, ἢ ἰσχίου, καὶ πτύσει παχέα. τὸ μὲν γὰρ αἱμοῤῥαγίας, ἢ ἱδρῶτος, ἢ ἀποστήματος δεῖσθαι τὸν μέλλοντα κριθῆναι, δύναιτ' ἄν τις εἰρῆσθαι δοκεῖν ὑγιῶς, ἐάν τε προστεθῇ τοῖς εἰρημένοις, ἃ θεραπεύων αὐτὸς ἔγραψε, ἐμεῖν τε κελεύων, καὶ τὴν κοιλίαν ὑπάγειν, διδούς τε ποτὸν ὕδωρ καὶ μελίκρατον ὑδαρὲς ἑφθόν· ὥστε ἐὰν μετὰ τούτων τις λέγῃ, τὴν αἱμοῤῥαγίαν, καὶ τὸν ἱδρῶτα, καὶ τὸ ἀπόστημα λύειν τὸν καῦσον, ἄλλως δὲ μὴ δύνα-
F σθαι λυθῆναι, τάχα δόξει λόγον τινὰ ἐπιεικῆ λέγειν· ἐπιεικῆ δὲ εἶπον, ὡς μετρίως ἀληθεύοντα, καὶ μᾶλλον τοῦ πρόσθεν, οὐ μὴν ἄμεμπτόν γε παντάπασιν· οὐ γὰρ ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος. τὸ γὰρ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένον, ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις, ἀληθέστατόν ἐστιν. ἕπεται δὲ ἐξ ἀνάγκης τῷ ῥίγει τούτῳ, ποτὲ μὲν ἱδρὼς μόνος, ἐνίοτε δὲ ἔμετος χολωδῶν μόνος, ἢ κάτω διαχώρησις μόνη· πολλάκις δὲ τῶν εἰρημένων τριῶν γίγνεται τὰ δύο, καί ποτε πάλιν τὰ τρία.

τῶν γὰρ δύο τούτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ καύσου γίνεσθαι θάτερον, εἰ μέλλοι λυθήσεσθαι τελέως, ἢ ἐκκενωθῆναι τοὺς τελέως χολώδεις χυμούς, ἢ σβεσθῆναι. διὸ καὶ παραλελεῖφθαι δόξει τὸ κυριώτατον ἴαμα τῶν καύσων, ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις, ᾗ διὰ παντὸς ἡμεῖς ἐθεραπεύσαμεν τοὺς καύσους, οὐδενὸς ἀποθανόντος, ᾧ ψυχρὸν ὕδωρ ἐδώκαμεν ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ, περὶ οὗ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τοῦ προτέρου μέρους τοῦδε τοῦ βιβλίου διῆλθον ἐπ' ὀλίγον, ἐν ἄλλοις δὲ ὑπομνήμασί τε καὶ συγγράμμασιν ἐπὶ πλέον. ἴσως οὖν οἰήσεταί με τις λέγειν μηδένα τῶν καυσουμένων τεθνήξεσθαι, πιόντα ψυχρὸν ὕδωρ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ· καίτοι οὐ τοῦτο αὐτὸς εἶπον, ἀλλ' ὅτι πᾶσιν οἷς ἔδωκα παμπόλλοις οὖσιν ὡς μηδὲ μεμνῆσθαι τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, ἠκολούθησεν ὠφέλειά τε καὶ σωτηρία. τοῦτο δ' οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ πάντως τοὺς καυσουμένους, ἂν πίωσι ψυχρὸν ὕδωρ, σωθήσεσθαι· οὓς γὰρ ὀλεθρίως τε καὶ ἀσώστως ἔχοντας, οὔτε δι' ἄλλου τινός, οὔτε δι' ὕδατος σῶσαι δυνατόν ἐστιν, τούτοις οὐδ' ἐπεχείρησα δοῦναι. τὸ δ' ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον, καὶ πτύσεται παχέα ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι, παραφυλακτέον ἐστί σοι κατ' ἐκείνους μόνους τοὺς καύσους, ὁπόσοι πεπονθότος τοῦ πνεύμονος γίγνονται.

A Nam horum duorum necesse est alterum in causo fieri, si perfectè solui debeat. Nam biliosi humores, vel perfectè vacuabuntur, vel extinguentur. Prætermissa itaque videbitur præcipua causorum sanatio, frigidæ potus, quo causos nos perpetuò curauimus, nullo ex his moriente, cui frigidam propinauimus in tempore opportuno; cuius expositionem priore quidem libri huius parte paucis percurrimus, at in cæteris tum commentariis, tum operibus fusiùs. Sed fortè quispiam me asse-
B rere putabit, nullum ex iis qui causo laborant, moriturum, qui aquam tempestiuè biberit; quanquàm id ipse non asserui, sed quòd omnibus quibus propinaui, quum adeò multi extiterint, vt numeri non meminerim, successit auxilium, & salus. Hoc autem idem non est, vt si diceres, causo laborantes, omninò, si frigidam aquam biberint, seruandos. Nam qui perniciosè ac mortiferè afficiuntur, eos neque per aliud quippiam, neque per aquam seruari est possibile; quibus neque ministrare sum conatus. Quod autem in fine dictionis narratur, *Expuetque crassa, si sanus est futurus*, in his tantùm causis obseruare debes,
C qui affecto pulmone oriuntur.

Ὅτι διττὸς καῦσος, γνήσιος, καὶ νόθος· τί ἑκάτερος· καὶ ἐνταῦθα περὶ τοῦ νόθου καύσου, καὶ τῶν τούτου αἰτίων τε καὶ σημείων, καὶ συμπτωμάτων.

Quòd duplex sit causus, legitimus ac nothus. Quid sit vterque. Et hîc de notho causo, eiusque causis, signis, ac symptomatis.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιγʹ.

Καύσου γένος ἄλλο. Ἡ κοιλίη ὑπάγουσα, δίψης ἐστὶ μεστή· γλῶσσα τρηχεῖα, ξηρή, ἁλικώδης.

TEXTVS HIPPOCRATIS 13.

CAusi genus aliud. *Aluus subducitur; siti scatet; lingua aspera, sicca, salsa.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὸ τοῦ γένους ὄνομα τοὺς παλαιοὺς Ἕλληνας εὑρίσκω καὶ κατὰ τῶν ὁμωνύμως λεγομένων ἐνίοτε φέροντας, τῶν μὲν ἓν ἐχόντων τὸ σημαινόμενον, ἐκ δὲ τῆς κατ' αὐτὸ τομῆς εἰς διαφορὰς πλείους ἀφικνουμένων· ἐφ' ᾧ πολλάκις εἰώθαμεν λέγειν γενικὰς εἶναι διαφορὰς τοῦδε τοῦ πράγματος δύο, ἢ τρεῖς, ἢ τέσσαρας, ἢ ὅσας δυνατόν. ὄντων δὲ καὶ τῶν ὁμωνύμων διττῶν, τινῶν μὲν μηδ' ὅλως ἀλλήλοις κοινωνούντων, ὡς ὅταν κύνα τόν ἐπίπεδόν τε καὶ τὸν ἐνάλιον λέγωμεν· ἐνίων δὲ κοινωνούντων κατά τι τοῖς συνωνύμοις, ὅταν ἀφ' ἑνὸς ἔχωσι τὴν προσηγορίαν γεγενημένην· ποῖ δὲ ποτ' ἀναφέρωνται, προσεπισκεπτέον ὡς εἴρηται), τὰ δύο γένη τῶν καύσων γνωσθήσεται δ' ἀκριβῶς τοῦ τε κατὰ τοὔνομα λόγου, τῆς οὐσίας ἑκατέρου δηλωθείσης. ἐπεὶ δ' ὁ λόγος ὑπὸ τῆς ἐννοίας κρίνεται, σκεπτέον εἰ τὴν ἔννοιαν ἔχομεν τοῦ καύσου πυρετοῦ σύμφωνον οὕτως, ὥσπερ ἀνθρώπου, καὶ βοός, καὶ ἵππου· ἐκπίπτειν δὲ τοῦ λόγου μέλλοντος εἰς μῆκος μεῖζον ἢ καθ' ὑπόμνημα, συνελεῖν αὐτόν, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους, εἰς βραχὺ κεφάλαιον σπεύσομεν, ἀρχὴν τῷ λόγῳ τήνδε ποιησάμενοι. τὸν καῦσον πυρετὸν εὑρίσκω τοὺς ἰατροὺς λέγοντας, ὅταν ἡ θερμασία διακαίῃ τὸν ἄνθρωπον, ἄπαυστόν τε τὸ δίψος ἔχῃ· καὶ εἴπερ οὕτως ἔχει τοῦτο, τὸν μὲν ἄνευ τοῦ διακαίειν τὸ σῶμα δίψαν παρηγορουμένην ἔχοντα, καῦσον μὲν ἁπλῶς, ἀκριβῆ δὲ καὶ γνήσιον οὐκ ἐροῦμεν· ἐξ ἡμίσεος δ' ὄντα τοιοῦτον, οὐ χεῖρον ὀνομάσαι συντόμου διδασκαλίας ἕνεκα, νόθον καῦσον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν τριταίων πυρετῶν εἰώθαμεν χρῆσθαι ταῖς προσηγορίαις. οὕτως ἀκουσόμεθα τοῦ δύο εἶναι γένη καύσων πυρετῶν, ὡς εἴ γε καὶ γένη τριταίων τις εἴποι δύο,

COMMENTARIVS GALENI.

D VEteres Græcos reperio nomen generis interdùm inter æquiuocè dicta vsurpare; quæ vnum quidem habent significatum, sed ex ipsius diuisione ad plures deducuntur differentias. In quo sæpè dicere consueuimus genericas rei huius differentias esse, vel duas, vel tres, vel quatuor, vel quotquot esse possunt. Sed quum & homonyma duplicia sint, aliqua quidem nequaquàm inter se communicantia, vt quum canem dicimus tum terrestrem, tum marinum; alia verò, quæ cum vniuocis aliquatenùs communia existant, quum
E ab vno factam appellationem habuerint, quò tandem referantur considerandum, vt dictum est, duo causorum genera. Id verò exactè cognoscetur, si substantiæ vtriusque ratio, quæ in appellatione est, ostensa fuerit. Sed quoniam à mentis conceptu ratio iudicium accipit, perscrutandum, si mentis conceptum ardentis febris ita consonum habeamus, vt hominis, bouis, & equi. At quum oratio commentario prolixior futura sit, ipsam, vt & cæteras, ad breuem contrahere summam conabimur, hoc exorsi modo. Febrem ardentem medicos reperio appellare, quum calor
F hominem exurat, sitisque inexplebilis detineat. Quod si ita se habeat, causum eum, in quo corpus non vritur, sitisq; leuis est, causum quidem simpliciter, exquisitum autem legitimumq; non dicemus; pro dimidia autē parte quum talis sit, concisæ doctrinæ gratiâ, causum nothum appellare non deterius fuerit, quemadmodùm tertianis in febribus appellatione huiusmodi vti cōsueuimus. Ita duo causorū febriū genera esse intelligemus, vt si tertianarū genera duo esse quispiam dixerit,

vnum exquisitum legitimumque, alterum verò nothum, cui videlicet ex legitimi quidem symptomatis nonnulla insunt, aliqua verò non. Quòd autem secundus causus, de quo nunc docere instituimus, tanquàm diminutus quidam sit, atque non exactè absolutus, certior fies, si mentem ad ea symptomata quæ ab authore ipso in eo fieri dicuntur, converteris. Nam principio ait, *Aluus subducta, siti scatens, lingua aspera, sicca, salsa*, non eo adiecto, quod in priore adiecit. Nothus siquidem causus ex legitimi symptomatis, alterum quidem habet, alterum non habet. Deinceps autem linguam asperam esse inquiens & siccam, non adiecit nigram, vt in priore; sed pro hoc symptomate, salsam dixit. Nam quemadmodùm quum lingua amarulenta redditur, flauam redundare bilem ostendit; ita quum salsa, salsum salsuginosumque appellatum humorem, qui vnum quoddam existit ex tribus pituitę generibus, vt tibi innotuit, acido, dulci, & salso. Vt igitur prior causus ex amara bile constans pallidas geminam ob causam parit excretiones, tùm quòd tenuis fuerit, tum quòd febris vrens augeatur, prænatâ in eo flauâ bile; sic pituitosus humor neque facilè excernitur, neque febres auget, neque sitim ardentem habet, neque flatus mouet; atque ob id de eo dixit, *aluus subducta*, excernere ipsam solùm ostendens, quod ipsi *non excernere*, aduersatur. Subit siquidem his venter, non tamen secundum humoris cuiusdam ideam, sed iis quæ in alimentum ministrata sunt, corruptis. Non enim hi potu victitant, vt quamplurimi eorum qui priore infestantur causo; quandoquidem ij citam habent excretionem, ex tenui & ferventi humore constituti; seram verò hi ob frigidam, glutinosam, & crassam pituitæ substantiam. Fieri ergo nequit, vt qui ita laborant, solo vtantur potu. Id siquidem didicimus in iis morbis qui in quinto, aut septimo die, validâ nimirùm existente facultate, coctionem sunt recepturi. Verùm si morbus ad nonum, vel decimumquartum, vel vigesimum illapsurus sit; in eo per initia ptisanæ cremore vtimur.

De causi nothi symptomatis, vrinæ suppressione, vigilijs, ac extremorum perfrigeratione.

TEXTVS HIPPOCRATIS 14.

Vrinæ suppressio; vigilia; extrema refrigerata.

COMMENTARIVS GALENI.

Vrinarum suppresio. Dici id ab ipso consueuit, aut quum non effatu digna, aut nequaquàm prorsus emittitur vrina. Id autem accidit propter humoris crassitiem, proposito hac in oratione causo. *Vigilia.* Causo vtrique hoc commune est; atque ob id in priore mentionem huius fecit; fit siquidem in illo magis, quòd caput accendatur magis. *Refrigerata extrema.* Symptoma hoc secundi est causi. Verùm sermonem non simpliciter efferre conuenit, sed cum definitione aliqua. Non enim perpetuò talis existit, at quum malignus fuerit. Nam in biliosis vrentibusque febribus calorem ad extrema vsque corporis extendit, etsi non malignus causus fuerit; at in pituitosis fumosa *est* caloris substantia, quum vel in ventris regionibus, vel hepate, vel pul-

A τὸν μὲν ἀκριβῆ τε καὶ γνήσιον, ἕτερον δὲ νόθον, ᾧ τινὰ μὲν πάρεστι τῶν τούτου συμπτωμάτων, ἔνια δ' οὔ. ὅτι δ' ὁ δεύτερος καῦσος, ὑπὲρ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν, οἷον ἐλλιπής τίς ἐστι, καὶ οὐ τελέως διηκριβωμένος, εἴσῃ σαφῶς προσέχων τὸν νοῦν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ συγγραφέως εἰρημένοις συμπτώμασιν ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἔφη, κοιλίη ὑπάγουσα, δίψης μεστή, γλῶσσα τρηχείη, ξηρή, ἁλικώδης, μὴ προστεθείς, ὃ προσέθηκεν ἐπὶ τοῦ προτέρου· ὁ γὰρ νόθος, τῶν τοῦ γνησίου καύσου συμπτωμάτων, τὸ μὲν ἕτερον ἔχει, τὸ δ' ἕτερον οὐκ ἔχει. πάλιν ἐφεξῆς εἰπὼν τὴν γλῶτταν εἶναι τραχεῖαν καὶ ξηράν, οὐ προσέθηκε τό, μέλαιναν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ προτέρου· ἀλλὰ ἀντὶ τούτου τοῦ συμπτώματος, εἶπεν ἁλικώδη. ὥσπερ γὰρ ὅταν ἡ γλῶττα γίνηται πικρά, τὴν ξανθὴν ἐνδείκνυται πλεονάζειν χολήν· οὕτως ὅταν ἁλική, τὸν ἁλικόν τε καὶ ἁλμυρὸν ὀνομαζόμενον χυμόν, ὅς τις ἕν τι τῶν τοῦ φλέγματός ἐστιν εἰδῶν, τριῶν ὄντων, ὡς ἔμαθες, ὀξέος, ἁλμυροῦ, γλυκέος. ὥσπερ οὖν ὁ πρότερος καῦσος ἐπὶ τῇ πικρᾷ χολῇ συνιστάμενος, ἐκκρίσεις ὠχρὰς εἰργάζετο κατὰ διττὴν αἰτίαν, ὅτι τε λεπτὸς ἦν, ὅτι τε καὶ αὐτὸς ὁ διακαὴς πυρετὸς ηὐξάνετο, προσεπιλαμβανομένης ἐν αὐτῷ τῆς ξανθῆς χολῆς· C οὕτω νῦν ὁ φλεγματώδης χυμὸς οὔτ' εὔκριτος ὤν, οὔτε αὐξάνει τοὺς πυρετούς, οὔτε φλογώδη τὴν δίψαν ἔχει, οὔτε ἐμπνευματοῦται. καὶ διὰ τοῦτο εἴρηκεν ἐπ' αὐτοῦ, κοιλίη ὑπάγουσα, διαχωρεῖν αὐτὴν μόνην δηλώσας, ἐναντίον ὂν τῷ μὴ διαχωρεῖν· ὑπέρχεται μὲν γὰρ τούτοις ἡ γαστήρ, οὐ μὴν κατὰ χυμοῦ τινος ἰδέαν, ἀλλ' αὐτῶν τῶν προσφερομένων ἐν τροφῆς μοίρᾳ διαφθειρομένων. οὐ γὰρ ἐπὶ πομάτων οὗτοι διαιτῶνται, καθάπερ οἱ πλεῖστοι τῶν τὸν πρότερον καῦσον νοσούντων· ἐπειδὴ σύντομον ἐκεῖνοι τὴν ἔκκρισιν ἔχουσιν, ἐπὶ λεπτῷ καὶ ζέοντι χυμῷ συνιστάμενοι, βραδεῖαν δ' οὗτοι διὰ D τὸ ψυχρὸν καὶ γλίσχρον καὶ παχὺ τῆς τοῦ φλέγματος οὐσίας. οὔκουν ἐνδέχεται ποτῷ μόνῳ χρῆσθαι τοὺς οὕτως νοσοῦντας· τοῦτο γὰρ ἐμάθομεν ἐπὶ τῶν μελλόντων πέττεσθαι περὶ τὴν ε'. ἢ τὴν ζ'. ἡμέραν, ἰσχυρᾶς οὔσης δηλονότι τῆς δυνάμεως· εἰ δ' εἰς τὴν θ'. ἢ ιδ'. ἢ κ'. ἐμπίπτειν μέλλει τὸ νόσημα, χυλῷ πτισάνης ἐξ ἀρχῆς ἐπ' αὐτοῦ χρώμεθα.

Περὶ τῶν τοῦ νόθου καύσου συμπτωμάτων, τῆς οὔρων ἀπολήψιος, καὶ τῆς ἀγρυπνίας, καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἐψυγμένων.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιδ'.

E Οὔρων ἀπόληψις, ἀγρυπνίη, ἀκρωτήρια ἐψυγμένα.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὔρων ἀπόληψις. Εἴωθε λέγεσθαι πρὸς αὐτοῦ ὅταν ἢ οὐκ ἀξιολόγως, ἢ μηθ' ὅλως φέρηται· γίνεται δὲ τοῦτο κατὰ τὸν προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ καῦσον, ἐπὶ τῷ πάχει τοῦ F χυμοῦ. Ἀγρυπνίη. Τοῦτο κοινὸν ἀμφοτέρων τῶν καύσων, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὸν πρότερον ἐμνημόνευσεν αὐτοῦ, καὶ γὰρ γίνεται μᾶλλον ἐπ' ἐκείνου, διότι καὶ ἡ κεφαλὴ μᾶλλον ἐκπυροῦται. Ἀκρωτήρια ἐψυγμένα. Τοῦτο τὸ σύμπτωμα τοῦ δευτέρου ἐστὶ καύσου· οὐ δεῖ δὲ ἁπλῶς εἰρῆσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ μετὰ διορισμοῦ τινος· οὐ γὰρ ἀεὶ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλ' ὅταν κακοήθης ᾖ. κατὰ μὲν γὰρ τοὺς χολώδεις καὶ διακαεῖς πυρετούς, ἄχρι τῶν περάτων τοῦ σώματος ἐκτείνει τὴν θερμασίαν, " κἂν μὴ κακοήθης ὁ καῦσος ᾖ· κατὰ δὲ τοὺς φλεγματικούς, ἡ καπνώδης τῆς θερμασίας οὐσία, ὅταν ἐν τοῖς κατὰ γαστέρα χωρίοις, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ τὸν

θερμότητα

πνεύμονα γένηται σῆψις ἁλικοῦ χυμοῦ, δι' ἐκείνην μὲν ἡ πυρώδης θερμασία γίγνεται· κακοηθευσαμένου δὲ τοῦ νοσήματος, ἀκρωτήρια ψύχεται διὰ τὴν ἀρρωστίαν τῆς δυνάμεως, καὶ τὸ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς ἐφ' ἑαυτὴν ἑλκούσης πᾶν τὸ αἷμα· χωρὶς γὰρ τούτων, οὐκ ἂν ὀλέθριον γένηταί ποτε τὸ νόσημα.

mone salsus humor putruerit, ob quam quidem calor igneus redditur. Verùm quum malignus euaserit morbus, refrigerātur extrema ob virium imbecillitatem, phlegmonesque totum ad se sanguinem trahentis magnitudinem; nam absque his nunquàm lethalis efficitur morbus.

Τὰ κριτικὰ τῆς καύσου νόθου λύσεως σημεῖα, αἱμορραγία, ἀπόστημα, σκελῶν ἢ ἰσχίων ἄλγημα, καὶ αἰδοίου πελίωμα, καὶ ὄρχις ἐνταθείς.

Critica solutionis causi nothi signa, hæmorrhagia, abscessus, crurum aut coxarum dolor, pudendi liuor, testiculus intensus.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιε'.

Τῷ τοιούτῳ ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινὸς ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τὸν τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, καὶ πτύσματα παχέα πτύσῃ (ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίνεται) ἢ ἰσχίων ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, οὐ κρίνεται· καὶ ὄρχις ἐνταθεὶς, κριτικόν.

TEXTVS HIPPOCRATIS 15.

Causus hic, nisi sanguis è naribus fluxerit, aut circa collum abscessus, aut crurum dolor oboriatur, & æger sputa crassa expuerit (hæc autem suppressâ aluo contingunt) aut coxarum dolor, aut pudendi liuor, non iudicatur. Testiculus quoque intensus, iudicatorius existit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὅτι δι' ἀποστημάτων μᾶλλον ἢ ἐκκρίσεων, οἱ ἐπὶ φλέγματι σηπομένῳ γινόμενοι πυρετοὶ τὴν λύσιν ἔχουσι, πολλάκις δέδεικται· κατὰ δὲ τὸν προκείμενον καῦσον, οὐκ ἀποστημάτων μόνον ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ καὶ προσέθηκεν καὶ αἱμορραγίαν, γινομένην ἐπ' ἐκείνων μᾶλλον τῶν καύσων, ἐφ' ὧν ἡ τοῦ πάθους σύστασις ἐν τῷ πνεύμονι γίγνεται· θερμαινομένη γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ἡ κεφαλὴ πληροῦται τοῦ αἵματος, ἀποχεῖ τε τὸ πλεονάζον αὐτοῦ, ῥηγνυμένων, ἢ ἀναστομουμένων τῶν φλεβῶν· διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ περὶ τὸν τράχηλον ἀποστήματα καὶ παρωτίδες γίνονται τοῖς οὕτω πάσχουσιν. ὅσοις δὲ τοῦ πάθους ἡ σύστασις ἐν τοῖς κατὰ τὴν νῆστιν, ἢ τὸ ἧπαρ ἐγένετο μέρεσι, κάτω μᾶλλον αἱ ἀποστάσεις τούτοις συμπίπτουσιν, ὥστε καὶ ἡ τῶν ἰσχίων ὀδύνη, καὶ τὸ τοῦ αἰδοίου πελίωμα, καὶ ἡ τοῦ ὄρχεως ἔντασις, τοῖς οὕτω κάμνουσι μᾶλλον συμβαίνει. γίνεται δ' ἔντασις ὄρχεως, ἐνίοτε μὲν ὑπὸ τῆς καθ' ἑαυτὸν φλεγμονῆς, ἐνίοτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἄνω φλεγμαινόντων ἑλκομένου. τὸ δὲ καὶ πτύσματα παχέα πτύειν ἐνίους αὐτῶν, ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα πάθος ἐχόντων εἴρηται, πέψεως ἤδη γεγονυίας. εὔδηλον οὖν ἐκ τούτου τὸ συγκεχυμένον, καὶ ἄτακτον, καὶ ἀδιόριστον τῆς διδασκαλίας, ὅπερ ὑποτυπώσεως μὲν ἕνεκα συγγραμμάτων γινομένης πρέπει, συγγράμματι δ' οὐδαμῶς ἐστιν οἰκεῖον· ἐπὶ γὰρ πολλοῖς μέρεσι πεπονθόσι γινομένων τοιούτων πυρετῶν, ἐχρῆν ἐφεξῆς συμπτωμάτων γεγράφθαι τὸν κατάλογον, καὶ μὴ ἀδιορίστως τε καὶ ἀτάκτως, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸ οἰκεῖον προκείμενον νόσημα ποιεῖν. καὶ τὸ, κοιλίη ὑπάγουσα, κατὰ τὸν αὐτὸν εἰρῆσθαι τρόπον, οὐχ ὡς ἀεὶ τοῖς καύσοις ὑπάρχοντος τοῦ συμπτώματος, ἀλλ' ὡς ἐνίοτε· τοῖς γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ τὴν εἰρημένην διάθεσιν ἔχουσι, διαφθειρομένων τῶν σιτίων, αἱ διαχωρήσεις ὑγραί· τοῖς δ' ἐν τῷ πνεύμονι ἔχουσι, τῆς γαστρὸς ἀπαθοῦς ὑπαρχούσης, οὐκ ἀνάγκη τὰ διαχωρούμενα τοιαῦτα εἶναι, τοὐναντίον γὰρ ἐνίοτε τοῖς οὕτω διακειμένοις συμβαίνει σκληρὰν, καὶ δυσδιαχώρητον εἶναι τὴν γαστέρα. καὶ μὴν δὴ καὶ οἷς κατὰ τὸ ἧπαρ ἐστὶν ἡ οἷον ῥίζα τοῦ καύσου, καὶ τοῖς διὰ τὸ ἧπαρ καυσουμένοις, ποτὲ μὲν ἐκκρίσεις ὑγρὰ, ποτὲ δὲ ξηρὰ τὰ διαχωρήματα αὐτῶν ἐκκρίνεται, οἷα τὰ καλούμενα σπυραθώδη, κατωπτημένων δηλονότι τῶν σκυβάλων ὑπὸ τῆς ἐν τῷ σπλάγχνῳ φλεγμονῆς.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd soluantur per abscessus magis, quàm per excretiones, quæ ex pituita putrescente oriuntur febres, sæpiùs demonstratum est. At in præsenti causo, non abscessus modò commemorauit, verùm etiam sanguinis profluuium adiecit, quod magis in iis fit causis, quorum affectionis sedes in pulmone existit. Nam in huiusmodi affectionibus caput incalescens sanguine repletur, effunditque quod ex eo redundat, tum ruptis, tum adapertis venis. Ob eandem causam circa ceruicem abscessus fiunt, & parotides, iis qui ita afficiuntur. Verùm quibus affectionis sedes in partibus quæ secundum ieiunum, aut hepar sunt, existit, deorsùm magis his accidunt abscessus; quare & coxarum dolor, & pudendi liuor, & testiculi distentio ijs ita affectis accidit magis. Fit autem testis distentio, interdùm quidem ab eâ quæ in eo sit inflammatione; interdùm verò ab aliquo eorum quæ superiùs inflammantur, attracti. Quòd autem quidam eorum crassa sputa expuant, hoc dictum est de iis, qui affectum in pulmone habent, concoctione iam factâ. Ex eo igitur liquet doctrinam confusam esse, inordinatam, & indefinitam; quod eam quæ librorum gratiâ fit, descriptionem decet, libro tamen nequaquàm proprium est. Nam quum in multis partibus affectis tales fiant febres, deinceps symptomatum catalogum scripsisse oportebat, & non inordinatè, indefinitéque, sed secundum proprium & propositum morbum efficere. Et sanè in hunc dictum est modum, *aluus subducta*, non quòd causis symptoma hoc perpetuò insit, sed vt interdùm. Nam qui in ventre dictam habent affectionem, iis corrupto cibo deiectiones liquidæ existunt. Qui verò in pulmone habent, ventre haudquaquàm affecto, ijs deiectiones huiusmodi de necessitate non fiunt; interdùm enim contrarium ita affectis accidit, vt dura sit aluus difficulterque excernat. Prætereà & quibus in iecore causi subest radix, & ob iecur causo laborantibus, excretio quidem interdùm liquida est; interdùm verò siccæ eorum deiectiones excernuntur, veluti quæ caprinæ pilulæ appellantur, exustis nimirùm à visceris phlegmone scybalis.

balis. Quum igitur *viscus huiusmodi* solùm phlegmone obsidetur, id efficit; verùm si cum phlegmone fuerit & imbecillitas, liquida deijciuntur, viscere alimentum ad se trahere nequeunte. Sed deiectiones huiusmodi ab iis quæ ventre affecto fiunt, chylositate distinguuntur.

In causo sorbitiones attractorias exhibendas esse, à Galeno ignoratas; ac dictionem obscuram nihil docere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 16.

Sorbitiones dato attractorias.

COMMENTARIVS GALENI.

Quòd multoties dicere consueuimus, quòd obscura lectio nihil doceat, & id nunc dicam. Nam pituitæ vitio laborantibus pro potu quidem acetum mulsum vtilissimum est, pro alimento verò ptisanæ cremor. Ego attamen, quanquam hæc noscam, nec opus habeam vt ab alio discam, diuinare non possum, quasnam dicat attractorias sorbitiones. Oxymel siquidem, & incidens, & secernens, ac detergẽs dici potest, attrahens tamen nullo pacto, quia sanè quod ab ipso attrahatur demonstrare non possumus. Sic neque ptisanæ cremorem attractorium esse asseremus. Sed fortè aliquis dicet velle ipsum ventrem subducere attractoriis, hoc est, crassum humorem attrahentibus, cuiusmodi est quod pituitam trahit. At verò sorbitiones non dixisset. Nam hoc munus medicamentorum est, non sorbitionum, sicuti neque potuum. Innotuit ergo, quo pacto in obscuris dictionibus nihil certi habeamus; quapropter neque dictionem hanc defendere conabimur, quòd nihil in ea certum finitumque reperiatur. Cæterùm non mihi constat quomodò homines, vt in alijs multis manifestè errent, sic & in eo quòd iis quæ obscurè dicuntur, gaudeant; quanquam omnes vno quasi ore perspicuitatem orationis virtutem esse, obscuritatem verò vitium proclamant.

In morbis acutis sanguinem detrahendum esse, si morbi adsit magnitudo, ætatis vigor, & virium robur; nisi phlebotomiam dehortetur aut puerilis, aut senilis ætas, aut ambientis æstus.

TEXTVS HIPPOCRATIS 17.

IN acutis autem morbis venam secabis, si morbus vehemens appareat, & qui ægrotant in ætatis vigore fuerint, & virium robur ipsis adfuerit.

COMMENTARIVS GALENI.

HIc sermo Hippocrate dignus est. Miror autem quomodò inter aphorismos eum non scripserit. In paucis enim verbis vis est magna, quemadmodùm in aphorismis. De his ergo qui venæ sectione indigent, frequens apud medicos fuit sermo, quorum quæ de phlebotomia maximè probabilia videntur, duobus à me scriptis securè sunt enarrata libris. At eorum alter de phlebotomia inscribitur, in quo vtilia omnia docentur. Alter scriptus est, vt dixi, medicis

A ὅταν μὲν οὖν φλεγμαίνῃ μόνον, τοῦτο ἐργάζεται· ὅταν δὲ σὺν τῇ φλεγμονῇ ᾖ καὶ ἡ ἀτονία, ὑγρὰ διαχωροῦσι, μὴ δυναμένου τοῦ σπλάγχνου πρὸς ἑαυτὸ τὴν τροφὴν ἕλκειν· διορίζεται δὲ τὰ τοιαῦτα διαχωρήματα τῶν ἀπὸ τῆς γαστρὸς πεπονθυίας γινομένων, τῷ κεχυλῶσθαι.

Ἐν τῷ καύσῳ τὰ ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δοτέον, τῷ Γαληνῷ ἄγνωστα· καὶ τὴν ἀσαφῆ λέξιν οὐδὲν διδάσκειν.

B ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιϛ΄.

Ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὃ πολλάκις εἴωθα λέγειν, ὡς ἀσαφὴς λέξις οὐδὲν διδάσκει, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ. τοῖς γὰρ διὰ φαυλότητα φλέγματος νοσοῦσι, ποτὸν μὲν ὀξύμελι χρησιμώτατόν ἐστι, τροφὴ δὲ, χυλὸς πτισάνης· ἀλλ' ὅμως ἐγὼ, καίτοι γινώσκων ταῦτα, καὶ C παρ' ἑτέρου μαθὼν οὐδενὸς, οὐκ ἔχω μαντεύσασθαι, τίνα ποτὲ λέγει τὰ ἐπισπαστικὰ ῥοφήματα. τὸ γὰρ ὀξύμελι τμητικόν τε καὶ διαιρετικὸν, καὶ ῥυπτικὸν ἐγχωρεῖ λέγειν, ἐπισπαστικὸν δ' οὐδαμῶς, ὅτι γε οὐ δυνάμεθα δεῖξαι τὸ ἐπισπώμενον ὑπ' αὐτοῦ· οὕτως οὐδὲ τὸν τῆς πτισάνης χυλὸν ἐπισπαστικὸν εἶναι φαίημεν. ἴσως οὖν ἐρεῖ τις κελεύειν αὐτὸν τὴν γαστέρα ὑπάγειν τοῖς ἐπισπαστικοῖς, τουτέστι τοῖς ἐπισπωμένοις τὸν παχὺν χυμὸν, ὁποῖός ἐστι καὶ ὁ τοῦ φλέγματος· ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπε ῥοφήματα· φαρμάκων γὰρ τὸ τοιοῦτον D ἔργον, οὐ ῥοφημάτων ἐστὶν, ὥσπερ οὐδὲ πομάτων. πρόδηλον οὖν γέγονεν, ὡς ἐν ταῖς ἀσαφέσι λέξεσιν οὐδὲν γινώσκομεν βέβαιον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ταύτῃ τῇ λέξει ἐπιχειρήσομεν, οὐδὲν γὰρ ὡρισμένον, οὐδὲ βέβαιον περὶ αὐτῆς ἐστιν εὑρεῖν· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἄνθρωποι, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ φανερῶς ἁμαρτάνουσιν, οὕτω καὶ τὸ χαίρειν τοῖς ἀσαφῶς εἰρημένοις· καίτοι πάντες ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος, τὴν μὲν σαφήνειαν ἀρετὴν εἶναι ἑρμηνείας λέγουσι, τὴν δὲ ἀσάφειαν κακίαν.

E

Ὅτι ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι φλεβοτομεῖν χρὴ, ἂν παρῇ δυνάμεως ῥώμη, καὶ μέγεθος νοσήματος, καὶ ἡλικίας ἀκμή· εἰ μὴ τὴν φλεβοτομίαν ἡ παιδικὴ, ἢ γεροντικὴ ἡλικία, ἢ τοῦ περιέχοντος διάκαυσις ἀποτρέπῃ.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιζ΄.

Τὰ δὲ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν.

F ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὗτος ὁ λόγος ἄξιός ἐστιν Ἱπποκράτους· θαυμάζω δὲ, πῶς οὐκ ἔγραψεν αὐτὸν ἐν ἀφορισμοῖς· ἐν ὀλίγῃ γὰρ τῇ λέξει, δύναμίς ἐστι μεγάλη, καθάπερ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς. περὶ γοῦν τῶν φλεβοτομίας χρῃζόντων εἴρηται πολλάκις τοῖς ἰατροῖς, ὧν τὰ δοκοῦντα πιθανώτατα περὶ φλεβοτομίας ἀσφαλῶς εἴρηται διὰ δυοῖν βιβλίων ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων· τὸ μὲν οὖν ἕτερον αὐτῶν, ἐπιγέγραπται περὶ φλεβοτομίας, ἐν ᾧ τὰ πάντα χρήσιμα διδάσκεται· τὸ δ' ἕτερον γέγραπται,

ὡς ἔφην, τοῖς ἰατροῖς τοῖς τε ἐμπειρικοῖς καὶ δογματικοῖς. οἱ δ' ἀμέθοδοι Θεσσαλοὶ καθάπερ καὶ τἄλλα χωρὶς ἀποδείξεως ἁπλῶς λέγουσιν, οὕτω καὶ τὴν φλεβοτομίαν ἀπεφήναντο χαλαστικὸν εἶναι βοήθημα. τὸ χαλαστικὸν δ' αὐτὸ διαφόρως ἐξηγοῦνται, καθὼς δέδεικταί μοι διὰ τῶν ἐμῶν ὑπομνημάτων περὶ τῆς μεθοδικῆς αἱρέσεως ἐπισκεπτομένῳ. τὴν μὲν οὖν ἅπασαν ἀναλέξασθαι τὴν περὶ τῆς φλεβοτομίας ἱστορίαν βουλομένῳ, πάρεστιν ἀναγινώσκειν τά θ' ἡμέτερα καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἰατρῶν βιβλία. νυνὶ δὲ αὐτὸ τὸ κεφάλαιον αὐτῆς ἄκουσον, εἰς ὀλίγους τέως ἀνηνεγμένον σκοπούς. Φλεβοτομήσεις γὰρ πρῶτον, εἴ σοι φαίνοιτο μέγα τὸ νόσημα· φανερῶς ἀπὸ τοῦ νοουμένου πηλίκου, τῷ βοηθήματι χρῆται διὰ τὰ ἰσχυρὰ πάθη· οὐ διαφέρει γε μὴν ἰσχυρὸν, ἢ μέγα νόσημα φάναι. δεύτερος σκοπὸς τῆς φλεβοτομίας ἐστὶν, εἰ ἀκμάζει κατὰ τὴν ἡλικίαν ὁ κάμνων· οὔτε γὰρ παῖς, οὔτε γέρων φέρουσι τὴν φλεβοτομίαν, οὐδ' ἂν μέγα νόσημα νοσῶσιν. ὁ δὲ δὴ τρίτος σκοπὸς εἴρηται τῷ συγγραφεῖ, τῆς ζωτικῆς δυνάμεως ἡ ῥώμη· καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀκμαζόντων ἐν ταῖς νόσοις, οὐ διὰ παντὸς ἡ ῥώμη ἐμφαίνεται. ἴσως οὖν τινι δόξει τὰ δύο ἀρκεῖν μόνα, σκοποὺς ὑποθέσθαι φλεβοτομίας, μέγεθος νοσήματος, καὶ ῥώμην δυνάμεως· ὁ γάρτοι γέρων, οὐ διὰ τὴν πολυετίαν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως οὐ φέρει τὴν φλεβοτομίαν. ἀλλ' οἵ γε παῖδες ἰσχυροὶ τὴν ζωτικὴν δύναμιν ὄντες, ὅμως οὐδ' αὐτοὶ τὴν φλεβοτομίαν ἀνέχονται· διαφορεῖται γὰρ αὐτῶν ἑτοίμως ἡ οὐσία, διά τε τὴν ὑγρότητα, καὶ διὰ τὴν θερμότητα τῆς κράσεως· οὔκουν δέονται φλεβοτομίας, σύμφυτον ἔχοντες τὴν ἐκ τῆς κράσεως κένωσιν. διὰ ταῦτα γὰρ οὖν οὐκ ἀρκεῖ μέγεθος νοσήματος, καὶ ῥώμην δυνάμεως σκοποὺς εἶναι φλεβοτομίας, ἀλλ' ἄμεινον εἶναι προστιθέναι καὶ τὴν τῶν ἀκμαζόντων ἡλικίαν. τό γε μὴν ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως ἄξιον ἐπισκέψασθαι, ὅπως εἴρηται, τὰ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις· τῶν δὲ χρονίων, πῶς οὐκ ἐμνημόνευσεν. ἐπειδὴ περὶ τῶν ὀξέων αὐτῷ νῦν ἐστιν ἡ διδασκαλία, καὶ διὰ τοῦτο περὶ τούτων μόνον ἐμνημόνευσε· δέονται γὰρ καὶ τῶν χρονίων πολλὰ φλεβοτομίας, ὅταν καὶ αὐτὰ τοῖς εἰρημένοις τρισὶν ὑπάγηται σκοποῖς. ὀρθῶς δὲ πάντων τούτων εἰρημένων, οὐκ ὀρθῶς ὑποληπτέον κεκρίσθαι πρός τινων, ὧν ἐστι καὶ Μηνόδοτος ὁ ἐμπειρικὸς, ἐπὶ μόνῃ τῇ πληθωρικῇ καλουμένῃ συνδρομῇ φάσκων τετηρῆσθαι φλεβοτομίαν· ἡμεῖς δὲ καὶ μὴ παρούσης αὐτῆς, φλεβοτομοῦμεν, ὅταν ὀδύνη σφοδρὰ καταλαμβάνῃ τὸν ἄνθρωπον ἐξαίφνης, ἢ θλασθῇ τι μόριον, ἢ ὀστοῦν ἐξωσθῇ κατὰ ἄρθρον, ἢ ἄλλο τι ἄρθρον συναρθῇ· οὐ φλεβοτομοῦμεν δὲ ἀεὶ, καίτοι τῆς πληθωρικῆς συνδρομῆς γινομένης, διὰ δὲ τρίψεως καὶ λουτρῶν πλειόνων, καὶ διαίτης ἐνδεοῦς, ἡμέραις δύο ἢ καὶ τρισὶν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγομεν. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῷ περὶ πλήθους, καὶ ἐν τῷ περὶ φλεβοτομίας, ἔτι δὲ ἐν τῷ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίῳ. ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα εἰς τὸ παρὸν, ὡς ἐν ὑπομνήματι, περὶ φλεβοτομίας εἰρῆσθαι· προσθήσω δὲ, ἕνεκα τοῦ μηδὲν λείπειν, τὸν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος σκοπὸν, ὅταν ᾖ θερμὸς ἰσχυρῶς καὶ ξηρὸς, ὡς διαφορεῖσθαι ταχέως ὑπὸ τούτου τὸ σῶμα· τηνικαῦτα γὰρ ἀφιστάμεθα τῆς φλεβοτομίας, εἰ καὶ μέγα τὸ νόσημα, καὶ ἀκμάζων ὁ ἄνθρωπος εἴη. τοῦτ' οὖν ὁ συγγραφεὺς τοῦ βιβλίου παρέλειψε μόνον, γράψας τὰ λοιπὰ, καὶ τὴν ἕξιν αὐτοῦ τοῦ πάσχοντος σώματος· ἀλλ' ἐπὶ προήκοντί γε τῷ γράμ-

tum Empiricis, tum Dogmaticis. Verum citra
methodum Thessalici, vti & cætera sine demon-
stratione simpliciter dicunt, sic & venæ sectio-
A nem laxatorium censent esse remedium; chala-
sticum verò ipsum diuersè explicant, vt à me
per commentarios nostros, cum de methodica
secta ageremus, demonstratum est. Qui autem
omnem de venæ sectione historiam intelligere
voluerit, legere tum nostros, tum reliquorum
medicorum libros potest. Nunc verò summam
ipsius in paucos tandem relatam scopos audi.
B Venam enim primùm secabis, si magnus tibi vi-
deatur morbus. Manifestè à perspecta quanti-
tate, tali vtitur remedio propter vehementes
affectus; neque refert si vel vehementem vel
magnum morbum dixeris. Secundus phlebo-
tomiæ scopus est, si æger ætate vigeat. Neque
enim puer, neque senex phlebotomiam ferunt,
etiamsi magno morbo laborent. Tertius sanè
scopus à libri huius authore prolatus est, faculta-
tis vitalis robur; neque enim in ætate vigentium
morbis perpetuò robur apparet. Fortassis ergo
aliquis duo hæc sola pro scopis phlebotomiæ
satis esse autumabit, magnitudinem morbi, &
C virium robur. Non enim senex quòd ipse an-
nosus sit per se, sed propter virium imbecillita-
tem non fert sanguinis detractionem. At certè
pueri quanquàm vitali facultate valēt, tamen ne-
que hi phlebotomiam sustinent; promptè enim
eorum substantia, tum propter humiditatem, tum
propter temperamenti caliditatem discutitur.
Phlebotomiā igitur nō egent, qui insitam habent
à temperamento vacuationem. Ob hæc profectò
morbi magnitudinem & virium robur phleboto-
miæ scopos esse non satis est, sed præstat & vigen-
tium ætatem adiicere. Quod autem initio dictio-
nis dictum est, *In acutis morbis sanguinem detrahes*, id
D vt consideretur dignū est. Quomodò diuturnio-
rum morborum non meminit? Quoniam de acu-
tis nunc ipsi doctrina est, atque ob id solos eos
memorauit; nam & ex diuturnis multi sangui-
nis egent detractione, quum & hi dictis tribus
subiaceant scopis. Cæterùm quum omnia hæc
rectè dicta sint, quosdam tamen non rectè iudi-
casse putandum est, quorum est Menodotus
Empiricus in sola plethorica appellata syndro-
me sanguinis missionem obseruari asseuerans.
Nos autem & eâ non existente, venam seca-
mus, quum dolor vehemens hominem statim
E prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel
os ex articulo luxatum sit, vel alius quidam ar-
ticulus reductus sit. At licet plethorica facta sit
syndrome, non tamen semper venam secamus,
sed & frictione, & balneis multis, & abstinen-
tiâ, quæ tribus, vel quatuor diebus fiat, ad sta-
tum naturalem reuocamus. Verùm de his abun-
dè tum in libro de plenitudine, tum in libro
de venæ sectione pronunciatum est, prætereà
& in libro methodi medendi. Ad præsens er-
go hæc de sanguinis detractione, veluti in com-
F mentario, dicta sufficiant. Verùm vt nihil desit,
adiiciam & eum qui ab ambiente nos aëre de-
sumitur scopum, quum fuerit abundè calidus
& siccus, ita vt citò ab eo corpus discutiatur.
Nam tunc à sanguinis missione abstinemus,
etiamsi morbus magnus fuerit, vigensque æta-
tate homo. Id ergo libri author solum præter-
misit, reliquis scriptis, atque etiam patientis ip-
sius corporis habitum. Verum procedente ora-
tione

tione & mentionem habitûs fecit, qui & ætatis differentias in ſe comprehendere poteſt, vt oſtendam.

A ματι, καὶ τῆς ἕξεως ἐμνημόνευσε, δυναμένης καὶ τὰς τῆς ἡλικίας διαφορὰς ἐν ἑαυτῇ περιλαβεῖν, ὡς δείξω.

De anginæ ac pleuritici morbi per phlebotomiam, anacatharſin, & clyſterem curatione.

Περὶ τῆς τοῦ συνάγχου, καὶ πλευριτικοῦ νοσήματος διὰ τῆς φλεβοτομίας τε καὶ ἀνακαθάρσεως καὶ κλυσμοῦ θεραπείας.

TEXTVS HIPPOCRATIS 18.

ATenim ſi angina, aut ſiquis alius ex pleuriticis morbus fuerit, linctibus repurgato. At ſi imbecilliores appareant, ac ſi plus ſanguinis detraxeris, clyſmo aluino tertio quoque die vtendum, donec in tuto æger fuerit, aut etiam fame opus habeat.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιη΄.

ΗΝ μὲν οὖν συνάγχη ᾖ, ἐκλεικτοῖσιν ἀνακαθαίρειν, ἢν τ' ἄλλο τι τῶν πλευριτικῶν. B ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται, ἢν καὶ πλέον τοῦ αἵματος ἀφέλῃς, κλυσμῷ κατὰ κοιλίην χρέεσθαι διὰ τρίτης ἡμέρας, ἕως ἂν ἐν ἀσφαλείῃ γένηται ὁ νοσέων, ἢ καὶ λιμοῦ χρήζοι.

COMMENTARIVS GALENI.

ANgina, partium quæ in faucibus ſitæ ſunt phlegmone eſt, quæ poſt venæ ſectionem eclegmatis repurgari poteſt, hoc eſt, quæ in partibus phlegmone obſeſſis continentur, per ſputa euacuari poſſunt. Nam corpus impurum excrementoſumque, quod vacuatur, iure optimo expurgari aliquis pronunciabit. Cæteris autem acutis morbis omiſſis, de pleuritide mentionem facit, quemadmodùm & in prima libri parte fecit. *Si verò imbecilliores*, inquit, *tibi eſſe videbuntur, vel propter ſanguinis per venæ ſectionem ablati copiam, vel etiam aliàs, purgationis vice clyſterem tertio quoque infunde die.* Nam laxato per ſanguinis miſſionem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitioſum ſuperfluit, per clyſteres id euacuari iubet. Quòd autem ſcopus illi ſit, non ſolùm alimenti excrementa ſubducere, verùm & affectum locum expurgare, palàm eſt. Quòd verò ad finem orationis additur; *Et fame indigeat*, iis qui in primo libro à nobis demonſtrata meminerunt, etiam manifeſtum euadit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Η Συνάγχη τῶν κατὰ τὴν φάρυγγα μερῶν ἐστὶ φλεγμονή, δυναμένη μετὰ τὴν φλεβοτομίαν ἐκλεικτοῖς ἀνακαθαίρεσθαι, τουτέστιν αὐτὰ τὰ περιεχόμενα κατὰ τὰ φλεγ- C μαίνοντα μόρια, κενοῦσθαι διὰ τῶν πτυσμάτων. τὸ γὰρ ἀκάθαρτον σῶμα, καὶ περιττωματικὸν, ἐκκενούμενον, εἰκότως ἄν τις καθαίρεσθαι λέγοι. τὰ δ' ἄλλα νοσήματα τὰ ὀξέα παραλείψας, περὶ τοῦ πλευρίτου εἴρηκεν, ὡς κἀν τῷ προτέρῳ μέρει τοῦ βιβλίου πεποίηκεν. ἢν δὲ ἀσθενέστεροί, φησιν, εἶναί σοι δοκῶσιν, ἢ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ κατὰ τὴν φλεβοτομίαν ἀφαιρεθέντος αἵματος, ἢ καὶ ἄλλως, ἀντὶ τοῦ καθαίρεσθαι, κλυστῆρι χρῶ διὰ τρίτης ἡμέρας. χαλασθέντος γὰρ τοῦ σώματος ὑπὸ τῆς φλεβοτομίας, ὅσον ὑπολείπεται κατὰ ποιότητα μοχθηρὸν τῶν νοσαζόντων χυμῶν, τοῦτο διὰ τῶν κλυστήρων ἐκκενῶσαι D βούλεται. πρόδηλον δέ ἐστι, ὅτι σκοπὸν ἔχει οὐ μόνον ὑπάγειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς, ἀλλὰ καὶ τὸν πεπονθότα τόπον ἐκκαθαίρειν. τὸ δὲ προσκείμενον ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου, τὸ, ἢ καὶ λιμοῦ χρήζοι, δῆλον τοῖς μεμνημένοις τῶν ἐν τῷ προτέρῳ μοι βιβλίῳ διδαχθέντων.

In hypochondriorum inflammationibus, eryſipelatis, herpetibus, carbunculis, ſpirituum interceptione, ſicca orthopnœâ, iecoris & lienis doloribus, ſyſtrophis, ſepti tranſuerſi contentionibus, ac ſimilibus, phlebotomiam princeps eſſe remedium ante purgationem celebrandum.

Εν τοῖς φλεγμαίνουσιν ὑποχονδρίοις, ἐρυσιπέλασιν, ἕρπησιν, ἄνθραξι, καὶ τῇ πνευμάτων ἀπολήψει, καὶ ὀρθοπνοίᾳ ξηρᾷ, καὶ ταῖς ἥπατος καὶ σπληνὸς περιωδυνίαις, καὶ ταῖς συστροφαῖς, καὶ φρενῶν ἐντάσεσι, καὶ τοῖς ὁμοίοις, τὴν φλεβοτομίαν ἡγεμονικὸν εἶναι βοήθημα πρὸ τῆς καθάρσεως ποιητέον.

E

TEXTVS HIPPOCRATIS 19.

TVmentia hypochondria non ſpirituum interceptione, ſepti tranſuerſi contenſiones, aut ſpirituum protenſiones, quibus orthopnœâ ſiccâ vexatis pus non ſubeſt; ſed à ſpirituum interceptione hæ affectiones ſuccedunt. Potiſſimùm verò & vehementes iecoris dolores & lienis grauitates, atque aliæ inflammationes, & ſupra ſeptum tranſuerſum dolores morborumq; collectiones ſolui nequeunt, ſiquis priùs medicamentis purgare aggreſſus fuerit; verùm in his venæ ſectio princeps remedium eſt; deinde verò clyſteres, niſi vehemens & magnus fuerit morbus; ſin minus, etiam poſteà medicamento purgante opus eſt. Sed & poſt venæ ſectionem purgans medicamentum ſecuritate ac moderatione indiget.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ιθ΄.

ΦΛεγμαίνοντα ὑποχόνδρια μὴ πνευμάτων ἀπολήψει, φρενῶν ἐντάσιες, ἢ πνευμάτων [14] περιτάσιες, ὀρθοπνοίης ξηρῆς, οἷσι μὴ πύον ὕπεισιν, [15] ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος τὰ παθήματα ταῦτα [16] ἐπιγίνεται· μάλιστα δὲ καὶ ἥπατος περιωδυνίαι, καὶ σπληνὸς βάρεα, καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε, καὶ ὑπὲρ φρενῶν F περιωδυνίαι τε, καὶ ξυστροφαὶ νοσημάτων, οὐ δύνανται λύεσθαι, [17] ἢν τις πρότερον ἐπιχειρέῃ φαρμακεύειν, ἀλλὰ φλεβοτομίη τῶν τοιῶνδε ἡγεμονικόν ἐστιν· ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμὸν, ἢν μὴ μέγα καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ· εἰ δὲ μὴ, καὶ ὕστερον φαρμακείης δεῖ. δέεται δὲ καὶ ἀσφαλείης, καὶ μετριότητος μετὰ φλεβοτομίην φαρμακείη.

A

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Κατάλογός ἐστι νοσημάτων, φλεβοτομίας μὲν πρότερον, ἔπειτ' αὐτῆς δὲ καθάρσεως δεομένων, ὧν πρῶτον ἁπάντων γέγραπται, φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια. οὐ κατὰ τὸ τοῦ Ἱπποκράτους ἔθος ἄκουε τῆς φλεγμαίνοντα φωνῆς· καὶ γὰρ πάντα τὰ φλογώδη, καὶ θερμὰ δηλοῦται τῶν νοσημάτων, ἐρυσιπέλατα, ἕρπητες, ἄνθρακες, αὐταί αἱ ἰδίως ὀνομαζόμεναι φλεγμοναί· ἅπαντες δ' οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν, καθ' ἑνὸς εἴδους τῶν φλεγμαινόντων [18] σωμάτων ἐπιφέρουσι τὸ πάλαι ἁπάντων κοινὸν ὄνομα, καὶ καλοῦσιν οὕτως μόνον ἐκεῖνον τὸν ὄγκον, ὃς ἀντίτυπός τε καὶ ὀδυνηρός ἐστι μετὰ θερμασίας πολλῆς. ὄντων δὲ καὶ ἄλλων ὄγκων παρὰ φύσιν, οἷον τοῦ τε σκίρρου, καὶ τοῦ καλουμένου παρὰ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς οἰδήματος (ἦν γὰρ καὶ τοῦτο πάλαι κοινὸν ὄνομα πάντων τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἐμπνευματώσεως) εἴρηται μὲν ἡμῖν ἑτέρωθι δι' ἑνὸς βιβλίου περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων· ἐν δὲ τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ, καθάπερ τὰ ἄλλα, διὰ κεφαλαίων καὶ τοῦτο εἴρηται. Σκίρρος μὲν, ὁ ἀντίτυπος ὄγκος καὶ ἀνώδυνος. ἡ δὲ πνευμάτωσις γίνεται διττῶς, ἤτοι κατά τινας αἰσθητὰς κοιλότητας ἀθροιζομένου πνεύματος φυσώδους, ἢ λόγῳ θεωρητάς· ἐνίοτε γοῦν τινες ὄγκους παρὰ φύσιν ἐν μυσὶν ἔτεμον, ὡς ἐν βάθει πύον εὑρήσοντες, εἶθ' εὗρον οὐδὲν ἄλλο πλὴν πνεύματος ἐν ἁπάσῃ τῇ σαρκὶ κατὰ μικρὰ διεσπαρμένου. καὶ μέντοι καὶ θρόμβους ἐνίοτε μόνους οἱ οὕτω τέμνοντες, ἢ γλίσχρον ὑγρὸν εὗρον, ἢ μυξώδες. ἀλλ' ἐπὶ τῶν τοιούτων ὁ ὄγκος κατὰ τὸν θρόμβον, ἢ τὴν μύξαν ἦν, ὡσαύτως φαινομένης διακεῖσθαι τῆς σαρκός· τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ βραχὺ ἐστι διεσπαρμένον ἐν ταύτῃ. κατὰ τοίνυν τὴν προκειμένην ἐν τῷ λόγῳ ῥῆσιν, τὰ φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια φαίνεταί μοι μὴ κατὰ τὸ συνῆθες Ἱπποκράτει σημαινόμενον εἰρῆσθαι· τίνα γὰρ ἕξει νοῦν τὸ προσκείμενον αὐτῷ, μὴ πνευμάτων ἀπολήψει, τῆς φλογώδους θερμασίας ἐν ὑποχονδρίοις, ἄν τε μετὰ πνεύματος ᾖ, ἄν τε μή, τὴν αὐτὴν ἔνδειξιν ἐχούσης; οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἔοικεν εἰπεῖν, ὡς ἐπὶ συνόδου λέγεσθαι φλογώσεώς τε, καὶ πνευμάτων ἀπολήψεως γιγνομένων, ὅπερ ἐστὶ ψεῦδος· οὐδέποτε γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος ἀπόληψις ἐπιφέρει φλογώδη διάθεσιν ἐν ὑποχονδρίῳ. ἔοικεν οὖν ὁ γράψας ταῦτα, φλεγμαίνοντα λέγειν ὑποχόνδρια, τὰ εἰς ὄγκον ἠρμένα. Τούτοις ἐφεξῆς ἐμνημόνευσε φρενῶν ἐντάσεως, εἶτα πνευμάτων προστάσεως. ἡ μὲν οὖν τῶν φρενῶν ἔντασις εὔδηλός ἐστιν· τὰ δὲ προεσταμένα πνεύματα ἔοικε λέγειν, τὰ οἷον ἐγκοπτόμενα, περὶ ὧν ἐν τῷ προτέρῳ μέρει τοῦ βιβλίου τοῦδε γέγραπται, πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, καὶ λέλεκται περὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐξήγησιν ἐκείνης τῆς λέξεως. ξηρὰν δὲ ὀρθόπνοιαν εἴρηκεν τὴν χωρὶς πτυσμάτων, ἢ ἄνευ βήξεως, ἰσχυρὰν οὕτω δύσπνοιαν, ὡς μὴ φέρειν τὴν κατάκλισιν, ἀλλὰ πνίγεσθαι; περὶ ἧς ἔμαθες ὡς ὑπὸ στενοχωρίας γίγνοιτο τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα κοιλιῶν τοῦ πνεύματος, ἅτινες οὕτω πάσχουσι κατακειμένων μὲν μᾶλλον, ἑστώτων δ' ἧττον, ἀνακαθημένων γε δηλονότι πάντων ὀρθῶς τῶν κατὰ τὸν θώρακα, διὸ καὶ καλεῖται ὀρθόπνοια· γιγνομένης δ' αὐτῆς ἐνίοτε μὲν διὰ φλεγμονὴν τοῦ σπλάγχνου, καθάπερ ἐν περιπνευμονίαις, ἐνίοτε δὲ τῶν βρόγχων πεπληρωμένων, φλεβοτομίας δεῖσθαί φησι τοὺς ὀρθοπνοικοὺς

COMMENTARIVS GALENI.

Catalogus est morborum priùs quidem venæ sectione, deinde ipsâ purgatione indigentium, quorum omnium primus scriptus est, *intumentia hypochondria*. Vocem φλεγμαίνοντα ex Hippocratis consuetudine non audias; etenim inflammati morbi omnes, & calidi *hac voce* significantur, erysipelata, herpetes, carbunculi, & quæ propriè phlegmonæ appellantur. Verùm recentiores medici omnes in vna specie inflammatorum corporum vetus omnibus commune
B nomen inducunt, vocantq; ita solùm eum tumorem, qui renitens dolorem infert cum multo calore. Verùm quum & alii præter naturam existant tumores, vt scirrhus, & qui à recentioribus medicis œdema appellatur (fuit siquidem & id quondam commune nomen tumorum omnium præter naturam, atque ipsius inflationis) diximus quidem alibi libro vno de tumoribus præter naturam. Verùm in præsenti libro vt cætera, ita & hoc summatim dicatur. Scirrhus quidem renitens tumor est, & doloris expers. Ve-
C rùm inflatio bifariàm fit, nimirùm collecto quibusdam in cauitatibus, aut sub sensum cadentibus, aut ratione comprehensibilibus, flatulento spiritu. Nonnulli sanè aliquando tumores præter naturam in musculis secuerunt, tanquàm pus in imo reperturi, sed nihil aliud, præterquàm spiritum totam per carnem minutatim disseminatum inuenerunt. Prætereà & thrombos interdùm solos, qui ita secant, aut viscosam humiditatem, aut mucosam reperere. Verùm in talibus tumor vel ex thrombo, vel muco erat, carne ad hunc affici modum apparente; spiritus
D autem in ea per minuta est disseminatus. Non igitur in præsenti sententiæ huius dictione φλεγμαίνοντα hypochondria secundum assuetum Hippocrati significatum dicta esse videntur. Quam enim mentem habebit quod ipsi adiicitur, *non flatuum interceptione*, quum inflammatorius calor in hypochondriis, siue cum flatu fuerit, siue non, eandem habeat indicationem? Neque sanè ita dicere est visus, vt coniunctim tum phlogosin, tum spirituum interceptionem fieri dicatur, quum id falsum sit. Nunquam enim spiritûs interceptio, inflammatoriam hypochon-
E drio infert affectionem. Qui ergo hæc scripsit, phlegmænonta hypochondria dicere est visus, quæ in tumorem sublata sunt. Post hæc autem mentionem de septi transuersi intensione fecit, deinde & protensione spiritûs. Septi transuersi intensio manifesta est; sed spiritus protensos dicere visus est, veluti interruptos, de quibus in prima libri huius parte scriptum est; *Spiritus offendens in ea, quæ extrà fit, delatione*; ac de eo in dictionis illius explicatione enarratum est. Siccam autem orthopnœam dixit eam spirandi difficultatem quæ citra sputa, aut citra
F tussim adeò vehemens est, vt *ægrotus* decubitum non ferat, sed suffocetur; quam fieri non ignoras ab angustia pulmonis capacitatum spiritûs; quæ id patiuntur iacentibus magis, minùs autem stantibus, & profectò rectè collocatis omnibus, quæ in thorace existunt partibus; ideóque orthopnœa vocatur. Sed quum ea interdùm fiat ob visceris phlegmonen, vt in peripneumoniis, interdùm oppletis bronchiis, sanguinis missione ait egere orthopnœâ affectos;

affectos; quibus pus collectum non sit. Nam hos puris vacuatione egere constat. Qui autem à spiritûs interceptione (quod in angustiam acto pulmone contingit) hæc patiuntur, iis tibi vena secanda est. Pari modo & iecinoris vehementes dolores splenisque, atque cæteras omnes inflammationes venæ sectio iuuat; atque vniuersas morborum collectiones. Quod autem morborum collectiones dixerit eas quæ ab intumescentibus fiunt partibus, par est. Audio siquidem & nunc multos in Asia nostra tumores præter naturam omnes ita nuncupare: In his enim priusquàm vena secetur, purgationem interdicere oportet, quanquàm hanc quoque ratiocinationem deinceps ipse dicet in eo qui sequitur textu.

Cur in systrophicis morbis ac inflammationibus purgationes per initia exhibere periculosum.

TEXTVS HIPPOCRATIS 20.

Qvicunque verò statim per initia morborum; inflammationes purgante medicamento soluere conantur, ij de contensa quidem ac inflammata parte nihil detrahunt, quum nihil cedat quæ adhuc cruda est affectio; verùm quæ morbo reluctantur & sana sunt, contabefaciunt. At debili euadente corpore, morbus præualescit. Quum autem morbus corpori præualuerit, id citra curationem affectum est.

COMMENTARIVS GALENI.

Hvnc exposuimus aphorismum, in eo ita incipiente, *Cocta medicari, ac mouere.* Atque in eisdem quibus & nunc symptomatis rectè ad venæ sectionem priùs venire præcipit, quum vitiosi aliqui humores tum in partem aliquam confluant, tum in ea aceruentur, quod sanè, vt dixi, colligi in ea parte dicitur. Quod autem in fine præscriptæ dictionis, quidam dignotioni inaccessum praui scriptores ad finem dicti authoris efficiunt nomen φαρμακείας, *securitate quidem & mediocritate indigere sanguinis missionem post medicamentum*, accusatiuum casum dictum pro genitiuo efficientes. Verùm in tota dictione priùs ad sanguinis missionem veniendum; deinde ad medicamentum; præcipitur; non autem è contrario, vt ij scribunt, assumendum priùs medicamentum, deinde ad sanguinis detractionem deueniendum. Cætera dictionis dilucida iis sunt, qui exactè dicta eius animaduerterunt.

De aphonia repentina, eiusque causis.

TEXTVS HIPPOCRATIS 21.

Vt autem quis derepentè voce captus fiat, venarum interceptiones faciunt, si bene valenti citra occasionem aut vehementem aliam causam id contigerit.

COMMENTARIVS GALENI.

Venarum interceptiones appellat, venarum oppletiones à plenitudine obortas. Quum

A παρόντας, εἰς μὴ πύον ἤθροισται (πρόδηλον γὰρ ὡς ἐκεῖνοι κενωθῆναι χρήζουσι τὸ πύον) τοῖς δ' ὑπὸ πνεύματος ἀπολήψεως, ὅπερ ἐστὶ στενοχωρουμένου τοῦ πνεύμονος, ταῦτα πάσχοντας, φλεβοτομητέον ἐστί σοι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἥπατος περιωδυνίας, καὶ σπληνὸς, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας φλεγμασίας ὀνίνησιν ἡ φλεβοτομία, καὶ συμπάσας τὰς συστροφὰς τῶν νοσημάτων. εἰκὸς δή ἐστι συστροφὰς εἰρῆσθαι νοσημάτων ὑπ' αὐτοῦ, τὰς ὑπὸ τοῖς ὀγκουμένοις μορίοις γιγνομένας· ἀκούω γὰρ καὶ νῦν πολλῶν ὀνομαζόντων οὕτως ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας, πάντας τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους. ἐπὶ τούτων γὰρ ἀπαγορεύεσθαι δεῖ καθαίρειν, πρὶν ἢ φλεβοτομῆσαι· καί τοι τοῦτον τὸν λογισμὸν ἐφεξῆς αὐτὸς ἐρεῖ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν.

B

Διὰ τί ἐν τοῖς συστρεφομένοις νοσήμασι καὶ ταῖς φλεγμοναῖς, τὰς φαρμακείας ἐν ἀρχῇ προσφέρειν ἐπικίνδυνον.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κ'.

Ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων, εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιρέουσιν, οὐ γὰρ [19] διαδιδοῖ ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος· τὰ δὲ ἀντέχοντα τῷ
C νοσήματι, καὶ ὑγιέα, συντήκουσιν. ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γιγνομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατεῖ· ὁκόταν δὲ τὸ νόσημα ἐπικρατήσῃ τοῦ σώματος, τὸ τοιόνδε ἀνιήτως ἔχει.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐν τῷ πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, προεξηγήμεθα τὸν ἀφορισμὸν τοῦτον ἐν τοῖς αὐτοῖς συμπτώμασιν
D οἷσπερ καὶ νῦν· ὀρθῶς ἐπὶ φλεβοτομίαν [20] ἥκειν ἀξιοῖ πρότερον, ὥστε ὅταν τινὲς χυμοὶ μοχθηροὶ συῤῥέωσί τε καὶ ἀθροίζωνται κατά τι μόριον, [21] ὅπερ, ὡς ἔφην, συστρέφεσθαι λέγεται ἐν τῷδε τῷ μορίῳ. τὸ δ' ἐπὶ τῷ τέλει τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως ἔνιοι ποιοῦσιν ἀδιάγνωστον, οὐκ ὀρθῶς γράφοντες τὸ τῆς φαρμακείας ὄνομα κατὰ τὴν τελευτὴν, εἰρηκότος τοῦ συγγραφέως, ἀσφαλείας μὲν καὶ μετριότητος δεῖσθαι φλεβοτομίην μετὰ φαρμακείαν· τὴν καλουμένην αἰτιατικὴν πτῶσιν, ἀντὶ
E γενικῆς ποιοῦντες. ἐν ὅλῃ γὰρ τῇ ῥήσει, τουτέστιν αὐτὸ τὸ συμβουλευόμενον, ἐπὶ φλεβοτομίαν ἥκειν πρότερον, εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ φαρμακείαν, οὐχὶ τοὐναντίον ὡς ἐκεῖνοι γράφουσιν, ἐπὶ φαρμακείαν πρότερον παραληφθεῖσαν, εἶθ' οὕτως ἐπὶ φλεβοτομίην ἀφικέσθαι. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως, δῆλα τοῖς γε προσεσχηκόσι ἀκριβῶς τὸν νοῦν οἷς εἴρηκα.

Περὶ ἀφωνίας ἐξαίφνης γενομένης καὶ τῆς ταύτης αἰτίας.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κα'.

F Τὸ δὲ ἄφωνόν τινα ἐξαίφνης γενέσθαι, φλεβῶν ἀπολήψιες [22] ποιέουσιν, ἢν ὑγιαίνοντι τοῦτο ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἀπολήψιας φλεβῶν ὠνόμασε τὰς πληρώσεις τῶν φλεβῶν ὑπὸ πλήθους γινομένας. ὅταν οὖν αὖ-

ται ὑπερπληρωθῶσι, βαρυνθῆναί τε τὴν δύναμιν ἀνάγκη, καὶ εἰς κίνδυνον ἀφικέσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν τοῦ ἀποσβεσθῆναι, πνιγμῷ τι παραπλήσιον πάθος ὑπὸ τοῦ πλήθους· ἐπιληψίαι τε γὰρ καὶ ἀποπληξίαι καὶ καρδιακαὶ συγκοπαὶ γίγνονται· δι᾽ ἑνὸς γὰρ συμπτώματος κοινοῦ τῆς ἀφωνίας, τὰ τοιαῦτα συμπτώματα ἐδήλωσε. προσέθηκε δὲ τῷ λόγῳ, τὸ, ἢν ὑγιαίνοντι τοῦτο συμβῇ ἄνευ προφάσιος ἢ ἄλλης αἰτίας ἰσχυρῆς· πρόφασιν μὲν λέγων τὴν φανερὰν αἰτίαν, ὡς εἰ καὶ παλαίων τις ἢ παγκρατιάζων ἐκ περιθέσεως τῶν πήχεων εἰς κίνδυνον περιαχθείη τοῦ πνιγῆναι· αἰτίαν δὲ ἄλλην ἰσχυρὰν, οἷα τοῖς ἐκπληττομένοις διὰ φόβον, ἢ λύπην μεγίστην γίγνεται. ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων ἡ ἀφωνία γενέσθαι δύναται, καὶ αὐτῶν μόνον ἐνίοτε τῶν φωνητικῶν ὀργάνων βεβλαμμένων, ἢ καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν· δύναται δ᾽ αὖ καὶ δι᾽ ἔκλυσίν τινα πρόσφατον, καὶ κάκωσιν τῆς δυνάμεως. ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀφωνιῶν διορίζόμενος τὴν ἐν τῷ λόγῳ προκειμένην, διὰ τοῦτο προσέθηκεν, ἢν ὑγιαίνοντι συμβαίνῃ.

igitur ipsæ supra modum oppletæ fuerint, tum vires grauari necesse est, tum in extinctionis agi periculum natiuum calorem, qui ob plenitudinem suffocationi quiddam simile patitur. Quandoquidem hinc epilepsiæ, & apoplexiæ, & syncopæ cardiacæ oriuntur. Nam vno communi aphoniæ symptomate symptomata huiusmodi significauit. Adiecit autem orationi; *Si bene valenti citra occasionem aut vehementem aliam causam* id contigerit; occasionem quidem causam manifestam vocans, vt siquis in lucta, vel pancratio ex brachiorum accommodatione ad periculum suffocationis circunductus fuerit. Causam verò aliam vehementem *dicit*, qualis vel timore, vel maximo animi mœrore perculsis accidit. In ægris autem aphonia huiusmodi fieri potest, interdùm læsis duntaxat vocalibus instrumentis, aut etiam spirabilibus. Potest quoque *contingere* ob recentem quandam exolutionem, & virium iacturam. Vt autem ab huiusmodi aphoniis eam distinguat, quæ orationi apposita est, adiecit, *Si benè valenti contigerit.*

Ὅτι ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασι τὴν βασιλικὴν φλέβα δεξιὰν τέμνειν χρὴ, καὶ ἀφαιρεῖν τὸ αἷμα κατὰ τὸν τῆς ἕξεώς τε, καὶ ἡλικίας, καὶ δυνάμεως λογισμόν.

In acutissimis morbis basilicam dextram secandam esse, sanguinemque pr o habitûs, ætatis, ac virium ratione detrahendum.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κγ'.

Φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν τὴν ἔσω φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος, κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενον τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον.

TEXTVS HIPPOCRATIS 23.

Vena igitur brachij dextri interna secanda est; ac sanguis detrahendus, initâ secundum habitum ac ætatem pluris minorisque ratione.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τάχιστα καὶ πλεῖστον ἐκ τῶν κυριωτάτων μερῶν ἡ φλὲψ αὕτη κενοῖ τὸ σῶμα, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν ἀφικνεῖται ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασιν. Καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος, κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενον τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον. Ἔμπροσθεν μὲν ὁπότε τοὺς σκοποὺς τῆς φλεβοτομίας ἔλεγεν, τὴν ἕξιν τοῦ σώματος παρέλιπε, νυνὶ δὲ τὴν δύναμιν οὐκ εἶπεν. οἴονται δέ τινες ἀντὶ τοῦ τῆς δυνάμεως ὀνόματος, τὸ τῆς ἕξεως εἰρῆσθαι, καθ᾽ ἑνὸς ἀμφότερα λεγόμενα πράγματος, οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνοντες· τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος σύστασιν φέροντες λέγομεν, ὅταν ὁ μέν τις ᾖ μαλακὸς, ὁ δὲ σκληρός· τὴν δ᾽ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως, τῇ τῶν ἐνεργειῶν σφοδρότητι γνωρίζομεν· ὥστε δύο τ᾽ εἰσὶν οὗτοι σκοποὶ, τὴν μὲν κοινὴν ἔνδειξιν τοῦ κενοῦν ἐκ τοῦ κοινῇ ὄντος ἔχοντες, ἀλλήλων δὲ διαφέροντες, ὥσπερ γε καὶ ἀπὸ τῆς ἡλικίας. ἐγχωρεῖ δὲ μᾶλλον εἰς τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἀναφέρειν τὴν ἡλικίαν, οὐ τὴν δύναμιν· καὶ γὰρ τὰ παιδία διὰ μαλακότητα τῆς ἕξεως, εὐδιαφόρητά γέ εἰσί· καὶ οἱ πρεσβύτεροι διὰ ξηρότητα καὶ ψυχρότητα δυσδιαφόρητοι. καὶ δύναταί τις λέγειν, ἀρκεῖσθαι τρισὶ τούτοις σκοποῖς τῆς φλεβοτομίας, ἔκ τε τοῦ κατὰ τὸ θεραπευόμενον πάθος μεγέθους ἔνδειξιν λαμβανόντων ἡμῶν [τὸ χρῆμα κινοῦν], ἔκ τε τῆς ἕξεως, καὶ τῆς δυνάμεως· εἴρηται δὲ ἔμπροσθεν ὅτι καὶ τὸ περιέχον ὅπως ἔχει κράσεως, ἐπισκέπτεσθαι χρή.

COMMENTARIVS GALENI.

Celerrimè, ac plurimùm ex principibus partibus vena ipsa corpus vacuat; atque ob id in acutissimis morbis ad eam se confert. *Ac sanguis detrahendus, initâ secundum habitum ac ætatem pluris minorisque ratione.* Superiùs quum de scopis phlebotomiæ dissereret, corporis habitum quidem omisit, sed nunc virium non meminit. Verùm habitûs nomen pro virium nomine dictum esse opinantur nonnulli, vnâ ex re duo dici non rectè existimantes. Nam habitum quidem ad corporis constitutionem deferentes dicimus, quum quis aut mollis, aut durus fuerit; robur verò virium, functionum vehementiæ attribuimus. Quare duo hi sunt scopi, communem quidem vacuandi indicationem, quòd communes sint, habentes, sed inter se differentes, veluti & ab ætate. Verùm ætatem ad corporis habitum referre est melius, non ad vires. Etenim pueri propter habitûs mollitiem facilè exhauriuntur; senes verò difficilè propter siccitatem, & frigiditatem resoluuntur. Satisque esse tres hos phlebotomiæ scopos quispiam dicere potest, indicationem *euacuandi* accipientibus nobis & à morbi qui curatur magnitudine, & habitu, & viribus. Cuiusnam autem ambiens nos aër sit temperamenti, inspiciendum esse, est suprà dictum.

A

Symptomata morbis acutis derepentè oborientia, faciei rubores, oculorum immobilitas, manuum distentiones, dentium stridores, pulsus, maxillarum contractiones, extremorum frigus, ac spirituum in venis interceptiones; & vnde quodque fiat.

TEXTVS HIPPOCRATIS 23.

B *Eorum autem quàm plurimis hæc accidunt, faciei rubores, oculorum constantiæ, manuum distentiones, dentium stridores, pulsationes, maxillarum contractio, extremorum refrigeratio, & spirituum in venis interceptiones.*

COMMENTARIVS GALENI.

INter hæc quæ deinceps accidunt, faciei solius priùs scripti rubores, sanguinis copiam indicant. *Succedit* oculorum statio, idest immobilitas, & manuum deiectiones; atque eas C quidem lædi ob neruorum principium contingit, sed alio modo quàm sit oculorum statio. Nam ea veluti torporem quendam functionum in neruorum exordio indicat; manuum verò distentiones, & dentium stridores, neque ob quietem, neque ob principii immobilitatem, sed ob vitiatam motionem exoriuntur. Quid autem pulsus indicent, non omninò constat. Quandoquidem veteres in motionibus dolorem in partibus inflammatis excitantibus, hoc proferunt nomen; in palpitationibus quoque, & prætereà in vehementi arteriarum motione. D Maxillarum verò contractio conuulsionis est symptoma, manuumque distentiones, & stridores dentium. Extremorum verò refrigeratio in huiusmodi affectionibus, calorem natiuum ab humorum multitudine grauari ostendit. Quod autem in fine dictionis enunciatur, *spirituum in venis interceptiones*, id vt de asphyxia dicatur, probabile est; nam veteres arterias venas appellabant. Spirituum sanè interceptiones, quasi decubitus, & quietes dici possunt. Nonnulli sequentis dictionis alteram habentis sententiam, principium constituunt dictionem E hanc; cui quæ deinceps scripta est, copulant.

Alia symptomata morbis acutis succedentia, dolores, perfrigerationes, vertigines, aphoniæ, capitis grauitas, conuulsiones, epilepsiæ, & paraplegiæ; atque eorum causæ.

TEXTVS HIPPOCRATIS 24.

F *Qvum dolores præcesserint, atræ bilis, acriumque humorum affluxus fiunt. Dolent autem internæ dum mordentur partes; demorsæ verò atque admodùm arefactæ venæ tum intenduntur, tum inflammatæ affluentia attrahunt. Vnde corrupto sanguine, ac spiritibus vias, quæ in ipso secundum naturam sint, permeare nequeuntibus, perfrigerationes fiunt ob stationem, vertigines, aphoniæ, capitis grauitas, & conuulsiones, si iam ad cor, aut hepar, aut ad venam peruenerint. Hinc epilepsiæ, & paraplexiæ,*

Τὰ συμπτώματα τοῖς νοσήμασιν ὀξυτάτοις ἐξαίφνης συμπίπτοντα, προσώπου ἐρυθήματα, καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἀκινησία· καὶ διαστάσεις τῶν χειρῶν· καὶ τρισμοὶ τῶν ὀδόντων· καὶ σφυγμοὶ· καὶ τῶν σιαγόνων συναγωγή· καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ψύξις· καὶ ἀπολήψεις πνευμάτων ἀνὰ τὰς φλέβας· καὶ πόθεν ἕκαστον γίνεται.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κγʹ.

Ξυμπίπτει δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τοιάδε· ἐρυθήματα προσώπου, καὶ ὀμμάτων στάσιες, καὶ διαστάσιες χειρῶν, τρισμοὶ ὀδόντων, σφυγμοί. σιαγόνων συναγωγὴ, καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων, πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τῶν ἐφεξῆς συμπιπτόντων, τὰ προγεγραμμένα προσώπου μόνου ἐρυθήματα, πλῆθος αἱματικὸν ἐνδείκνυται. στάσις ὀμμάτων, τουτέστιν ἀκινησία, καὶ διαστάσιες χειρῶν· βεβλάφθαι μὲν καὶ αὐτὰς συμβαίνει διὰ τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων, ἀλλ' ἕτερον τρόπον τῆς στάσεως τῶν ὀφθαλμῶν· αὕτη μὲν γὰρ οἷον νάρκην τινὰ περὶ τὰς ἐνεργείας δηλοῖ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων· αἱ δὲ διαστάσεις τῶν χειρῶν, καὶ οἱ τρισμοὶ τῶν ὀδόντων, οὐ δι' ἡσυχίαν, οὐδὲ δι' ἀκινησίαν τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ διὰ πλημμελῆ γίνονται κίνησιν. οἱ δὲ σφυγμοὶ τί ποτε δηλοῦσιν, οὐ πάρτη δῆλόν ἐστιν· ἐπεὶ κατὰ τῶν ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις ὀδυνηρῶν κινήσεων ἐπέφερον οἱ παλαιοὶ τοὔνομα, καὶ κατὰ τῶν παλμῶν, καὶ προσέτι καὶ ταύτης τῆς ἐν ταῖς ἀρτηρίαις σφοδρᾶς κινήσεως. ἡ δὲ τῶν σιαγόνων συναγωγὴ, σπασμῶδές ἐστι σύμπτωμα, καὶ ἡ τῶν χειρῶν διάστασις, καὶ οἱ τρισμοὶ τῶν ὀδόντων. ἡ γε μὴν τῶν ἀκρωτηρίων ψύξις ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσιν, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν χυμῶν βαρύνεσθαι δηλοῖ τὴν ἔμφυτον θερμότητα. ὃ δὲ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως εἰρημένον, πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας, εἰκός ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀσφυξίας λέγεσθαι· φλέβας γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀρτηρίας· ἀπολήψεις οὖν πνευμάτων τὰς οἷον κατακλίσεις τε, καὶ ἡσυχίας δυνατὸν λέγειν. ἔνιοι δὲ δευτέρας ῥήσεως ἑτέραν ἐχούσης διάνοιαν, ἀρχὴν τίθενται ταύτην τὴν λέξιν, ἢ συνάπτουσι τὴν ἐφεξῆς γεγραμμένην.

Ἄλλα συμπτώματα τοῖς ὀξέσι νοσήμασι ἐπιγινόμενα, ἀλγήματα, καταψύξεις, σκοτώσεις, ἀφωνίαι, καρηβαρία, σπασμοί, ἐπιληψίαι, παραπληξίαι, καὶ αἱ τούτων αἰτίαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κδʹ.

Ὁκόταν ἀλγήματα προηγήσηται, μελαίνης χολῆς, καὶ δριμέων ῥευμάτων ἐπιῤῥύσιες γίνονται. ἀλγέει δὲ τὰ ἐντὸς δακνόμενα· δηχθεῖσαι δὲ καὶ λίην ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες, ἐντείνονταί τε, καὶ φλεγμαίνουσαι ἐπισπῶνται τὰ ἐπιῤῥέοντα, ὅθεν διαφθαρέντος τοῦ αἵματος, καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιες γίνονται ὑπὸ τῆς
24 στάσιος, καὶ σκοτώσιες, καὶ ἀφωνίη, καὶ καρηβαρίη, καὶ σπασμοὶ, ἢν ἤδη ἐπὶ τὴν καρδίην, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα διέλθῃ· ἔνθεν ἐπίληπτοι γίνονται, ἢ παραπλῆγες,

ἢν ἐς τοὺς περιέχοντας τόπους ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα, καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων διεξιέναι, καταξηρανθῇ. A

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐκ ταὐτοῦ τοῦ γένους τῶν προειρημένων λόγων καὶ ὁ νῦν ἐστι, καὶ ἔνιοι τοῦτον ἐκείνοις συνάπτουσι· καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ἡ γραφὴ διττὴ τοῦ, προηγήσηται, ῥήματος εὑρίσκεται, τῶν μὲν συναπτόντων τὸν ἐνεστῶτα λόγον τῷ προειρημένῳ, καὶ τὴν, προς, συλλαβὴν γραφόντων μετὰ τοῦ σ στοιχείου, τῶν δὲ μὴ συναπτόντων, διὰ τὴν, προ, χωρὶς τοῦ σίγμα. τὸ δὲ λεγόμενόν ἐστι τοιοῦτον. ἡ τῶν ἀλγημάτων κίνησις εἴωθε κινεῖν ἐπιρροὴν ὑγρῶν ἐπὶ B τὸ τὴν ὀδύνην ἔχον μόριον· ὅταν οὖν κακοχυμότερον ᾖ τὸ σῶμα, μελαίνης τε χολῆς καὶ δριμέων ἄλλων χυμῶν ἐπιρρύσεις γίνονται, δι᾽ ἃς ἔτι καὶ μᾶλλον ἀλγεῖ τε ὁ κάμνων, καὶ δάκνεται τὰ ἔνδον· ὑπὸ δὲ τῶν εἰρημένων χυμῶν αἱ ἐν τῷ πεπονθότι μορίῳ φλέβες ἀνιῶνται δακνόμεναι, καὶ τοῦτο αὐτὸ ἑτέρου γίγνεται αἴτιον [25] ἐναντίον. πληρωθέντος γὰρ τοῦ πάσχοντος μέρους ὑπὸ τῶν τοιούτων ῥευμάτων, διαφθείρεται μὲν αὐτὸ τὸ αἷμα πρότερον, ἐπιπληροῦται δὲ τὰ ἀγγεῖα, καὶ τοῦτο πάσας ἐν αὐτῷ τὰς τῶν πνευμάτων διεξόδους κωλύει· σαφῶς γὰρ τοῦτό γε αὐτὸς ἐδήλωσεν, εἰπών, τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, ὅπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκάλεσεν πνευμάτων ἀπόληψιν. ὅταν δὲ στῇ τὸ αἷμα, καὶ σὺν αὐτῷ δηλονότι τὸ πνεῦμα, καταψύξεις γίνονται, σκοτώσεις, ἀφωνίαι, καρηβαρίαι, καὶ σπασμοί· τούτοις δ᾽ ἕπονται καὶ παραπληξίαι τε, καὶ ἐπιληψίαι, ὅταν εἰς τοὺς περιέχοντας τόπους τὰς πληρωθείσας φλέβας, ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα· τόπους δὲ εἴρηκε δηλονότι τὰ μέρη τοῦ σώματος, [26] ἃ προσέγραψεν αὐτός, καρδίαν, καὶ ἧπαρ, καὶ φλέβα, τὴν συνάπτουσαν δηλονότι τὰ εἰρημένα σπλάγχνα, τὴν κοίλην ὕστερον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὀνομασθεῖσαν, ἐπειδὴ D τῶν κατὰ τὸ σῶμα τοῦ ζώου φλεβῶν ἐστιν εὐρυτάτη. εἰκότως οὖν τὸ ἐν τούτοις τοῖς τόποις αἷμα διὰ τὸ πεπληρῶσθαι τὰς φλέβας οὐκ ἐπιτρέπει τὸ διεξέρχεσθαι τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ καθάπερ ἐν νεκρῷ τῷ σώματι πήγνυται. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ συγγραφεὺς ἐδήλωσε· καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων διεξιέναι, καταξηρανθῇ· κυριώτερον δ᾽ ἦν εἰπεῖν [27] ἀποπαγῇ. πήγνυται μὲν γὰρ δὴ καὶ τὰ ξηραινόμενα, καὶ τὰ ψυχόμενα· νυνὶ δὲ οὐ διὰ τὸ ξηραίνεσθαι πήγνυται τὸ αἷμα, καὶ οἱ ἐπιρρυέντες εἰς αὐτὸ μοχθηροὶ χυμοί· ἐξερχομένων γὰρ αὐτῶν, ἄσηπτόν τε αἷμα καὶ κεχυμένον ὡς τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν E ἐργάζονται τὸ σύμπαν αἷμα· στάντων οὖν αὐτῶν, καὶ τὸ σύμφυτον θερμὸν ἀποβαλλόντων καὶ σβεννυμένων, ἡ πῆξις τοῦ αἵματος ὡς ἐν νεκρῷ τῷ σώματι γίγνεται. φλεβοτομηθέντων οὖν αὐτῶν τῶν οὕτως καμνόντων, ψυχρὸν καὶ παχὺ καὶ μόγις ἐκρέον τῶν φλεβῶν ὁρᾶται τὸ αἷμα διά γε τὴν ψύξιν ταύτην. ἐνίοτε δὲ δι᾽ ὅλου γίγνονται τοῦ σώματος οἱ σπασμοί, καὶ πρός ἀγαθοῦ γε, καὶ συμφέρουσιν ἔστιν ὅτε· κλονοῦντες γὰρ ὅλον τὸ σῶμα, πάντα τὰ μόρια θερμαίνουσιν, ὥστε τὸ μὲν διαφορεῖσθαι τοῦ πλήθους, τὸ δὲ ὠθεῖσθαι πρός τινα τῶν ἀκυρωτέρων μορίων, ἐν οἷς ὅταν δυσλύτως σφηνωθῇ, τὴν παραπληξίαν ἐργάζεται· δέδεικται γὰρ ὡς οὕτως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει τὰς ἐξ ἀποπληξίας ἢ ἐπιληψίας εἴς τινα τῶν ἀκυρωτέρων μορίων ἀποσκηπτούσας παραλύσεις. ἐνίοτε καὶ χωρὶς σπασμοῦ τῆς ἀποπληξίας γινομένης, εἰς μορίου παράλυσιν ἐνίοις ἐτελεύτησε τὸ πάθος, ὃ παραπληξία καλεῖται. τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα. F

si in ambientes locos fluxiones inciderint, atque spiritibus exire nequeuntibus exaruerint.

COMMENTARIVS GALENI.

Eiusdem cum prædictis generis est sermo qui nunc effertur, quem etiam illis nonnulli copulant. Atque propterea duplex huius verbi προηγήσηται.i. *præcesserint*, descriptio reperitur. Sunt enim qui præsentem sermonem cum prædictis coniungant, scribentes προς syllabam cum σ elemento; alii verò non coniungunt, scribuntque προ sine σ. Verùm quòd dicitur, huiusmodi est. Dolorum motio affluxum humorum ad eam, quæ dolore vexatur, partem excitare consueuit. Quum igitur vitiosis humoribus corpus scateat, tum bilis atræ, tum cæterorum acrium humorum affluxiones oriuntur, ob quas & dolet æger magis, & mordentur internæ partes; discruciantúrque demorsæ à dictis humoribus quæ in affecta parte sunt venæ, idque ipsum rei alterius causa redditur contraria. Nam repletà à fluxionibus huiusmodi affectâ parte, corrumpitur quidem in primis sanguis ipse, vasa verò opplentur, quod in eo cunctos spirituum decursus prohibet. Nam apertè & id ipse declarauit, inquiens, *Nequeuntibus spiritibus naturales in ipso vias permeare*, quod sanè spirituum interceptionem paulò antè vocauit. Quum autem sanguis steterit, atque cum eo omninò spiritus, pefrigerationes fiunt, vertigines, aphoniæ, capitis grauitates, & conuulsiones. His autem succedunt & paraplexiæ, & epilepsiæ, quum in locos oppletas venas continentes irruerint fluxiones. Locos dixit, corporis nimirùm partes, quas ipse ascripsit, cor, hepar, & venam, quæ prædicta scilicet coniungit viscera, posteà à medicis cauam appellatam; quod venarum corporis animalis amplissima sit. Iure igitur sanguis his in locis propter venarum repletionem spiritum peruadere non permittit, sed tanquam in mortuo corpore concrescit. Id verò & author ipse ostendit; *Atque spiritibus exire nequeuntibus, exaruerint.* At propriè magis dixisset, *concreuerint.* Concrescunt siquidem & quæ siccantur, & quæ refrigerantur. Nunc autem non propter exiccationem concrescit sanguis, & qui in ipsum affluunt vitiosi humores. Nam prodeuntibus ipsis, tum incorruptus, tum fusus secundum naturam affectus, vniuersus efficitur sanguis. Verùm quum stant, natiuumque calorem destruunt extinguuntque, concretio sanguinis tanquam in mortuo corpore fit. Quum ergò ita affectis vena secta est, sanguis frigidus crassusque, & vix è venis effluens conspicitur, propter huiusmodi refrigerationem. Interdùm autem & toto corpore conuulsiones fiunt; interdúmque salubriter, & conferunt. Nam corpus totum concutientes, vniuersas calefaciunt partes, adeò vt plenitudo partim per cutim discutiatur, partim ad aliquam ignobiliorem partem amandetur; vbi quum indissolubilis impacta fuerit, paraplexiam efficit. Nam quòd eas quæ ex apoplexia, aut epilepsia ad aliquam ignobilium partium irruût, paralyses Hippocrates ita appellet, demonstratum est. Interdùm & factâ absque conuulsione apoplexiâ, nonnullis affectus in partis resolutionem finiuit; qui paraplexia appellatur. Cætera dictionis sunt manifesta.

Quum

Quum efferuntur tum spiritus, tum fluxiones, statim per initia sanguinem detrahendum esse; vbi verò sanguis concreuerit, tum fotus, tum frictiones facere oportere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 25.

At his sanè, priùs adhibitis fomentis, statim per initia venam secare oportet, quum adhuc attolluntur, qui oblædunt omnes tum spiritus, tùm fluxiones; faciliùs etenim remedijs patent.

COMMENTARIVS GALENI.

QVi ita afficiuntur, his antè adhibere fotus oportet, quoniam concreuit in ipsis sanguis, difficulterque effluit. Sed quum & in fotu ipso frictio aliqua fiat, facere quòd nos scripsimus perpetuò est melius, statim secare internam cubiti venam. Non enim semper ita concretus sanguis reperitur, vt effluere non possit. Fricandæ igitur in eo tempore multis ab hominibus cunctæ corporis partes; & si mediocriter *sanguis* fluat, rursus fricandæ, superque auferendus *sanguis*. Si verò non *fluxerit*, fricandæ quidem & fouendæ, donec fluxerit. Vbi verò in paraplexiam desierit affectio, breui fricare expedit tempore, & fouere; ac rursùm fricare, & fouere, donec citissimè hæc desierint, quum adhuc attolluntur mouenturque spiritus, nec euacuationi sunt contumaces.

A phlebotomia corpus reficiendum esse. Quòd si non leuetur æger, per superiora vomitu purgandum; & si aluus non deiiciat, ipsam clystere, aut lacte asinino subducendam esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 26.

Et recreatis viribus, & prospectis indicationibus, si non leuetur, venter superior medicamento purgandus est; inferior autem aluus, nisi clystere subducatur, lacte asinino, quod coctum exhibeto, neque minùs quàm heminas duodecim bibat; atque si virium robur ipsi adsit, plusquàm sexdecim.

COMMENTARIVS GALENI.

AB ea quæ venæ sectione fit, vacuatione, refici hominem roborarique præcipit, vt si nihil leuatus videatur, ad eam quæ per superiores partes, quod est per vomitum, fit purgationem agatur. Verùm purgans medicamentum neque nominatim perstrinxit, neque ipsius fecit delectum. Nam quòd ad morbi magnitudinem viriumque robur respicientes, vel album veratrum vel ex aliis vomitum cientibus quicquam exhibeamus, apertum est. Quæ autem de aluo inferiore dicta sunt, declarantur. Neque verò mireris lactis copiam; ita nanque antiquis omnibus consuetum erat. Quòd autem lac asinæ propter humiditatem exhibeat, suprà dictum est, atque ampliùs, quòd non coaguletur epotum, quemadmodum crassa. At ipsi tum mel tum sal miscere conuenit.

Ὅταν μετέωρα ᾖ τά πνεύματά τε καὶ τὰ ῥεύματα, εὐθέως ἐν ἀρχαῖς τὴν φλέβα τέμνειν χρὴ· ὅταν δὲ πέπηγεν τὸ αἷμα, πυριᾶν τε καὶ τρίβειν.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κέ.

Ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προπυριάσαντας [28] φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν εὐθέως, μετεώρων ἐόντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων· εὐβοηθητότερα γάρ ἐστι.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Προπυριᾶν δεῖ τοὺς οὕτως ἔχοντας, ἐπειδὴ πέπηγεν ἐν αὐτοῖς τὸ αἷμα καὶ δύσρουν ἐστίν· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τρῖψίς τις ἐν τῇ προπυριᾶν γίγνεται, κάλλιον προσέθην, ὅπερ ἡμᾶς ἔγραψαμεν ἀεί, τέμνειν αὐτίκα τὴν ἐν ἀγκῶνι φλέβα τὴν ἔνδον· οὐ γὰρ ἀεὶ πεπηγὸς οὕτως, ὡς μὴ δύνασθαι ῥεῖν, εὑρίσκεται τὸ αἷμα. τρίβειν δ' ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ διὰ πολλῶν ἀνθρώπων ἅπαντα τοῦ σώματος τὰ μόρια· κἂν μὲν ῥυῇ σύμμετρον, αὖθις τρίψαντα πάλιν ἐπαφαιρεῖν· εἰ δὲ μή, τρίβειν τε καὶ πυριᾶν, ἄχρις ἂν ῥεῖ. ἔνθα δ' εἰς παραπληξίαν κατέσκηψε τὸ πάθος, ἐγχωρεῖ τρίβειν ἐν χρόνῳ βραχεῖ καὶ πυριᾶν, καὶ τρίβειν αὖθις καὶ πυριᾶν, μέχρις ἂν τάχιστα παυθῇ ταῦτα, ἔτι μετεώρων ὄντων τῶν πνευμάτων καὶ κενωθῆναι μὴ δυσλύτων.

Μετὰ τὴν φλεβοτομίαν, ἀναληπτέον τὸ σῶμα· εἰ μὴ κουφίζηται ὁ κάμνων, ἄνω δι' ἐμέτων καθαρτέον, καὶ εἰ μὴ ὑποχωρῇ ἡ κοιλία, κάτω ὑπάγειν αὐτὴν κλυσμῷ, ἢ γάλακτι ὄνου.

ῬΗΣΙΣ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κς'.

Καὶ ἀναλαμβάνοντα, καὶ τὰς κρίσιας ἐπιθεωρέοντα, φαρμακεύειν, ἢν μὴ κουφίζηται, ἄνω· τὴν δὲ κάτω κοιλίην, ἢν μὴ ὑποχωρέῃ κλυσμῷ, ὄνου γάλα ἑφθὸν δίδου, καὶ πινέτω μὴ ἔλασσον δώδεκα κοτυλέων· ἢν δὲ [29] ῥώμη παρέχῃ, πλεῖον ἑξκαίδεκα.

ὙΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Μετὰ τὴν ἐκ φλεβοτομίας κένωσιν, ἀνακτᾶσθαι κελεύει καὶ ῥωννύναι τὸν ἄνθρωπον, ὅπως εἰ μηδὲν φαίνοιτο κεκουφισμένος, ἐπὶ κάθαρσιν ἀχθῇ τὴν διὰ τῶν ἄνω μορίων, ὅπερ ἐστὶ τὴν δι' ἐμέτων. παραλέλοιπεν δ' εἰπεῖν ὀνόματι τὸ καθαρτικὸν φάρμακον, οὐδ' ἐνέφηνε μὲν, ποιησάμενος αὐτοῦ τὴν ἔκλεξιν· εὔδηλον γὰρ ὅτι πρὸς τὸ τοῦ νοσήματος μέγεθος, καὶ τῆς δυνάμεως τὴν ῥώμην ἀποβλέποντες, ἢ τὸν λευκὸν ἐλλέβορον, ἤ τι τῶν ἄλλων τῶν τὸν ἔμετον κινούντων δώσομεν. τὰ δὲ περὶ τῆς κάτω κοιλίας εἰρημένα, πρόδηλα· μὴ θαυμάσῃς δὲ τὸ πλῆθος τοῦ γάλακτος· οὕτω γὰρ [30] πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἦν σύνηθες. εἴρηται δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι δι' ὑγρότητα δίδωσιν ὄνου γάλα, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐδὲ ἐστι πηγνύμενον ὅταν ποθῇ, καθάπερ τὰ παχέα· προσμιγνύναι δ' αὐτῷ μέλιτός τε καὶ ἁλῶν προσήκει.

A

Ἡ κυνάγχης γένεσις, τὸ πρῶτον εἶδος, καὶ αἰτίαι, καὶ τὰ πεπονθότα μόρια, καὶ θεραπεῖαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κζ'.

Συνάγχη δὲ γίνεται, ὁκόταν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πουλὺ καὶ κολλῶδες, ὥρῃ χειμερινῇ ἢ ἐαρινῇ ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἐπιῤῥυῇ, καὶ τὸ [31] ῥεῦμα πλεῖον διὰ τὴν εὐρύτητα ἐπισπάσωνται. ὅταν δὲ ψυχρόν τε ἐὸν, καὶ κολλῶδες ἐμφράξῃ, τοῦ τε πνεύματος τὰς διεξόδους καὶ τοῦ αἵματος ἀποφράσσον, πήγνυσι τὰ ξυνεγγὺς τοῦ αἵματος, καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον ποιεῖ, φύσει ψυχρὸν ἐὸν καὶ ἐμφρακτικόν· διὰ τοῦτο [32] πνίγονται, τῆς γλώττης ἀποπελιουμένης, καὶ στρογγυλουμένης, καὶ ἀνακαμπτομένης διὰ τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν. τῆς γὰρ [32] ὑποτεμνομένης σταφυλῆς, οἱ δὲ κιονίδα καλέουσιν, ἑκατέρωθεν φλὲψ παχεῖα· ὁκόταν οὖν πλήρεις αὗται ἐοῦσαι, ἐς τὴν γλῶσσαν ἐναποσκηρίζονται ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ [33] σπογγώδεα διά γε τὴν ξηρασίην· ἡ δ' ὑπὸ βίης, τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν δεχομένη ὑγρὸν, ἐκ πλατείης μὲν στρογγύλη γίνεται, ἐξ εὐχρόου δὲ πελιδνὴ, ἐκ μαλθακῆς δὲ σκληρὴ, ἐξ εὐκάμπτου δὲ ἄκαμπτος, ὥστε ταχέως ἀποπνίγεσθαι, ἢν μή τις [34] ταχέως βοηθῇ, φλεβοτομίην τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων, καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας [35] ὑποτεμὼν, καὶ φαρμακεύων τοῖσιν [35] ἐκλεικτοῖσι, καὶ διαγαργαρίζων θερμοῖσι, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποξυρᾶν, καὶ κήρωμα τραχήλῳ, καὶ κεφαλῇ περιτιθέναι, καὶ ἐρίοισι περιελίσσειν, καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσι ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιέζοντα πυριῇν. πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον μὴ ψυχρά· χυλὸν δὲ προσφέρειν, ὁκόταν ἐκ κρίσιος ἐν ἀσφαλείῃ ἤδη ᾖ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Εἴτε συνάγχην ἐθέλοις λέγειν, εἴτε κυνάγχην, ἢ τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν συνάγχην, τὸ δ' ἕτερον κυνάγχην, εἴτε συνάγχην ἄμφω καλέσεις, εἰδέναι δεῖ, δύο λόγους εἶναι κυνάγχης· πρὸς γὰρ τὴν θεραπείαν οὐδὲν τῶν ὀνομάτων δεόμεθα. εἴωθε γὰρ διδάσκειν αὐτὴν ἄμεινον μακρῷ τῶν ἐν τοῖς ὀνόμασι τερατευομένων· ὑπογράψω δέ σοι διὰ βραχέος λόγου, τὴν τῆς τοιαύτης διδασκαλίας ἰδέαν, ἀρχὴν τήνδε ποιησάμενος. τῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς καταφερομένων ῥευμάτων, ἔνια μὲν ἐστὶ λεπτὰ κατὰ τὴν σύστασιν, ἔνια δ' ἐκ παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν. ὅσα μὲν οὖν τῶν λεπτῶν ἐστὶ, διεξερχόμενα τὰς εὐρείας φλέβας, ἐπὶ ταῖς στενωτέραις ἴσχεται· τοιαῦται δ' εἰσὶν αἱ κατὰ τὸν [36] λάρυγγα· τὸ δ' ἐναντίον ἐπὶ τῶν παχέων συμβαίνει, τῷ μὴ ἐνδύεσθαι πάσαις ταῖς λίαν στεναῖς φλεψὶ, φθανόντων δὲ κατὰ τὰς εὐρυχωρίας αὐτῶν ἴσχεσθαι. ἐσφηνωμένων οὖν τῶν τοιούτων χυμῶν ἐν ταῖς κατὰ τὴν φάρυγγα φλεψὶν, ἐπ' ὄγκον αἴρεται τὸ μόριον, ὥσπερ ὁ λάρυγξ ἐπὶ τοῖς ἑτέροις, ἅτε δὴ παμπόλλῳ στενῶν ὄντων τῶν τοῦ λάρυγγος, ἢ τῆς φάρυγγος. εἶναι δὲ χρὴ ἀπέριττον τὸ πᾶν σῶμα καὶ μὴ πληθωρικὸν, δυοῖν ἕνεκα, τῆς τε [37] πρὸς τοὺς κενοὺς ἀντισπάσεως, καὶ διότι κενωθέντος, ἐπειδὰν ἀποκρουώμεθα τῶν πεπονθότων τόπων τὸ ἐπιῤῥέον, ἐπιδέξεται ῥᾳδίως, εἴτε διαφορεῖν ἐθέλοιμεν θερμαίνοντες, οὐδὲν τῷ θερμαινομένῳ τόπῳ χορηγήσει.

Anginæ generatio, species prima, causæ, partes affectæ, & curationes.

TEXTVS HIPPOCRATIS 27.

Angina fit, quum sub hyemē aut vernum tempus multa ac glutinosa fluxio è capite ad iugulares venas defluxerit, eæque propter amplitudinem copiosiorem fluxionem attraxerint. Quum autem B *quòd & frigida & glutinosa sit, obstruat, tum spiritûs tum sanguinis vias obstruens, vicinas sanguini partes condensat, ipsumque immobilem ac statarium efficit, quum frigidus naturâ sit & obstruendi vi præditus. Ob id suffocantur, liuente linguâ & rotundâ euadente, ac reflexâ propter venas linguæ subiacentes. Nam subsectâ vuulâ, quàm nonnulli columellam vocant, vena vtrinque crassa apparet. Quum igitur hæ oppletæ fuerint, linguæ, quæ ob sicci* C *tatem & rara & spongiosa existit, innituntur. Ea verò præ violentia ex venis humorem accipiens, ex latâ rotunda efficitur; ex bene coloratâ, liuens; ex molli, dura, atque ex facilè flexibili inflexibilis, ita vt citò suffocet, nisi quis citò auxilietur, tum factâ ex brachijs venarum sectione, tum sectis quæ sub lingua sunt venis, & medicamentis linctu medentibus, & calidis oris collutionibus. Abraso quoque capite, ceratum tum collo, tum capiti admouendum, & obuolutis lanis, mollibusque spongijs ex* D *aquâ calidâ expressis fotus adhibendi. Aqua etiam, & mulsa non frigida bibenda est. Cremor denique assumendus, quum iam ex iudicatione in tuto fuerit.*

COMMENTARIVS GALENI.

Siue synanchon dicere volueris, siue cynanchon; vel alterum quidem horum synanchen, alterum verò cynanchen; siue vtrumque synanchen vocaueris; sciendum est, duas cynanches E esse rationes. Nam ad curationem nominibus nobis opus non est. Consueuit siquidem eam docere longè meliùs, quàm qui in nominibus monstrosa enunciant. Subscribam autem tibi compendiosè talis doctrinæ ideam, ducto ita exordio. Fluxionum, quæ ex capite deferuntur, quædam consistentiâ tenues existunt, quædam ex crassis viscosisque humoribus *constant*. Quæ igitur tenues sunt, hæ latis penetratis venis, in angustioribus detinentur. Tales autem sunt, quæ in gutture sunt. Contrarium autem in crassis contingit, quòd non ingrediantur vniuersas venas admo- F dùm angustas, hæ priùs in capacioribus detentæ. Quum igitur in faucium venis tales impacti fuerint humores, pars in tumorem attollitur, quemadmodùm guttur ex aliis; tanquam gutturis, quàm faucium, angustiores multò existant venæ. Corpus autem totum vacare excrementis debet, & non plethoricum esse, geminam ob causam; tum ob eam quæ à vacuatione est reuulsionem; tum quòd vacuato *corpore*, quum à locis affectis quod influit expellimus, id faciliùs suscipiet, nihilque, si calido fotu discutere voluerimus, parti calefactæ conferet.

Corpus

Corpus igitur totum venâ sectâ vacuari oportet, & purgatione, & clysteribus. Verùm affectas partes tum medicamentis astringentibus, quæ profluentes repellant humores, atque ex consistentibus eos qui non admodùm infarcti sunt, & maximè glutinosi, & crassi; tum calidis & acribus, quæ contentos in affectis partibus humores discutiant. At sine medicamentis, venæ quæ sub lingua sunt sectæ, eam quæ in faucibus est, phlegmonen euacuant. Sed quoniam humorum nonnulli crassi glutinosique sunt, acrioribus multò propterea indigent medicamentis, quæ scilicet & secare, & in tenuia diuidere, & tum glutinosa tum crassa incidere possint. Præterea & ad exteriorem superficiem humores reuellere oportet, admotis collo quæ attrahendi polleant facultate medicamentis. Nam cutaneas colli partes, quàm imas affici melius est; quòd spiritus quidem in inspirationibus ad fauces gutturque irruat, & in expirationibus, per ea foras deferatur. Sæpiùs verò quæ ad partes prædictas procedunt fluxiones, eæ ad partes quasdam alias exprimente naturâ transmutantur; atque interdùm per initia ita deferuntur, vt rursùm aliæ oriantur tum faucium, tum gutturis fluxionum differentiæ. Quòd autem quæ ad cutem recesserunt, iis quæ in profundum decubuerunt, multò salubriora existant, constat omnibus. Commune tamen in vtrisque tum colli, tum capitis à quo fluxiones irruunt, auxilium tibi sit. Sermo hic & synancharum species, & causas, & affectos locos, & curationes docuit; neque si vel synanchen, vel cynanchen, vt neque synanchon, vel cynanchon appellaret, fuit solicitus. Qui igitur librum hunc scripsit, neglectis nominibus, omnes qui tum in faucibus, tum gutture consistunt, arctantque respirationem, affectus synanchos appellitans, duas horum species esse ait; alteram quidem quæ à glutinosa frigidaque fluxione facta sit, quam pituitosam vocare possis; alteram verò à calida acrique, quàm si picrocholam biliosamque simpliciter appellaueris, non peccaueris. Priorem autem fluxionem in latiores decumbere venas ait, biliosam etiam in tenuiores peruenire ostendens. Cætera dictionis sunt manifesta. Ad ea autem quæ retuli, conuertas animum oportet; & si primâ vice non intellexeris, bis & ter lege, & intelliges. Ego autem ad secundam synanchi speciem transibo.

A τὸ μὲν οὖν ὅλον σῶμα χρὴ κενοῦσθαι διὰ φλεβοτομίας, καὶ καθάρσεως, καὶ κλυστήρων· αὐτὰ δὲ τὰ πάσχοντα μόρια, διὰ μὲν τῶν στυφόντων φαρμάκων, ἀποκρουομένων τούς τε παραῤῥέοντας χυμοὺς, καὶ τῶν ἐστηριγμένων, ὅσοι γε μὴ σφοδρῶς εἰσιν ἐμπεφραγμένοι, καὶ πάνυ γλίσχροι καὶ παχεῖς· διά τε τῶν θερμῶν καὶ δριμέων, διαφορούντων τοὺς κατὰ τὰ πεπονθότα μόρια περιεχομένους χυμούς· ἄνευ δὲ φαρμάκων, αἱ ὑπὸ τὴν γλῶτταν φλέβες ἐντεμνόμεναι, τὴν ἐν τῇ φάρυγγι φλεγμονὴν ἐκκενοῦσιν. B ἐπεὶ δὲ τῶν χυμῶν ἔνιοι παχεῖς εἰσι καὶ γλίσχροι, πολὺ δριμυτέρων τούτοις ἐστὶ φαρμάκων χρεία, τέμνειν δηλονότι, καὶ διαιρεῖν εἰς λεπτὰ, καὶ καταθραύειν τὰ γλίσχρα, καὶ τὰ παχέα δυναμένων. καὶ πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν ἀντισπᾶν χρὴ τοὺς χυμοὺς, περιτιθέντας τῷ τραχήλῳ φάρμακα δύναμιν ἔχοντα ἑλκτικήν· βέλτιον γὰρ τὰ κατὰ τὸ δέρμα μᾶλλον, ἢ τὸ βάθος πάσχειν τοῦ τραχήλου, διότι τὸ μὲν πνεῦμα, κατὰ μὲν τὰς εἰσπνοὰς ἐμπίπτει τῇ φάρυγγί τε καὶ λάρυγγι, κατά τε τὰς ἐκπνοὰς ἔξω δι' αὐτῶν φέρεται. πολλάκις μέντοι τὰ παραγινόμενα ἐς τὰ προειρημένα μόρια ῥεύματα, μεθίστανται πρὸς ἄλλα τινὰ μόρια, τῆς φύσεως ἀποτελεσμένης αὐτά· καί ποτε κατ' ἀρχὰς εὐθέως C οὕτως ἠνέχθη, ὥστε πάλιν ἄλλας διαφορὰς γίνεσθαι τοῦ τε κατὰ τὴν φάρυγγα, καὶ κατὰ τὸν λάρυγγα ῥεύματος. εὔδηλον δ' ὅτι τὰ πρὸς τὸ δέρμα χωρήσαντα πολὺ τῶν εἰς τὸ βάθος κατασκηψάντων ἐστὶν εὐιατότερα· κοινὸν δ' ἐπ' ἀμφοτέρων βοήθημα, τοῦ τε κατὰ τοῦ τραχήλου, καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφ' ἧς ὁρμᾶται τὰ ῥεύματα, γινέσθω σοι. οὗτος ὁ λόγος ἐδίδαξε τά τε τῶν συνάγχων εἴδη καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν, καὶ τοὺς πεπονθότας τόπους, καὶ τὰς θεραπείας, οὐδὲν δεηθεὶς ὀνομάσαι συνάγχην τε καὶ κυνάγχην, ὥσπερ οὐδὲ σύναγχόν τε καὶ κύναγχον. ὁ τοίνυν γράψας τὸ βιβλίον τοῦτο, μηδὲν φροντίζων τῶν ὀνομάτων, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν φάρυγγα D καὶ τὸν λάρυγγα συνιστάμενα πάθη, καὶ στενοχωροῦντα τὴν ἀναπνοὴν, ὀνομάσας συνάγχους, δύο φησὶν αὐτῶν ὑπάρχειν εἴδη, τὸ μὲν ἕτερον ὑπὸ κολλώδους τε καὶ ψυχροῦ ῥεύματος γινόμενον, ὅπερ ἐστὶ καλεῖν φλεγματικόν· τὸ δ' ἕτερον ὑπὸ θερμοῦ καὶ δριμέος, ὅπερ οὖν πάλιν πικρόχολον ὀνομάζων ἢ χολῶδες ἁπλῶς, οὐκ ἂν ἁμάρτοις. κατασκήπτειν δέ φησι τὸ πρότερον τῶν εἰρημένων ῥευμάτων εἰς τὰς εὐρυτέρας φλέβας, ἐνδεικνύμενος ὅτι καθ' ἕτερον τὸ χολῶδες εἰς τὰς λεπτοτέρας ἀφικνεῖται. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα· δεῖ δὲ προσέχειν οἷς εἶπον, τὸν νοῦν· εἰ δὲ μὴ νοήσῃς τὸ πρῶτον, δὶς καὶ τρὶς ἀναγνοὺς, νοήσεις. E ἐγὼ δὲ μεταβήσομαι πρὸς τὸ δεύτερον εἶδος τοῦ συνάγχου.

Anginæ species secunda, æstiua aut autumnalis, calidæ acrisque fluxionis soboles.

Τὸ τῆς συνάγχης εἶδος δεύτερον, θερινὸν ἢ φθινοπωρινὸν, τὸ τοῦ θερμοῦ τε καὶ δριμέος ῥεύματος ἔκγονον.

TEXTVS HIPPOCRATIS 28.

Qvum verò æstiuâ vel autumnali tempestate ex capite calida & nitrosa fluxio defluxerit, vt quæ ab anni tempestate tum acris, tum calida obtigerit, quùmque huiusmodi fuerit, mordet, vlcerat, & spiritu implet, orthopnœa oboritur, siccitasque multa, quæ sub conspectum cadunt, gracilia comperiuntur. Posteriores quoque ceruicis tendones contenduntur, ac tanquam in tetano intendi videntur. Vox quoque abrupta est, ac spiritus paruus. Spiritûsq; retractio densa ac violenta oboritur. His arteria vlce-

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κή.

F ΟΚΟΤΑΝ ἐν θερινῇ ἢ μετοπωρινῇ ὥρῃ ἐκ κεφαλῆς θερμὸν τὸ ῥεῦμα καταῤῥυῇ καὶ νιτρῶδες, ἅτε ἀπὸ τῆς ὥρης δριμὺ καὶ θερμὸν γεγενημένον, δάκνει δὲ τὸ τοιόνδε ἐὸν, καὶ ἑλκοῖ, καὶ πνεύματος ἐμπίπλησι, καὶ ὀρθόπνοια παραγίνεται, καὶ ξηρασίη πολλὴ, καὶ τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται· καὶ τοὺς ὄπισθεν τένοντας ἐν τῷ τραχήλῳ ξυντείνεται, καὶ δοκέει οἱ τέτανος ἐντετάσθαι. καὶ ἡ φωνὴ ἀπέῤῥωγε, καὶ τὸ πνεῦμα σμικρὸν· καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ, καὶ βιαίη παραγίνεται. Οἱ τοιοίδε τὴν ἀρτηρίην ἑλ-

ἑλκοῦται, καὶ τὸν πνεύμονα πίμπρανται, οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι· τοῖσι τοιουτέοισι δὲ, ἢν μὴ εἰς τὰ ἔξω μέρεα τοῦ τραχήλου ἑκουσίη ἀποφέρηται, δεινοτέρη καὶ ἀφυκτοτέρη ἐστὶ διὰ τὴν ὥρην, καὶ ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Πῶς, καὶ διὰ τί; ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων. τὸ μὲν γὰρ πρότερον ῥεῦμα τὸ φλεγματικὸν, ἐν χειμῶνι καὶ ἦρι κατασκήπτειν ἔφη, τουτὶ δὲ τὸ δεύτερον ἐν μετοπωρινῇ ἢ ἐν θερινῇ ὥρῃ, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ὡρῶν ἀνάλογον, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. ὀρθόπνοιαν δὲ τούτῳ τῷ εἴδει τῆς συνάγχης προσεῖναί φησιν, ἥτις ὀρθόπνοια μεγάλης ἐστὶ στενοχωρίας γνώρισμα, κατά τι τῶν ἀναπνευστικῶν μορίων ἐνοχλούσης, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν. ἐὰν δὲ κελεύσῃς τούτοις διοῖξαι μέγιστον τὸ στόμα, καὶ καταστείλῃς τὴν γλῶτταν, ὑπὲρ τοῦ κατασκέψασθαι τὰ κατὰ τὴν φάρυγγα, τοιοῦτον οὐδένα παρὰ φύσιν ὄγκον, οἷον ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, εὑρήσεις· ἐδήλωσε δὲ ὁ συγγραφεὺς τοῦτο, διὰ τὸ φάναι, καὶ τὰ ὁρώμενα ἰσχνὰ φαίνεται. τὸ γὰρ φλεγμαῖνον ἐν τῷ [38] πόρῳ τῆς φάρυγγος, ἀόρατόν ἐστι· ὅσον δὲ ὁρατὸν διοιχθέντων, τοῦτο πᾶν ἀφλέγμαντόν τε, καὶ ἰσχνὰ τὰ μόρια· τὸ γὰρ ἰσχνὸν, ἐνίοτε λέγεται πρὸς ἀντίθεσιν τῶν παρὰ φύσιν ὀγκουμένων· ἔνιοι δὲ μὴ νοήσαντες τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς, ἰσχνὰ, φωνῆς, ὅπως εἴρηται νῦν, ἐξηγοῦνται τὴν λέξιν γελοίως· τινὲς δὲ καὶ [39] κατασκευάζουσιν, ὥσπερ καὶ οἱ οὕτω γράφοντες, καὶ τὰ ὁρώμενα ἄχροα φαίνεται. τοῖς γε μὴν οὕτω διακειμένοις, ἐνίοτε τοῦ ῥεύματός τι καὶ εἰς τοὺς πλησιάζοντας τῷ λάρυγγι μερίζεται μῦς ὄπισθεν αὐτοῦ τεταγμένους, ἔνθα καὶ ὁ στόμαχος, ὃς καὶ αὐτὸς συνδιατίθεται πολλάκις· μετὰ τοῦτο γοῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει καὶ τοῦτο γέγραπται· καὶ τοὺς ὄπισθεν τένοντας ἐν τῷ τραχήλῳ ξυντείνεται, καὶ δοκέει εἶναι τέτανος ἐντεταμένος. τὸ δ᾽ ἐφεξῆς εἰρημένον, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐνδείκνυται τὸ πεπονθέναι τὴν λάρυγγα· δέδεικται γὰρ ἐν τούτῳ τοῦ ζώου τῷ μορίῳ, τῆς φωνῆς ἡ γένεσις ἀποτελεῖσθαι. διὰ τοῦτο γοῦν ἔφη, καὶ ἡ φωνὴ ἀπέῤῥωγε, καὶ πνεῦμα σμικρόν. ἡ μὲν γὰρ φωνὴ παντάπασιν ἀπέῤῥωγε, τουτέστιν ἀπόλλυται, παθόντος ὡς εἴρηται τοῦ λάρυγγος. ἡ δ᾽ ἀναπνοὴ, μικρὰ γίγνεται διὰ τὴν στενοχωρίαν τοῦ πόρου· λέγεται δὲ ἐν τοῖς περὶ δυσπνοίας, ὅτι μακροτέρα τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς διαλείμμασι πυκνοτέρα. τοῦτο δ᾽ αὐτὸ ὁ συγγραφεὺς οὕτως ἡρμήνευσεν· καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαίη παραγίνεται. πνεῦμα, καὶ τὴν μετὰ τὴν εἰσπνοὴν, δευτέραν ἐκπνοὴν, καὶ τὴν μετὰ τὴν ἐκπνοὴν, δευτέραν εἰσπνοὴν εἶπεν· ἑκατέρως γὰρ πυκνὸν γίγνεται τὸ πνεῦμα. καὶ γὰρ ἡ μετὰ τὴν εἰσπνοὴν ἠρεμία, βραχυχρόνιός ἐστι τοῖς οὕτω διακειμένοις, καὶ ἡ μετὰ τὴν ἐκπνοὴν πρὸ τῆς εἰσπνοῆς· τὰς δ᾽ ἀποδείξεις τούτων ἐν τοῖς περὶ δυσπνοίας ἔχεις εἰρημένας. Οἱ τοιοίδε τὴν ἀρτηρίην ἑλκοῦνται, καὶ τὸν πνεύμονα [40] πίμπρανται, οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι· τοῖσι τοιουτέοισι δὲ ἢν μὴ εἰς τὰ ἔξω μέρεα τοῦ τραχήλου ἑκουσίη ἀποφέρηται, δεινοτέρη καὶ ἀφυκτοτέρη ἐστὶ καὶ διὰ τὴν ὥρην, καὶ ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρτηρίαν ἑλκοῦσθαι τοῖς οὕτω διακειμένοις εἴρηται, διὰ τὴν τοῦ χυμοῦ δριμύτητα δηλονότι. τὸν δὲ πνεύμονα [41] πίμπρασθαι τρυχόμενον ἔφη, συνάπτων τὸν λόγον ἀληθεῖ δόγματι·

A ratur, pulmo incenditur, neq; externum aërem intro-ducere queunt. At his affectio nisi ad exteriores ceruicis partes vltronea deferatur, grauior ac ineuitabilior est, tum propter anni tempus, tum quòd à calidis acribusque sit humoribus.

COMMENTARIVS GALENI.

Quomodò, & quare *hæc fiunt?* quoniam à calidis & acribus. Priorem siquidem fluxionem, quæ pituitosa est, hyeme & vere de-
B cumbere ait; hanc verò secundam autumnali, vel æstinâ tempestate; in alijs verò anni temporibus ex proportione, vt anteà dictum est. Orthopnœam autem huic superuenire anginæ generi ait, quæ orthopnœa insignis nota est angustiæ, partem ex iis quæ respirationi subseruiunt, aliquam vexantis, vt suprà demonstrauimus. Quòd si hos amplissimum os aperire imperaueris, linguamque represseris, vt quæ in faucibus sunt, inspectare queas, nullùm sanè
C præter naturam tumorem, vt in artè dictis inuenies. Id verò scriptor explanauit his verbis. *Ac quæ sub conspectum cadunt, gracilia comperiuntur.* Nam quod in faucium meatu inflammatum est, non cernitur. Quod autem ex apertis cernitur, id omne & citra inflammationem existit, & partes ipsæ sunt graciles; nam gracile ad partium præter naturam tumentium oppositionem interdùm dicitur. Quam vocis huius *graciles* nunc dictam significationem ignorantes nonnulli, dictionem ridiculè exponunt. Alij autem etiam permutant, vt & qui ita scribunt; *Ac quæ sub conspectum cadunt, decolorata cernuntur.* Cæterùm ita affe-
D ctis fit interdùm vt & fluxionis partem recipiant laryngi vicini, atque à tergo ordine positi musculi, vbi & stomachus, qui sæpiùs & ipse vnà afficitur. Post hoc sanè in præsenti dictione id quoque scriptum est. *Posteriores quoque ceruicis tendones contenduntur, ac tanquam in tetano intendi videntur.* Quod autem deinceps dictum est, magis etiamnùm guttur affici ostendit. Nam vocis generationem in ea animalis absolui parte, demonstratum est. Quapropter inquit; *Vox quoque abrupta est, & spiritus paruus.* Etenim vox omninò abrupta est, hoc est, destruitur, affecto
E vt dictum est gutture. Respiratio autem parua redditur, propter meatûs angustiam. Recensetur autem in commentariis de difficultate spirandi, quòd longior tempore sit, & interuallis frequentior. Id verò ipsum scriptor ita enunciauit; *Spiritûsque retractio densa ac violenta oboritur.* Spiritum, & eam quæ inspirationi succedit expirationem, & eam quæ expirationi succedit inspirationem dixit. Ex vtroque enim densus redditur spiritus. Etenim ita affectis quæ inspi-
F rationi succedit quies, breue tempus habet; similiter & quæ expirationi succedit ante inspirationem. Demonstrationes horum in libris de spirandi difficultate enarratæ sunt. *His arteria vlceratur, pulmo incenditur, neque externum aërem inducere queunt. At his affectio nisi ad exteriores ceruicis partes vltronea deferatur, grauior ac ineuitabilior est, tum propter anni tempus, tum quòd à calidis acribusque sit humoribus.* Verùm & arteriam ita affectis vlcerari dictum est, nimirùm propter humoris acrimoniam, sed pulmonem incendi exhaustum ait, vero dogmati sermonem copulans.

Nam

Nam in commentario de vſu reſpirationis de-
monſtratum eſt, animal in reſpirationis priua-
tione, non ob ſubſtantiæ penuriam perire, ſed
quòd calor natiuus tum refrigerio, tum venti-
latione deſtituatur. Quapropter meritò qui im-
moderatior exiſtit, pulmonem accendit. Hāc igi-
tur anginæ ſpeciem tum grauiorem, tū ineuitabi-
liorē eſſe priore ait, tum propter antè dicta, tum
quòd æſtiuū autumnaleq; ſit anni tempus, & quòd
ex acrioribus exoriatur humoribus. Melior itaq;
eſt quæ cum coniūctione *&* eſt dictio, quàm quæ
ſine coniunctione *&* eſt. Significat autem ab iis
B quæ antè dicta ſunt, & propter anni tempus, in
quo fit, & propter humorem, à quo *oritur*,
maioris eſſe periculi ſecundam anginæ ſpeciem.
Non eſt ergo ſimpliciter ſcribendum, quòd tum
grauior, tum vitatu difficilior ſit propter anni tē-
pus. Quòd ſi & abſque coniunctione ſcriptionem
ſeruare quis voluerit, eā ita ſubaudire oportebit,
vt ſi in dictione eſſet. Multa ſiquidē atq; alia apud
antiquos defectiuo modo ſcripta reperiuntur.

A δέδεικται γὰρ ἐν τῷ περὶ χρείας ἀναπνοῆς, οὐκ ἐνδείᾳ τῆς οὐσίας
ἀπολλύμενον τὸ ζῶον ἐπὶ τῇ στερήσει τῆς ἀναπνοῆς, ἀλλ' ὅτι τὴν
ἐμψύξιν τε καὶ ῥίπισιν ἀπόλλυσι τὸ ἔμφυτον θερμόν. Εἰκότως
οὖν ἀμετρίας ἐχόμενον, πιμπρήσι τὸν πνεύμονα. τοῦτο τοιγα-
ροῦν τὸ τῆς κυνάγχης εἶδος δεινότερόν τε καὶ ἀφυκτότερον εἶναί
φησι τοῦ προτέρου, διά τε τὰ προειρημένα, καὶ διὰ τὸ θερι-
νήν τε καὶ φθινοπωρινὴν ὥραν εἶναι, ὅτι τε δριμυτέροις ἐπιγί-
νεται χυμοῖς. Ἀμείνων οὖν ἐστιν ἡ μετὰ τοῦ, καί; συνδέσμου γρα-
φή, τῆς ἄνευ τοῦ; καί, συνδέσμου· συνεμφαίνει δ' ἐπὶ τοῖς προει-
B ρημένοις τὸ καὶ διὰ τὴν ὥραν ἐν ᾗ γίνεται, καὶ διὰ τὸν χυμὸν
ὑφ' οὗ, χαλεπώτερον εἶναι τὸ εἶδος τὸ δεύτερον τῆς συνάγ-
χης· οὐχ ἁπλῶς οὖν εἶναι γραπτέον, ὅτι δεινότερον καὶ ἀφυκ-
τότερόν ἐστι διὰ τὴν ὥραν. Εἰ δὲ καὶ τὴν ἄνευ τοῦ συνδέ-
σμου γραφὴν ἐθέλοι τις φυλάττειν, ἀναγκαῖον ἔσται καὶ οὕ-
τως προσυπακούειν αὐτόν, ὡς εἰ καὶ κατὰ τὴν λέξιν εἴρητο·
πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα κατὰ τὸν ἐλλειπτικὸν τρόπον εὑρίσκεται πα-
ρὰ τοῖς παλαιοῖς γεγραμμένα.

C

Febris à deiectionibus non ſecedentibus, aut à cibo recen-
ti, cum lateris dolore ortæ curatio.

TEXTVS HIPPOCRATIS 29.

*SI febris prehenderit, veteri ſtercore non ſubeun-
te, aut recenti cibo accepto, ſiue cum lateris do-
lore, ſiue non; eum quietem agere oportet, donec cibi
primùm ad imum ventrem deſcenderint.*

COMMENTARIVS GALENI.

D DIctiones quoque huiuſmodi, ea quæ libro
de victu in acutis morbis adiecta ſunt,
Hippocratis ſcripta non eſſe oſtendunt. Non
enim qui perfectè de pleuritide in legitima li-
bri huius parte tractauerat, eum rurſus hic pau-
ca apponere oportebat.

Ἡ τοῦ πυρετοῦ τοῦ ἐκ κόπρου μὴ ὑπιούσης ἢ ἐκ νεοβόρου σιτίου,
σὺν ὀδύνῃ πλευροῦ γενομένου, θεραπεία.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κθ'.

ἨΝ πυρετὸς λάβῃ, παλαιῆς κόπρου ὑπεούσης, ἢ
νεοβρῶτι ἐόντι, ἤν τε σὺν ὀδύνῃ πλευροῦ, ἤν τε
μή· ἡσυχίην ἄγειν, μέχρις οὗ καταβῇ τὰ σιτία πρόσω
ἐς τὴν κάτω κοιλίην.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑὶ διὰ τῶν τοιούτων ῥήσεων ἔνδειξις γίνεται τοῦ τὰ προσκεί-
μενα τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, οὐκ εἶναι τοῦ Ἱπποκράτους
αὐτοῦ συγγράμματα· οὐκ ἔδει γάρ, τὰ τελεώτατα διεληλυ-
θὼς ἐν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ βιβλίου γεγραμμένα περὶ τῆς
πλευριτικῆς, ἐνταῦθα πάλιν ὀλίγα προσθεῖναι.

Eiuſdem febris cum lumborum grauitate, & flatibus
graueolentibus curatio.

TEXTVS HIPPOCRATIS 30.

E *POtu autem vti aceto mulſo. At quum graui-
tas ad lumbos deuenerit, inferiorem aluum dyſ-
mo ſubluere, aut medicamēto purgare* oportet. *Quū
verò purgatus fuerit, pro victu ſorbitionem primùm
& aquā mulſam, deinde cibaria & elixos piſces præ-
ſcribere, vinumq; aquoſum paucū ad noctē, interdiù
verò dilutā mulſā. Quum verò flatus ita graueolētes
fuerint, aut balano, aut clyſmo* vtēdum. *Sin minùs,
in aceti mulſi potu cōtinere oportet, donec cibi ad infe-
riorē aluū deſcēderint; deinde ſic clyſmate ſubducere.*

F

COMMENTARIVS GALENI.

POtu autem vti aceto mulſo. Indiſtinctè dictum
eſt; quanquàm quod hîc ſcriptum eſt, in
legitima libri huius parte diſtinctum ſit, & quæ
poſt id, vſquequò piſcium meminit Hippocra-
tes; quoniam adhuc de ægrotantibus in libro
ipſe agebat, & non iis qui ex morbo conualeſ-
cunt. Cætera dictionis manifeſta.

Ἡ τοῦ αὐτοῦ πυρετοῦ σὺν ὀσφύος βάρει καὶ φύσαις δυσώδεσι
θεραπεία.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λ'.

ΠΟματι δὲ χρῆσθαι ὀξυμέλιτι. ὁκόταν δὲ ἐς τὴν
ὀσφὺν βάρος ἥκῃ, κάτω κλύσαι κλυσμῷ, ἢ κα-
θᾶραι φαρμάκῳ· ὁκόταν δὲ καθαρθῇ, διαιτᾶν ῥοφή-
ματι πρῶτον, καὶ πόματι μελικρήτῳ, ἔπειτα σιτίοισι καὶ
ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν, καὶ οἴνῳ ὑδαρεῖ εἰς νύκτα ὀλίγῳ, ἡμέ-
ρῃ δὲ ὑδαρὲς μελίκρητον. ὁκόταν δὲ αἱ φῦσαι δυσώδεες
ἔωσιν οὕτως, ἢ βαλάνῳ, ἢ κλυσμῷ· εἰ δὲ μή, ἐπιχει-
ρεῖν ὀξύμελι πίνοντα, ἕως ἂν καταβῇ ἐς τὴν κάτω κοι-
λίην, εἶθ' οὕτως κλύσματι ὑπάγειν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΟματι δὲ χρῆσθαι ὀξυμέλιτι. Ἀδιορίστως εἴρηται, καί-
τοι διώρισται ἐν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ βιβλίου, τὸ γε-
γραμμένον ἐν τῷδε καὶ τὰ μετὰ τοῦτο, μέχρις οὗ καὶ τῶν ἰχθύων
ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπειδὴ ἔτι περὶ τῶν νοσούντων ὁ
λόγος αὐτῷ κατὰ τὸ βιβλίον ἦν, οὐ περὶ τῶν ἀναλαμβανομένων
ἐκ νόσου. τὰ δ' ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα.

A

Εἰ τὴν γαστέρα λαπαρὴν ἔχοντα λάβῃ καῦσος, πρὸ τῆς τετάρτης ἡμέρας μὴ φαρμακεύειν χρή.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λα'.

ΗΝ δὲ λαπαρῷ ἐόντι καῦσος ἐπιλάβηται, ἤν τοι δοκέῃ φαρμακεύειν ἐπιτηδείως ἔχειν, εἴσω τριῶν ἡμερῶν μὴ φαρμακεύειν, ἀλλ' ἢ τεταρταῖον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤι μὲν ἀκαίρως ἐνταῦθα πάλιν μέμνηται τοῦ καύσου, B προειρημένων ἐν ἀρχῇ τῶν τε διαφορῶν αὐτοῦ καὶ τῶν θεραπειῶν, εὔδηλον· καὶ γὰρ αἱ ῥήσεις αὗται κατὰ τὴν γνώμην ἐκείνου τοῦ ἀφορισμοῦ εἰσι, τοῦ, πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμά, μηδ' ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ, τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ. τινὲς ἑτέρως γράφουσιν, ἐν ἀρχῇ τοὺς καύσους ἀξιοῦντες φαρμακεύειν, ὡς εἶναι τὴν ῥῆσιν τοιαύτην· εἴσω τριῶν ἡμερῶν φαρμακεύειν. προσῆκεν οὖν οὐχ ὡς πάντα μετὰ ταῦτα, ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἀφορισμός ἐστι τοῖος· ἐν τοῖς ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι, τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι· καὶ χρὴ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς διορίζεσθαί τε καὶ σκέπτεσθαι, C πότε καὶ ἀρχαῖς ἐστι χρηστέον τῇ φαρμακείῃ, καὶ πότε τὴν πέψιν ἀναμείναντι τοῦ νοσήματος· ἐὰν δέ τις ἤτοι κατ' ἀρχὰς εἴποι ἁπλῶς, ἢ μὴ διορισάμενος ἑκάτερον, σφάλλεται.

Διὰ τί, καὶ ὅτι ἐν τοῖς τῶν πυρετῶν παροξυσμοῖς, ποδῶν ψυχρῶν ὄντων, μήτε ῥόφημα, μήτε ποτὸν δοτέον, ἀλλὰ ἐν παρακμῇ.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λβ'. D

ΟΚόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι [43] χρῶ, διαφυλάσσων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων, μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ πεπαυμένων, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥόφημα, μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον [44] ἡγοῦ τοῦτ' εἶναι διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν [45] διαθερμανθῇ σφόδρα, εἶτ' οὕτως τὸ ξυμφέρον προσφέρε. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ, ψύξις ποδῶν· εἰ δὲ ἐν E τοιούτῳ καιρῷ προσοίσεις, ἅπαντα τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγῃ, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώματος. αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας, ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρακος, εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα· συνδεδραμηκότος δὲ ἀλέος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω, καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται, [46] ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόντες· ἔτι δὲ καὶ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων, ψύχονται, συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρακα. καὶ πάλιν [47] ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ, καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας F καταβαίνει· κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον ἡ κεφαλὴ, καὶ ὁ θώρηξ κατέψυκται. [48] τουτέων εἵνεκεν τουτέου προσεκτέον· ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, θερμὴν ἀνάγκη τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν, καὶ ὑποχόνδριον ἐντεταμένον, καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν [49] ἔνδον ταραχὴν, καὶ μετεωρισμὸν γνώμης, καὶ

Vacuam aluum habentem si causus prehenderit, ante quarrum diem purgandum non esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 31.

AT si vacuam aluum habenti febris ardens oboriatur, si purgare tibi idoneum esse videatur, intra tres dies ne purgaueris, sed vel quarto.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd intempestiuè quidem hic febris ardentis meminerit, prædictis in principio tum eius differentiis, tum curationibus, apertum est. Etenim hæ dictiones ex mente sunt aphorismi illius; *Cocta medicari & mouere, non cruda, neque in principio, nisi turgeant; plurima verò non turgent.* Quidam aliter scribunt, causos ab initio medicari volentes, vt dictio talis sit; intrà tertium diem purgandum. Consentaneum est igitur, non omninò à tertio *medicari* die, sed vt hic aphorismus est; *In acutis morbis paucies, & in principijs, medicamento purgante uti.* Rem ergò secundum aphorismorum mentem definire scrutarique oportet, quum in principiis purgatione vtendum sit, & quum morbi coctio expectanda sit. Siquis verò vel per initia simpliciter dixerit, vel neutrum definierit, fallitur.

Cur & quòd in febrium accessionibus, vbi pedes refrigerantur, neque sorbitio, neque potio, sed in declinationibus exhibenda sit.

TEXTVS HIPPOCRATIS 32.

QVum autem purgaueris, sorbitionibus vtere, obseruatis febrium accessionibus, vt nequaquã quum adsunt, neq; quum futuræ sunt, exhibeas, sed quum cessant, vel quieuerunt, & quàm longissimè à principio recesserunt. *Frigentibus autem pedibus, neq; potum, neq; sorbitionem, neq; aliud quicquã huiusmodi dabis. Verùm maximum esse ducito, si expectaueris, quousq; valdè incaluerint; deinde ita quod cõferat, exhibe. Frigus enim pedũ plerúnq; febris accessuræ signũ est; at eo tẽpore siquid exhibueris, maximè per omnia peccaueris; morbũ nanq; non parùm auxeris. At quũ febris desinit, vice versâ pedes reliquo corpore calidiores euadunt; quum enim pedes refrigerat, augetur, & ex thorace accensa, flammã ad caput remittit. At feruido calore vniuerso sursùm concurrente, atq; ad caput exhalante, meritò pedes frigescunt, quũ naturã excarnes & neruosi sint. Præterea & à calidissimis locis multũ distantes, refrigerantur, sese colligente ad thoracem calore. Ac sursùm eâdẽ ratione quũ febris soluitur, & in minutas partes distribuitur, ad pedes* calor *descendit. Hoc igitur tẽpore caput & thorax refrigerantur; eas ob res sorbitio exhibenda. Quòd quum pedes frigidi fuerint, calidũ ventriculũ esse necesse est, multóq; fastidio plenũ, intẽdi hypochondriũ, & corporis iactationẽ propter internam turbationẽ, mentis abalienationem, & dolores;* æger *vellicatur,*

vellicatur, vomere affectat, & si praua vomuerit, dolet. At quum calor ad pedes descenderit, vrináq; prodierit, etiamsi non sudauerit, omnia cessant. Eo igitur tempore sorbitio exhibenda est, aliàs perniciosa existit.

COMMENTARIVS GALENI.

De particulari cibi ministrandi tempore, dictum quidem est paucis in legitima libri parte; sed æquè & nunc prolixiùs manifestiúsque dicitur, quasi sermo præsens sit illius explanatio, seruatâ Hippocratis mente, quàm tum in cæteris dixit, tum in eo quòd febrem ex thorace, hoc est ex corde, accendi, atque in caput flammam remittere ait.

In febribus, alui liquidæ tum causæ, tum curatio.

TEXTVS HIPPOCRATIS 33.

Quibus autem aluus per febres perpetuò liquida est, his vbi pedes eximiè calefeceris, ceratis contexeris, fascijsq; obuolueris, animum attende, vt ne sint reliquo corpore frigidiores. Quòd si caleant, calefactorium nullum admone, sed caue ne frigescant. Potu est vtendum quampaucissimo, aquâ frigidâ, aut mulsâ.

COMMENTARIVS GALENI.

Id *perpetuò* idem ac per omne tempus significat. At quum multi existant affectus, in quibus per totum morbum aluum liquidam esse contingit; fierique nequeat, vt curationem habeant vnam, vt sæpiùs demonstratum est; tantùm abest vt ex dictione quicquam vtiliter discatur, vt etiam iacturam facturus sit, qui scriptum curationis modum in affectibus multis iuuare crediderit. Nam vt cætera omittam, quum aluus liquida esse possit tum propter ventris phlegmonen, tum propter colliquantem febrem, frigidæ potus maximè contrarius est phlegmonæ; colliquantibus verò febribus conuenientissimus, eo quod didicisti tempore exhibitus.

In febre ac paraphrenitide, alui liquidæ curatio.

TEXTVS HIPPOCRATIS 34.

At quibus per febres aluus liquida est, & mens perturbata, & horũ multi floccos vellunt, naresque fodiũt, & parùm quidem ad interrogata respondent, ipsi verò per se nihil compositum dicunt; sanè talia mihi melancholica esse videntur. His autem ita se habentibus, si aluus liquida fuerit, & colliquescens, sorbitiones frigidiores & crassiores exhibendæ mihi videntur, & quæ potiones aluum sistant, vinosioresque, vel etiam astringentiores.

COMMENTARIVS GALENI.

Cætera sanè phreniticorum sunt symptomata. Sed alui liquidæ symptoma interdùm quidem in phrenitide fit, non tamen proprium

A ἀλγήματα, καὶ ἕλκεται καὶ ἐμέειν ἐθέλει, καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνῶνται. θέρμης δὲ καταβάσης εἰς τοὺς πόδας, καὶ οὔρου διελθόντος, καὶ ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ· κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι, τότε δὲ ὄλεθρος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Περὶ τοῦ κατὰ μέρος καιροῦ τῆς τροφῆς, εἴρηται μὲν κἀν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ βιβλίου διὰ βραχέων· οὐδὲν δ'
B ἧττον κἀν νῦν λέγεται διὰ μακροτέρων καὶ σαφεστέρων, ὥστε εἶναι τὸν λόγον τοῦτον ἐξήγησιν ἐκείνου, φυλαττομένης τῆς Ἱπποκράτους γνώμης, ἣν ἔν τε τοῖς ἄλλοις εἴρηκε, καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ τὸν πυρετὸν ἐκ μὲν τοῦ θώρακος ἐξάπτεσθαι, τουτέστιν ἐκ τῆς καρδίας, εἰς τὴν κεφαλὴν δὲ ἀναπέμπειν τὴν φλόγα.

Αἱ ἐν τοῖς πυρετοῖς τῆς κοιλίας ὑγρᾶς αἰτίαι τε καὶ θεραπεία.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λγ'.

Ὁκόσοισι δὲ διὰ τέλεος ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν
C ὑγρή, τουτέοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνων, καὶ περιστέλλων κηρώμασι, καὶ ταινιδίοισι περιελίσσων, περίσχε, ὅκως μὴ ἔσονται ψυχρότεροι τοῦ ἄλλου σώματος· θερμοῖσι δ' ἐοῦσι, θέρμασμα μηδὲν προσφέρε, ἀλλὰ παρατήρει ὅκως μὴ ψυχθήσονται· πόματι δὲ χρέεσθαι ὡς ἐλαχίστῳ, ὕδατι ψυχρῷ, ἢ μελικρήτῳ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὸ διὰ τέλεος, τῷ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, ταὐτὸν σημαίνει· πολλῶν δ' οὐσῶν διαθέσεων, ἐφ' αἷς συμ-
D βαίνει δι' ὅλης τῆς νόσου τὰς κοιλίας ὑγρὰς εἶναι, καὶ ταύτας μὴ δυναμένων μίαν ἔχειν θεραπείαν, ὡς δέδεικται πολλάκις, οὐ μόνον οὐδὲν ἐστιν ἐκ τῆς ῥήσεως διδαχθῆναι χρηστόν, ἀλλὰ καὶ βλαβῆναι, πιστεύσαντα τὸν γεγραμμένον τρόπον τῆς θεραπείας ἐπὶ πολλῶν διαθέσεων ἁρμόττειν. ἵνα γὰρ τἄλλα παραλείπω, τῆς κοιλίας ὑγρᾶς εἶναι δυναμένης καὶ διὰ φλεγμονὴν τὴν κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ διὰ συντηκτικὸν πυρετόν, ἡ τοῦ ψυχροῦ πόσις ἐναντιωτάτη ἐστὶ τῇ φλεγμονῇ, συμφορωτάτη δὲ τοῖς συντηκτικοῖς πυρετοῖς, καθ' ὃν ἔμαθες καιρὸν γιγνομένη.
E

Ἐν τοῖς πυρετοῖς καὶ τῇ παραφρενίτιδι τῆς ὑγρᾶς κοιλίας θεραπεία.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λδ'.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι κοιλίη ὑγρή, καὶ γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιουτέων τὰς κροκίδας ἀφαιρέουσι, καὶ τὰς ῥῖνας σκάλλουσι, καὶ κατὰ βραχὺ μὲν ἀποκρίνονται τὸ ἐρωτώμενον, αὐτοὶ δὲ ἀφ' ἑωυτῶν οὐδὲν λέγουσι κατηρτημένον· δοκέει οὖν μοι τὰ τοιάδε μελαγχολικὰ
F εἶναι. ἢν δὲ τῶν τοιῶνδε ἐόντων, ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ συντηκτική, δοκέει μοι τὰ ῥοφήματα ψυχρότερα καὶ παχύτερα προσφέρειν, καὶ τὰ πόματα στατικὰ καὶ οἰνωδέστερα, ἢ καὶ στυπτικώτερα.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἄλλα μὲν εἰσι τὰ τῶν φρενιτικῶν συμπτώματα· τὸ δὲ τῆς ὑγρᾶς κοιλίας, γίνεται μὲν ποτε καὶ μετὰ φρενίτιδος, οὐ μὴν

ἰδίαν ταύτης ἐστίν, ὥστε τὴν μὲν ὑγρὰν κοιλίαν ἐκ τῶν διαιρέσεων θεραπεύειν προσήκει, τὴν δὲ φρενῖτιν ἰδίας θεραπείας ἑτέρας ἀξιοῦν. ἣν δ' αὐτὸς ἔγραψε θεραπείαν, οὐδ' ὅλως στοχάζεται τῆς φρενίτιδος, ἀλλὰ μᾶλλόν μοι δοκεῖ βούλεσθαι θεραπεύειν τινὰ διάθεσιν, ἐκ μὲν τῆς κατὰ κοιλίαν ὁρμωμένην, εἰς συμπάθειαν δὲ τὴν κεφαλὴν ἐπισπωμένην, ὡς παραληρεῖν ἐπὶ τοῖς πάθεσι τῆς κοιλίας. οὐκ ὀρθῶς δὲ εἴρηται μελαγχολικὰ τὰ τοιαῦτα εἶναι· μᾶλλον γὰρ ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς τὰ τοιαῦτα γίγνονται, τῆς γαστρὸς ἐπεχομένης.

A ipsi est, quapropter aluum liquidam ex distinctionibus curare conuenit, phrenitidem verò aliâ peculiari persequi curatione. Quam autem ipse scripsit curationem, nullomodo animi intentionem ad phrenitidem dirigit, sed curare eum magis velle arbitror affectionem quandam ex ventris quidem parte aliquâ prodeuntem, sed caput ad sympathiam trahentem, vt ex ventris affectu deliret. Talia autem non rectè melancholica esse dictum est; magis enim ea à flaua proficiscuntur bile, aluo suppressâ.

B

Ὅτι κατ' ἀρχὰς τῶν πυρετῶν οἱ δῖνοι καὶ τῆς κεφαλῆς σφυγμοί, καὶ οὖρον λεπτόν, παροξυνόμενον ἐν τῇ κρίσει τὸν πυρετόν, καὶ τὰ παραφρόνιμα προσημαίνουσι· καὶ περὶ τῶν τούτων τῶν συμπτωμάτων αἰτίων τε καὶ προγνωστικῶν.

Per febris initia vertigines, capitis pulsationes, & vrinas tenues, febris in crisi incrementum, ac deliria portendere; ac de eorum symptomatum causis ac prognosticis.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λε΄.

ΟΚόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοί τε ἀπ' ἀρχῆς, καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσι, καὶ οὖρον λεπτόν, τουτέοισι δεῖ προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνόμενον τὸν πυρετόν, οὐ θαυμάσαιμι δ' ἂν οὐδ' εἰ παραφρονήσειαν.

C

TEXTVS HIPPOCRATIS 35.

QVibus autem per febres ab initio tum vertigines, tum capitis pulsus fiunt, ac vrina tenuis, in his ad crises febrem exacerbari concedendum est; neque si delirarent, mirarer.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤαν ἡ κεφαλὴ περιφέρεσθαι φαντάζηται, δῖνος ὀνομάζεται τὸ πάθος· ὅταν δὲ καὶ σκοτώδης ἡ ὄψις ἅμα τῷδε φαίνηται, σκοτόδινος καλεῖται· καὶ γίνεται διὰ κίνησιν ἄτακτον φυσώδους πνεύματος, ἢ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἔχοντος τοπικὴν γένεσιν, ἢ κάτωθεν ἀναφερομένου. πᾶσαι δὲ τῶν τοιούτων πνευμάτων γενέσεις, ταραχῆς εἰσι δηλωτικαί, δι' ἃς καὶ κρίσεις γίνονται μετὰ τῶν συμπτωμάτων θορυβωδῶν. εἰδέναι γὰρ χρὴ τὰς τοιαύτας διαθέσεις μεταξύ πως οὔσας τῶν τε ἀκινδύνων καὶ τῶν ὀλεθρίων· ἐπιχειρεῖ μὲν γὰρ ἡ ἔμφυτος θερμασία διαλύειν τε καὶ χεῖν τοὺς κατὰ τὸ σῶμα χυμούς, λεπτύνειν δὲ ἀκριβῶς αὐτούς, καὶ κατὰ τὸ ἄδηλον αἰσθήσει ἐκκενῶσαι οὐ δύναται· τελέως δὲ ἀρρωστήσασα, τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐπιχειρεῖ τῇ λύσει, καὶ κατὰ τοῦτο πνεῦμα φυσῶδες οὐκ ἀρρωστούσης ἐσχάτως τῆς ἐμφύτου θερμασίας γεννᾶται. τὸ μὲν οὖν ἀρρωστεῖν ἀκινδυνότατόν ἐστιν, ὑπερέχει γὰρ ἡ φύσις τοῦ νοσήματος· τὸ δ' ἐσχάτως ἀρρωστεῖν ὀλέθριον· ὑπερέχεται γὰρ οὐ σμικρῶς. ὅταν δὲ μὴ ὑπερέχηται, τὰ εἰρημένα γίνεται συμπτώματα, καὶ μετὰ τὸ νοσῆσαι, κρίσεις ἀποτελοῦνται, τινὲς μὲν εἰς ὑγείαν, τινὲς δὲ εἰς θάνατον. οἱ γοῦν σφυγμοὶ κατὰ τὴν κεφαλὴν γινόμενοι, τουτέστιν αἱ τῶν ἀρτηριῶν αἰσθηταὶ κινήσεις, θερμασίας εἰσὶ πολλῆς συμπτώματα, δι' ἃς καὶ παραφροσύναι γίνονται πολλάκις. οὕτως οὖν ἐχόντων ἐν τῷ καθόλου τῶν εἰρημένων, ὅταν ἀρξαμένου τινὸς ἀσθενεῖν, ὑπὸ μὲν τῆς τῶν οὔρων λεπτότητος ἄπεπτον εἶναι δηλοῦται τὸ νόσημα, τὴν δὲ κεφαλὴν ἐμπεπλῆσθαι πνεύματος φυσώδους σημαίνουσιν οἱ δῖνοι μετὰ τῶν σφυγμῶν· εἰδέναι χρὴ τὴν φύσιν οὐχ ἡσυχάζουσαν, ἀλλ' ἐπιθησομένην ποτὲ τοῖς περιεχομένοις ἐν τῷ σώματι μοχθηροῖς χυμοῖς, ὡς διακρῖναί τε τῶν χρηστῶν αὐτούς, ἐκκενῶσαί τε καθ' ὁντιναοῦν τρόπον, ἢ εἰς ἄκυρον ἀποθέσθαι μόριον. ὁ τοίνυν εἰρημένος λόγος χρησιμώτατός ἐστιν εἰς πρόγνωσιν τῶν εἰρημένων. ἐνίοτε γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ νοσήματος, οἱ μὲν πυρετοὶ μέτριοι γίγνονται, συμπτώματα δὲ τοιαῦτα κατὰ τὴν κεφαλήν ἐστι δι' ἔγκαυσιν, ἢ ἀναθυμίασιν ἐκ τῶν κατὰ τὸ σῶμα τῆς κοιλίας περιεχομένων χυμῶν. τὴν οὖν ἄλλως ὁπω-

COMMENTARIVS GALENI.

QVum caput circumagi videtur, vertigo vocatur affectio; quum autem & tenebricosa simul fuerit visio, tenebricosa vertigo appellitatur. Fit autem ob inordinatam spiritûs flatulenti motionem, qui aut in capite localem habet generationem, aut sursum ex infernis fertur partibus. Omnes autem huiusmodi spirituũ generationes perturbationem indicant, ob quas & cum symptomatis tumultuosis iudicationes fiunt. Sci- D re etenim oportet affectiones huiusmodi mediũ quodammodò obtinere tũ earũ quæ periculo vacant, tũ perniciosarum. Conatur siquidem calor natiuus corporis humores tũ dissoluere, tũ fundere, sed ipsos planè tenuare, ac abditâ sensui discussione excernere non potest. Quum autem imbecillimus est, principio solutioni non incumbit, atq; ob id spiritus flatulẽtus non summè imbecillo facto natiuo calore, procreatur. Imbecillitate igitur affici, periculosissimũ non est; natura siquidem morbum euincit. Verùm sũma imbecillitate E prosterni, lethale est; *natura* enim non parùm *à morbo* vincitur. Quum autem non vincitur, prædicta fiunt symptomata; atque posteaquàm ægrotauerit, iudicationes absoluuntur, aliæ ad salutem, aliæ ad mortem. Pulsus autem qui in capite fiunt, hoc est sensibiles arteriarum motiones, caloris multi symptomata existunt, à quibus sæpennmerò deliria fiunt. Sic itaque his quæ dicta sunt vniuersim se habentibus, quum vbi quis debilitari cœperit, ab vrinarum quidem tenuitate crudus morbus prodatur, caput autem flatulento impletum esse spiritu significent F vertigines cum pulsibus; scire oportet naturam non quiescere, sed interdùm contentos in corpore prauos humores ita aggredi, vt à bonis eos secernat, atque quouis modo excernat, aut ad ignobilem partem amandet. Prædictus igitur sermo ad antè dictorum prænotionem maximè confert. Nam interdùm ab initio morbi febres quidem moderatæ fiunt, sed symptomata huiusmodi caput obsident propter exustionem, aut exhalationem humorum in ventriculi corpore contentorum. Sanè capite solo aliàs quocunque

quocunque modo calore affecto, tali capitis affectui balneum proderit; ptisanæque cremor pro sorbitione satis erit. Verùm quum spiritus calidus flatulentus ob humorum prauitatem ad caput fertur, hos lauare non confert. Tutò igitur singula hæc facienda sunt. Distinctio autem affectionum vna sola est, tum ex vrinarum cruditate, tum concoctione, quorum auctor rectè meminit, inquiens, *vrina tenuis*, quam sæpiùs cruditatis signum esse pronunciatum est. Quare nullus medicus in morbis huiusmodi vrinarum inspectionem negligit.

In febribus per initia si coctæ vrinæ appareant, annuentibus cæteris, purgandum; si vero crudæ sint, non purgandum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 36.

AT quibus principio vrinę nebulosæ, aut etiam crassæ existunt, hos si cætera quoq; conferant, subpurgare oportet. Quibus verò vrinæ inter initia tenues, eos non purgato; sed si videatur, aluum subluе. Hos ita curare confert.

COMMENTARIVS GALENI.

SIue iis quæ in præcedenti oratione relatâ sunt, hæc coniungat, siue quoque non, quod ex ipsis vtile quis habere commune potest; quòd corporis purgationem prorsùs vitare oporteat, quum in humoribus adest cruditas, id manifestauit inquiens, *vrinæ tenues*, tanquam crassæ coctionis *notas* habeant. Iam hoc ipsum consistentiam *indicat*; & verbum hoc *nebulosæ*, vrinas significat nebulas habentes. Nam nigras adiecisset, si nos eas audire voluisset. Multa siquidem nomina communia citra distinctionem dicere consueuerunt, quum id quod in significatis rerum melius est declarare voluerint. Sic sanè quum iudicationes ad salutem fuerint, simpliciter dicunt, iudicatus est; defuncto verò iudicato, non simpliciter efferunt, sed hoc totum, iudicatus obiit. Præterea quum quis excretam bilem simpliciter dixerit, pallidam, non nigram intelligimus. Sic certè & nunc vrinas nebulosas audire oportet eas, quæ albas habent nebulas, quæ coctionis notæ existunt. Quoniam igitur cocta purgat, ob id & nunc ita scripsit libri huius author; *Tales autem ita curare confert.* Nihil autem de sanguinis missione loquutus, ea particulatim enarrat ex ordine omnia; non quòd interdùm ita habentibus sanguinis missione opus non sit, sed quòd nunc sola alia docere velit; nam de sanguinis missione abundè supra dictum est. Sic curandum.

Ad febris curationem, quietem, vnctionem, æquale operimentum, mulsam aquosam, ptisanæ cremorem, & solutiuum clysmum, non autem pharmacum præscribi.

TEXTVS HIPPOCRATIS 37.

COrpus quieti conciliare, vngere, & æqualiter contegere oportet; at pro potu mulsâ aquosâ vti; & in sorbitione cremore hordei ad vesperam;

A σουν ἐχομένης αὐτῆς τῆς κεφαλῆς μόνης θερμότητα, τῇ τοιαύτῃ διαθέσει τῆς κεφαλῆς λουτρὸν ὀνίνησι, καὶ τὸ ῥόφημα δὲ ἀρκέσει, χυλὸν εἶναι τῆς πτισάνης· ὅταν δ' ἐκ τῆς τῶν χυμῶν μοχθηρίας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρηται θερμὸν πνεῦμα φυσῶδες, οὐ λούειν συμφέρει τούτοις. Ἀσφαλῶς δὲ προσήκει ταῦτα πράττειν ἕκαστα.[54] διορισμὸς δὲ τῶν διαθέσεων εἷς μόνος ἐστὶν, ἐκ τῆς τῶν οὔρων ἀπεψίας τε καὶ πέψεως, ὧν ὀρθῶς ὁ συγγραφεὺς ἐμνημόνευσεν, εἰπὼν, οὖρον λεπτὸν, ὅπερ εἴρηται
B πολλάκις ἀπεψίας εἶναι σημεῖον· ὥστ' οὐδεὶς ἰατρὸς ἐν τοῖς τοιούτοις νοσήμασιν ἀμελεῖ τῆς τῶν οὔρων ἐπισκέψεως.

Ἐν τοῖς πυρετοῖς κατ' ἀρχὰς, πεπόνων τῶν οὔρων, καὶ τῶν ἄλλων συμφερόντων, καθαρτέον· οὔρων δὲ μὴ πεπόνων, οὐ καθαρτέον εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λϛ'.

Οἷσι δ' ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα, ἢ καὶ παχέα, τοὺς τοιούσδε ὑποκαθαίρειν, ἢν καὶ τὰ ἄλλα ξυμφέρῃ· ὁκόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ
C φαρμάκευε τοὺς τοιούσδε, ἀλλ' ἢν δοκέῃ, κλύσαι. τούτους ξυμφέρει οὕτως θεραπεύεσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Εἴτε συνάπτει ταῦτα τοῖς κατὰ τὴν[55] προειρημένην ῥῆσιν εἰρημένοις, εἴτε καὶ μὴ, τὸ ὅπερ ἐξ αὐτῶν χρήσιμον ἔχειν δύναταί τις κοινὸν, ὡς φυλάττεσθαι καθαίρειν τὰ σώματα, παντελῶς ἀπεψίας οὔσης ἐν τοῖς χυμοῖς, ἐδήλωσεν εἰπὼν, οὖρα λεπτὰ, ὡς τά γε παχέα πέψεως ἔχοιεν ἤδη τοῦτ' αὐτὸ τὴν σύστασιν. καὶ τὸ νεφελοειδέα δὲ, τὰ τὰς νεφέ-
D λας ἔχοντα δηλονότι δηλοῖ· προσετίθει γὰρ μελαίνας, εἴπερ ἐκείνας ἀκούειν ἡμᾶς ἐβούλετο. πολλὰ γὰρ τῶν κοινῶν ὀνομάτων ἄνευ διορισμοῦ λέγειν εἰώθασιν, ὅταν τὸ βέλτιον ἐν τοῖς σημαινομένοις, ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων δηλῶσαι [ἐπ' αὐτῶν πράγμασι] βουληθῶσιν. οὕτως οὖν ὅταν εἰς σωτηρίαν τελευτῶσιν αἱ κρίσεις, λέγουσιν ἁπλῶς, ἐκρίθη· ἀποθανόντος δὲ τοῦ κριθέντος, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅλον τοῦτο λέγουσι, κριθεὶς ἀπέθανε· καὶ χολὴν δὲ ὅταν τις ἐκκενωθῆναι ἁπλῶς εἴπῃ, τὴν ὠχρὰν, οὐ τὴν μέλαιναν νοοῦμεν. οὕτως οὖν καὶ νῦν ἀκουστέον οὖρα νεφελοειδέα, τὰ λευκὰς ἔχοντα τὰς νεφέλας, ἅπερ εἰσὶ
E πέψεως σημεῖα. ἐπεὶ τοίνυν τὰ πέπονα φαρμακεύει, διὰ τοῦτο καὶ νῦν οὕτως ἔγραψεν ὁ τούτου τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς, συμφέρει τουτέοισι οὕτως θεραπεύεσθαι. μηδὲν δ' εἰπὼν ἔτι περὶ φλεβοτομίας, τὰ κατὰ μέρος διεξέρχεται πάντα ἐφεξῆς, οὐχ ὡς οὐδέποτε οὕτως ἐχόντων μὴ δεῖσθαι φλεβοτομίας, ἀλλ' ὡς καὶ νῦν τὰ ἄλλα διδάξαι βουλόμενος μόνα. περὶ γὰρ τῆς φλεβοτομίας αὐτάρκως ἐν τοῖς ἔμπροσ-
F θεν εἴρηται. οὕτως θεραπεύεσθαι.

Πρὸς τὴν τοῦ πυρετοῦ θεραπείαν, τὴν ἡσυχίαν, καὶ τὴν ἄλειψιν, καὶ τὸ ὁμαλὸν περίβλημα, καὶ μελίκρατον ὑδαρὲς, καὶ πτισάνης χυλὸν, καὶ ὑπάγοντα κλυσμὸν, καὶ μὴ τὸ φάρμακον ἐπιτάττεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λζ'.

Τῷ σώματι ἡσυχίην[56] ἄγοντα, ἀλείφοντά τε καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς· ποτῷ δὲ χρέεσθαι μελικρήτῳ ὑδαρεῖ, καὶ ῥοφήματι χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέ-

ραν· κοιλίην δ' ὕπαγε κατ' ἀρχὰς κλυσμῷ, φάρμακα δὲ μὴ προσάγε τούτοισιν. ἢν γὰρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην, τὸ οὖρον οὐ πεπαίνεται, ἀλλ' ἀνίδρως τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ τόνδε τὸν λόγον διεξέρχεται, σκοπὸν ἔχων ἐν αὐτῷ τὴν μετὰ συμμέτρου θάλψεως ἡσυχίαν· χυλὸν δὲ πτισάνης δίδωσιν ἀπ' ἀρχῆς, ὡς ἂν μὴ δυναμένου ἐξαρκέσαι μέχρι τῆς ἀκμῆς τε καὶ κρίσεως ἐπὶ τοῦ μελικράτου, ἐπειδὰν ἄπεπτος μὲν ἡ νόσος, ἐκ μακροῦ δὲ οἱ πεπασμοί. δίδωσι δὲ καὶ μελίκρατον ὑδαρές, ἐπεὶ τὸ ὕδωρ ἐδείχθη μηδὲν ἀγαθὸν ἔχειν αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον. εἰς ἑσπέραν δὲ ἀξιοῖ δίδοσθαι τὴν πτισάνην, ἤπερ τὸ μελίκρατον· προμεμαθηκότων δὴ ἡμῶν ἔμπροσθεν ἐν τῷ γνησίῳ μέρει τοῦ συγγράμματος, ὡς ὑστέραν χρὴ τὴν πτισάνην προσφέρεσθαι τοῦ μελικράτου, ἄμεινον ἦν καὶ νῦν οὕτως εἰρῆσθαι, μελίκρατον μὲν πρότερον, ὕστερον δὲ χυλὸν πτισάνης προσφέρεσθαι· ὅταν δὲ ἀντὶ τοῦ ὕστερον φάναι, τὸ εἰς ἑσπέραν εἴπῃ, μερικωτέραν τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται, οὐ καθολικωτέραν. διὰ τί δὲ κελεύει μὴ καθαίρειν, ἐφ' ὧν ἀπεψία παντελής ἐστι, τὴν αἰτίαν αὐτὸς εἶπεν, ἐπιλογιστικὴν μᾶλλον ἤπερ ἀναλογιστικήν· ἔστι γοῦν αὐτὴν εἰπεῖν καὶ τῷ χωρὶς ἐνδείξεως λογικῆς, ἐξ ἐμπειρίας μόνης τὸ γιγνόμενον ἐγνωκότι· δογματικοῦ δὴ ἀνδρὸς ἦν διδάξαι, διὰ τί καθαιρόντων ἡμῶν τοὺς οὕτως ἔχοντας, οὔτε πεπαίνεται τὸ οὖρον, ἀνίδρως τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς διαμένει. τελεώτερον μὲν οὖν ἐν ἑτέροις περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐπεσκέμμεθα, νυνὶ δὲ ἐπὶ κεφαλαίων εἰρήσεται τὸ χρήσιμον εἰς τὰ παρόντα· σὺ δέ μοι πρόσεχε τὸν νοῦν. τεττάρων οὐσῶν δυνάμεων, ὡς ἔμαθες, οὐκ ἐλαχίστην δὴ ἐν αὐταῖς ἰσχὺν ἐχούσης καὶ τῆς ἀλλοιωτικῆς, καθ' ἣν ἐξομοιοῖ τοῖς ὑφ' αὑτῆς διοικουμένοις σώμασι τὴν τροφὴν ἡ φύσις, αὕτη πέψις ὀνομάζεται, κατὰ ποιότητα μεταβολὴ τῆς μελλούσης θρέψειν οὐσίας οὖσα. δεῖται τοίνυν ἡ φύσις, ὥσπερ εἰς γαστέρα καταποθείσης τῆς τροφῆς, ἡσυχίας μὲν ἀπὸ τῶν ἄλλων κινήσεων, ἵνα τῇ περὶ τὴν πέψιν ἐνεργείᾳ μόνῃ σχολάσῃ, βοηθείας δέ τινος ἔξωθεν, ὅταν ἀσθενεστέρα γένηταί ποτε· κατὰ τὸν τοιόνδε τρόπον ἐπὶ τῆς ἐν ταῖς φλεψὶ πέψεως τῶν χυμῶν, ἡσυχίας μὲν δεῖται πρὸ τῆς δευτέρας θερμασίας, ἐκ τοῦ θερμανθῆναι καὶ ψυχθῆναι, ἢ ξηρανθῆναι καὶ ὑγρανθῆναι, κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον δηλονότι χρόνον ἑκάστου τῶνδε γιγνομένου. κατὰ τοῦτ' οὖν ὁ γράψας ταῦτα, συνεβούλευσεν ἡσυχίαν ἄγοντα τῷ σώματι θεραπεύεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλειφόμενόν τε, καὶ περιστελλόμενον ὁμαλῶς τοῖς ἱματίοις· πρὸς γὰρ τὴν τοῦ πυρετοῦ δύναμιν, ἀντίρροπον ἡγήσατο αὐτὴν εἶναι τὴν ἐκ τῶν ἀλειμμάτων ὑγρότητα, πρὸς τῷ μήτε θερμαίνειν ἰσχυρῶς, μηδὲ ψύχειν, ἀλλὰ λεαίνειν, ὧν μάλιστα δεῖται τὰ πεττόμενα. καὶ εἴπερ ταῦτα συντελεῖ τῇ πέψει τῶν χυμῶν, αἱ καθάρσεις ἐναντίαι εἰσί· κινοῦσαι μὲν γὰρ σφοδρῶς τὸ σῶμα, ῥήσσουσι· τοιαύτης γὰρ δυνάμεως ἅπαντ' ἐστὶ τὰ καθαίροντα φάρμακα. αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ αἰτία τοῦ τὰς καθάρσεις ἐναντιοῦσθαι ταῖς πέψεσι· πρὸς δὲ τὸ συνεχὲς ἴωμεν ἤδη τοῦ λόγου τοῦδε.

A *aluum ab initio dystere subducito; sed his purgantia medicamenta minimè exhibeto. Siquid enim circa ventrem commoueris, vrina non concoquitur, sed febris citra tum sudorem, tum iudicationem ad diuturnum tempus producetur.*

COMMENTARIVS GALENI.

Sermonem quoque hunc percurrit, scopum in eo habens cum moderata calefactione quietem. Cremorem autem ptisanæ ab initio dat, quòd mulsa tum ad vigorem vsque tum iudicationem sufficere non possit. Morbus siquidem B crudus est, & longè absunt concoctiones. Præterea mulsam aquosam exhibet, quòd aquam ipsam per se solam nihil boni habere demonstratum sit. Vesperi autem ptisanam mauult exhiberi, quàm mulsam. Quum anteà in legitima libri huius parte didicerimus, ptisanam mulsâ posteriùs exhibendam; melius fuit & nunc ita dicere; mulsam quidem priùs, posteriorem verò ptisanæ cremorem exhibe. At verò, quum *vesperi* pro *posteriùs* dixerit, magis particularem efficit doctrinam, & non vniuersaliorem. Cur autem eos purgare haud velit, in quibus summa inest cruditas, causam ipse re- C censuit, epilogisticam magis quàm analogisticam; quam recesere ad eum spectat, qui quod fit, solâ citra logicam indicationem experientiâ nouit. Dogmatici autem viri erat docere, cur purgantibus nobis ita habentes, non coquatur vrina, febrisque sine sudore & iudicatione perseueret. Perfectiùs quidem alibi hæc omnia sumus contemplati; sed nunc quod præsenti enarrationi prodesse possit, summatim dicemus. D Tu ergo animum ad me conuerte. Quum facultates, vt scis, quatuor sint, atque inter eas non minimâ vi polleat alteratrix, per quam distributis ab ea corporibus natura alimentum assimilat, ipsa coctio nuncupatur; nutrituræ substantiæ permutatio secundum qualitatem existens. Natura igitur absorpto in ventrem alimento, à cæteris quidem motionibus cessare debet, vt soli quod coquendis deputatum sit operi vacet; E sed auxilio externo aliquo indiget, quum aliquando imbecilliot reddita fuerit; quo modo &in ea humorum, quæ in venis fit, concoctione *contingit*; quiete quidem indiget sequentem ante caliditatem, quòd calefactum frigefactumque, vel exiccatum & humectatum sit, singulis horum alio nimirùm & alio tempore factis. Ob id igitur qui hæc scripsit, quietem inducens corpori, hominem curari voluit vnctum, & æqualiter vestimentis obuolutum. Nam aduersus vim febris humiditatem eam quæ vnctionibus comparatur, remedium par esse putauit; præterquàm quòd neque vehementer calefaciat, ne- F que refrigeret, sed leniat, quibus maximè indigent quæ coquuntur. Quòd si hæc coctioni humorum conferant, purgationes contrariæ existunt; nam corpus vehementer mouentes, frangunt; tali siquidem facultate prædita sunt omnia quæ purgant medicamenta. Hæc est ergo causa, cur purgationes coctionibus aduersentur. Ad eam autem quæ sermoni huic continuatur, seriem pergamus.

Imminente

A

Imminente crisi, & in crisi sorbitiones non exhibendas esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 38.

Sorbitiones autem, quum prope iudicationes fuerit, ne dederis, si perturbetur; sed quum perturbatio *remiserit, resque in melius processerit. Omnium autem febrium iudicationes obseruandæ sunt, atque eo tempore sorbitiones detrahendæ.*

COMMENTARIVS GALENI.

MEntem Hippocratis hoc in loco seruat, qui librum hunc scripsit. In principio quidem mulsam & ptisanæ cremorem pro victu exhibet; & cum propè est iudicatio, cremorem tollit.

Febres tenuibus cum vrinis protrahi, aut per abscessus iudicari.

TEXTVS HIPPOCRATIS 39.

HÆ verò febres longæ fieri consueuerunt, & abscessus habere circa aures & ceruicem, si quidem infernæ partes frigidæ fuerint. Quòd si frigidæ non fuerint, alias habent mutationes. Fluit autem sanguis è naribus, & his alui exturbantur.

COMMENTARIVS GALENI.

QVibus vrina ob humorum cruditatem tenuis est, iure optimo protrahuntur febres, quæ ante coctionem solui nequeunt. Quod autem tales per abscessus iudicentur, sæpius iam dictum est. Rariùs autem & per excretionem solutiones horum fiunt. Vtrùm autem in superiore corporis parte, aut inferiore abscessus generabitur, quæ hic dicuntur ijs quæ in prognostico scripta sunt astipulantur.

Iactante febre laboranti cum hypochondriorum contentione, & extremorum perfrigeratione, nihil præter acetum mulsum aquosum exhibendum esse; quid febris iactans.

TEXTVS HIPPOCRATIS 40.

QVibuscunque verò febres iactatrices sunt, & hypochondria contendunt, quique decumbentes eodem in loco stare nequeunt, & extremis omnibus perfrigerantur, hi tum maximam diligentiam tum custodiam requirunt; eos autem ita degere oportet, vt nihil aliud quàm acetum mulsum acutum exhibeas, neque sorbitionem offeras, donec ipsis febris *desierit, & vrina concocta fuerit.*

COMMENTARIVS GALENI.

IActantes febres appellat, in quibus ægri iactantur, & grauiter afficiuntur. Hæc autem grauis tolerantia sequitur interdùm quidem febrem stabilem & ardentem, sæpiùs autem & stomachi vitium; os autem ventriculi ita me dicentem

Ἐγγιζομένων τῶν κρίσεων, καὶ ἐν ταῖς κρίσεσι, τὰ ῥοφήματα μὴ δοτέον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λη´.

ΤΑ δὲ ῥοφήματα, ὁκόταν τῶν κρίσεων ἐγγὺς ᾖ, μὴ δίδου, ἢν θορυβῆται· ὁκόταν δ' ἀνῇ καὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον. Φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ B πάντων τῶν πυρετῶν τὰς κρίσιας, καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥοφήματα κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΦΥλάττει κἀνταῦθα τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεύς, ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπὶ μελικράτου καὶ χυλοῦ πτισάνης διαιτῶν, ἐγγὺς δὲ τῶν κρίσεων, ἀφελὼν τὸν χυλόν.

C Τοὺς πυρετοὺς μετὰ τῶν οὔρων λεπτῶν μακροὺς γίνεσθαι, ἢ δι' ἀποσκημμάτων λύεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ λθ´.

ΜΕμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οἵδε γίγνεσθαι, καὶ [18] ἀποστήματα ἴσχειν, ἢν μὲν τὰ κάτω ψυχρὰ ᾖ, περὶ ὦτα καὶ τράχηλον· ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ ᾖ, ἄλλας ἴσχειν μεταβολάς. ῥεῖ δὲ αἷμα ἐκ ῥινῶν, καὶ κοιλίαι τοῖσι τουτέοισι ἐκταράσσονται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

D ΟΙς ἐστι λεπτὸν τὸ οὖρον διὰ τὴν ἀπεψίαν τῶν χυμῶν, εἰκότως μηκύνουσιν οἱ πυρετοὶ, μὴ δυνάμενοι λυθῆναι πρὸ τῆς πέψεως. ὅτι δ' ἀποσκήμμασιν οἱ τοιοῦτοι κρίνονται, πολλάκις ἤδη λέλεκται· σπανιώτερον δέ που καὶ δι' ἐκκρίσεως αἱ λύσεις αὐτῶν γίγνονται· πότερον δ' ἄνω τοῦ σώματος, ἢ κάτω τὸ ἀπόστημα γενήσεται, τοῖς ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένοις ὁμολόγηται τὰ νῦν εἰρημένα.

E Τῷ ἐν ἀσώδει πυρετῷ μετὰ τῆς ὑποχονδρίου συντάσεως, καὶ τῆς ἄκρων ψυχρότητος, μηδὲν ἄλλο ἢ ὀξύμελι ὑδαρὲς δοτέον εἶναι· τί πυρετὸς ἀσώδης.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μ´.

ΟΚόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεές εἰσι, καὶ ὑποχόνδρια συντείνουσι, καὶ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτέῳ, καὶ τὰ ἄκρεα ψύχονται πάντα, πλείστης ἐπιμελείης καὶ φυλακῆς δέονται. διάγειν δὲ τούτοισι προσφέροντας μηδὲν ἄλλο ἢ ὀξύμελι ὑδαρές· ῥόφημα δὲ μὴ πρόσφερε, ἕως ἂν λήξῃ, καὶ F οὖρον πεπανθῇ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΑΣώδεις ὀνομάζει πυρετούς, ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀηδῶς ἔχουσι· τὸ γὰρ δυσφορεῖν, ἑπόμενόν ἐστιν ἐνίοτε μὲν τῷ μονίμῳ εἶναι τὸν πυρετὸν καὶ καυσώδη, πολλάκις δὲ καὶ τῇ τοῦ στομάχου κακώσει· στόμα δὲ τῆς γαστρὸς οὕτως ἀκουέμου

λέγοντος νυνί. ἤρξατο μὲν οὖν ἀπ' αὐτῶν πυρετῶν, ἀσώδεις εἰπὼν αὐτούς, ὑποχόνδριά τε συντείνοντας· ἐφεξῆς δὲ ἐπὶ τοὺς πυρέσσοντας μετέβη· τὸ γὰρ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτῷ, κατὰ τῶν πυρεττόντων εἴρηται, καθάπερ καὶ τὸ τὰ ἄκρα ψύχονται. τὸ μὲν οὖν μὴ ἀνέχεσθαι κεκλιμένους ἐν τῷ αὐτῷ, τῶν ἀσώντων τε καὶ δυσφορούντων ἐστὶ γνώρισμα· τὸ δὲ ψύχεσθαι τὰ ἄκρα, φλεγμονῆς μεγάλης ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐπὶ παχέσι χυμοῖς, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυον, ἡνίκα περὶ τοῦ δευτέρου τῶν καύσων εἴδους ὁ λόγος ἦν· καὶ εἴπερ σφοδρὰ ἡ κατάψυξις εἴη, τεκμήριον ἤδη σοι τοῦ καὶ τὴν δύναμιν εἶναι ἄρρωστον ἰσχυρῶς. εἰκότως οὖν ἔφη φυλακῆς πλείστης καὶ ἐπιμελείας δεῖσθαι τοὺς κάμνοντας οὕτως. εἰκότως δὲ καὶ ὀξύμελι δίδωσιν αὐτοῖς, ὑπὸ παχέων τε καὶ γλίσχρων χυμῶν ἐνοχλουμένοις· προσέθηκε δὲ τῷ λόγῳ ὑδαρές, ὡς πρὸς τὸ διδόμενον οἷς ἐν πνεύμονι τοιοῦτοι περιέχονται χυμοί· πολὺ γὰρ ὀξύτερον ἐπ' ἐκείνων εἶναι προσῆκεν, ἐπεὶ διὰ τὸ μῆκος τῆς κατὰ τὴν ἀνάδοσιν φορᾶς ἐπὶ τὸ πεπονθὸς μέρος, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐκλυθῆναι τὴν δύναμιν· τοῖς δὲ καθ' ὑποχόνδριον, εὐθέως προσπίπτει τοιοῦτον, οἷον ἐπόθη. τὸ δὲ μηδ' ὅλως διδόναι ῥόφημα τοῖς οὕτως ἔχουσι, πρὶν πεπανθῆναι τὴν νόσον, ἀδιορίστως εἴρηται, φυλαττόντων γε ἡμῶν ὃ ἐδίδαξεν ὁ Ἱπποκράτης· προσκεῖσθαι δεῖ τῷ λόγῳ, ἢν ἀρκέῃ ὁ νοσέων, ὅπερ ὡς φανερὸν ἴσως παραλέλοιπεν.

A nunc audi. Incipit ergo à febribus ipsis, iactantes ipsas vocans, & hypochondria contendentes; deinde ad febricitantes pertransijt. Nam quòd decumbentes sese continere non possint, de febricitãtibus dictum est, vt & quòd extrema refrigerentur. Iacentes autem sese eodem in loco non continere, iactatorum ac difficulter ferentium nota est. Extrema autem frigere, magnæ viscerum phlegmones, quæ ex crassis humoribus orta sit, vt anteà demonstrauimus, quum de secunda causi specie ageremus. Quòd si vehe-
B mens frigus fuerit, quòd vires valdè infirmæ sint, iam tibi coniectura est. Meritò igitur ita ægrotantes plurimâ tum custodiâ, tum diligentiâ indigere ait. Sed & meritò ipsis acetum mulsum dat, vt qui à crassis & viscosis humoribus vexantur. Adiecit autem sermoni *aquosum*, tanquam contrarium illi quod his datur, in quorum pulmonibus tales continentur humores. Nam acidius longè in illis esse conuenit, quòd propter longam in distributione ad affectam partem delationem vires exolui necessarium sit; his verò tale hypo-
C chondrio incursat, quale epotum est. Nullo autem pacto sorbitionem ita habentibus dare, priusquàm morbus coctus fuerit, indistinctè est pronunciatum, seruantibus nobis quod edocuit Hippocrates. Adijciendum est sermoni, si æger suffecerit; quod tanquàm manifestum, fortè prætermisit.

Ἡ τοῦ ἀσώδει πυρετῷ νοσοῦντος κατάκλισις καὶ κατάστασις ἐπιτηδεία.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μα'.

Κατακλίνειν δὲ εἰς ζοφερὰ οἰκήματα, καὶ κατακεκλίσθαι ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοισι στρώμασι, πολὺν χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα, καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν· μάλιστα γὰρ τοῦτο τοὺς τοιούσδε ὠφελέει.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὴν ἐν ζοφεροῖς οἰκήμασι κατάκλισιν, οὐχ ὡς πεπτικὸν βοήθημα συνεβούλευσε νυνί, ἀλλ' ὡς τῆς διὰ τὴν ἄσην γινομένης δυσφορίας ἐπανορθωτικόν, ἧς ἕνεκα καὶ τῆς μαλθακῆς στρωμνῆς ἐμνημόνευσε. τὸ δὲ πειρᾶσθαι μὴ ῥιπτάζειν ἑαυτόν, ἀλλ' ἡσυχάζειν, ἑκατέρως χρήσιμον τῷ κάμνοντι, καὶ ὡς τῇ πέψει τῆς ὅλης νόσου συντελοῦν, καὶ ὡς διαφυλάττον τὴν δύναμιν.

Iactante febre laborantis decubitus, ac status idoneus.

TEXTVS HIPPOCRATIS 41.

D *Decumbere autẽ in conclaui obscuro debent, & in stratis quàm mollissimis reclinati, longo tempore eundem decubitum perferre, & quàm minimè sese iactare. Id enim eos maximè iuuat.*

COMMENTARIVS GALENI.

Nunc decubitum obscurâ in domo non tanquàm coctiuum auxilium, sed tanquàm iactationis ob grauem molestiam factæ emendatorium voluit; cuius gratiâ & lecti mollis memi-
E nit. Tentare autem seipsum non proijcere, sed conquiescere, laboranti modo vtroque commodat, tanquàm & morbi totius concoctionem iuuans, & tanquàm vires conseruans.

Τῷ δυσφοροῦντος πυρετώδους ὑποχονδρίῳ χρίσιν μαλακτικὴν ἢ πυρίαν περιτιθέναι δεῖν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μβ'.

Ἐπὶ δὲ τὸ ὑποχόνδριον, λίνου σπέρμα ἐγχρίων ἐπιτιθεὶς, φυλασσόμενος ὅκως μὴ φρίξῃ προστιθέμενον· ἔστω δὲ ἀκροχλίαρον, ἑφθὸν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Μαλακτικόν ἐστι τὸ λινόσπερμον, καὶ μὴ θερμαῖνον ἐπιφανῶς, ὧν μάλιστα δεῖται φλεγμονὴ πᾶσα· καὶ μέντοι κατὰ τὴν θίξιν αὐτὸ παρασκευάζει τοιοῦτον, ὁποῖον καὶ κατὰ τὴν δύναμίν ἐστιν, ἀκροχλίαρον ἀξιῶν προσφέρειν.

Iactati febricitantis hypochondrio litum emollientem aut fotum admouendum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 42.

F *Supra verò hypochondrium lini semen linteo illitum admoue, cauendo ne inhorrescat æger, quum apponitur; sit autem summè tepidum, ex aqua & oleo coctum.*

COMMENTARIVS GALENI.

Emollit lini semen, nec manifestè calefacit; quæ maximè expostulat omnis phlegmone. Et sanè tactu tale ipsum comparat, quale & secundum facultatem est, summè tepidum ipsum admouere præcipiens.

Cæterùm

Cæterùm aquæ & olei mixtura tepidum generat calorem, mollitque & mitigat moderatè, habens facultatem, cuius potissimùm esse debent, vt demonstrauimus, quæ tum concoquunt, tum discutiunt.

In febribus vrinas crassiores ac pallidiores salutem, tenuiores verò ac nigriores mortem prædicere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 43.

Coniectare verò oportet ex vrinis, quid futurũ sit. Si nanq; crassiores pallidioresq; fuerint, meliores; si verò tenuiores & nigriores, deteriores.

COMMENTARIVS GALENI.

NOn quicquid futurum sit ex vrinis, docet, sed vel salutem, vel mortem. Salutem enim indicant crassiores & pallidiores. Crassiores autem perspicuè dixit, tenuibus & non naturalibus comparans, vt & paulò antè intelligere volui; neque enim crassas vrinas, neque tenues, quæ secundum naturam sunt, dixeris, si rectè volueris interpretari. Sanè tenues & nigræ, deterrimæ sunt. A tenuibus siquidem solis, morbus crudus indicatur. Nam quòd exactè tenue est, id aquosum est, quapropter & album. Sed prænotiones ex vrinis in commentarijs prognostici dictæ sunt.

Vrinarum mutationes temporis diuturnitatem, & morbi inæqualitatem prodere.

TEXTVS HIPPOCRATIS 44.

SI autem mutationes habeant, temporis diuturnitatem indicant; morbusque necessariò tum ad deterius, tum ad melius commutat inæqualitatem.

COMMENTARIVS GALENI.

NAm si id & in ægrotantibus obseruaueris, verum comperies, hominem ex vrinarum varietate in longius decidere tempus, atque medias incurrere permutationes. Plures nanque significantur affectiones, quæ non eâdem egent curatione, neque æqualem habent solutionis præfinitionem.

In febribus inconstantibus, quoad constiterint, neque victum, neque remedium exhibendum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 45.

INconstantes verò febres, donec constent, sinere oportet. Quum autem constiterint, victu & curatione conuenienti occurrere, factâ secundum naturam speculatione.

COMMENTARIVS GALENI.

FEbres inconstantes dixit, in quibus nihil constans existit; quod significat stabile. Sunt autem stabilia, quæ in periodis, & vrinis, & exquisitis febrium ideis apparent. Periodi itaque principium non ostendunt primis diebus.

A καὶ ἡ μίξις δὲ τοῦ ἐλαίου καὶ τοῦ ὕδατος, χλιαρᾶς θερμασίας ἐστὶ γεννητική, μετὰ τοῦ μαλάττειν τε καὶ παρηγορεῖν μετρίως, ὑπάρχον δυνάμεως ὁποίας μάλιστα ἐδείχθη δεῖν εἶναι τὰ πέττοντά τε καὶ τὰ διαφορῶντα.

Εν πυρετοῖς τὰ οὖρα παχύτερα καὶ ὠχρότερα σωτηρίαν· λεπτότερα δὲ καὶ μελάντερα θάνατον προσημαίνειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μγ΄.

ΤΕκμαίρεσθαι δ' ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω· ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα.

B

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥ πᾶν τὸ μέλλον ἔσεσθαι διδάσκει ἐκ τῶν οὔρων, ἀλλὰ σωτηρίαν ἢ θάνατον. σωτηρίαν μὲν γὰρ δηλοῖ τὰ παχύτερα καὶ ὠχρότερα. σαφῶς δὲ τὰ παχύτερα τοῖς λεπτοῖς παραβάλλων εἶπεν, οὐ τοῖς κατὰ φύσιν, ὡς καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν ἠξίουν ἀκούειν· οὔτε γὰρ ἂν παχέα λέγοις, ἑρμηνεύειν ὀρθῶς ἐθέλων, οὔτε λεπτά, τὰ κατὰ φύσιν οὖρα. τά γε μὴν λεπτὰ καὶ μέλανα, χείριστα· πρὸς γὰρ τῶν λεπτῶν μόνον γινομένων, ἄπεπτον δηλοῦται τὸ νόσημα. τὸ γὰρ ἀκριβῶς λεπτὸν, ὑδατῶδές ἐστιν, ὥστε καὶ λευκόν. αἱ δὲ τῶν οὔρων προγνώσεις ἐν τοῖς εἰς τὸ προγνωστικὸν ὑπομνήμασιν εἴρηνται. C

Τὰς τῶν οὔρων μεταβολὰς χρόνον πλείονα, καὶ νοσήματος ἀνωμαλίαν ἐκφαίνειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μδ΄.

D

ΗΝ δὲ μεταβολὰς ἔχῃ, χρόνον τε σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τῷ νοσήματι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω τὴν ἀνωμαλίην.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑὶ τοῦτο γὰρ φυλάττων ἐπὶ τῶν νοσούντων, εὑρήσεις ἀληθὲς, εἰς χρόνον πλείονα καὶ μεταβολὰς μεταξὺ γινομένας ἐμπίπτοντα τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τοῖς ποικίλοις οὔροις· πλείους γὰρ αἱ διαθέσεις δηλοῦνται αἱ μὴ τῆς αὐτῆς θεραπείας δεόμεναι, οὐδὲ τὴν ἴσην ἔχουσι προθεσμίαν τῆς λύσεως. E

Εν τοῖς ἀκαταστάτοις πυρετοῖς, μέχρις ἂν καταστῶσι, μήτε διαίτη μήτε θεραπείᾳ χρηστέον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ με΄.

ΤΟὺς δὲ ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν ἐᾶν, μέχρις ἂν καταστῶσιν· ὁκόταν δὲ στῶσιν, ἀπαντῆσαι διαίτῃ καὶ θεραπείῃ τῇ προσηκούσῃ, κατὰ φύσιν θεωρέων. F

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΑΚαταστάτους πυρετοὺς εἴρηκεν, ἐφ' ὧν μηδέν ἐστι καθεστηκὸς, ὅπερ σημαίνει τὸ βέβαιον· ἔστι δὲ βέβαια τὰ ἐν ταῖς περιόδοις φαινόμενα, καὶ τοῖς οὔροις, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἠκριβωμέναις ἰδέαις τῶν πυρετῶν. αἱ μὲν οὖν περίοδοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ φαίνονται ταῖς πρώταις ἡμέραις.

τὰ δὲ ἐπιγίνεται ἄλλοτε ἄλλα, καὶ πολλάκις τρὶς καὶ τετράκις οὐρεῖν, διά γε τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς συμβαίνει· καὶ ἀνόμοια φαίνεται τὰ οὖρα πρὸς ἄλληλα. τὴν τοίνυν ἰδέαν τοῦ τοιούτου πυρετοῦ ἀκατάστατον εἶναι φησιν, ὅπερ ταὐτόν ἐστι σημαίνειν, τῷ μὴ διασώζοντι τὴν ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς. ἐδήλωσα δέ σοι τὰς ἀκριβεῖς ἰδέας τῶν πυρετῶν, ἔν τε τοῖς περὶ διαφορᾶς αὐτῶν ὑπομνήμασι, κἀν τῷ δευτέρῳ περὶ κρίσεων· ἐπὶ τῶν τοιούτων οὖν πυρετῶν ἀξιοῖ μὴ κατ' ἀρχὰς τῇ διαίτῃ χρῆσθαι, ἀλλ' ἐὰν ἕως ἂν ἴδωμεν ποιοί τινές εἰσι, καὶ τηνικαῦτα τὸ τῆς διαίτης εἶδος ὁρίζειν.

Τῶν καμνόντων ὄψεις πολλὰς εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μϛ'.

Εἰσὶ δὲ ὄψιες πολλαὶ τῶν καμνόντων.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὄψιας εἴρηκεν ὡσανεὶ διαφορὰς, ἢ τρόπους, ἢ ἰδέας τῶν καμνόντων δὲ, ἀντὶ τοῦ τῶν τοῖς κάμνουσι γινομένων νοσημάτων. ἐδείχθη γὰρ ἤδη πολλάκις ὡς ἅπασι τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἐστὶν, ἀπό τε τῶν παθημάτων ἐπὶ τοὺς πάσχοντας αὐτοὺς μεταφέρειν τὰς προσηγορίας, ἀπό τε τῶν πασχόντων ἐπὶ τὰ πάθη· ὡς μηδὲν διαφέρειν, τῶν πυρετῶν εἰπεῖν διαφορὰς, ἢ τῶν πυρεττόντων, οὕτως δὲ καὶ πλευριτικῶν ἢ συναγχικῶν, ἢ πλευρίτιδος ἢ συνάγχης. ὄψιας οὖν εἶπε καμνόντων, ἐπειδὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοὺς θεωροῦντες, εὑρίσκομεν τὰς διαφοράς.

Τὰς τῶν πυρετῶν φανερὰς αἰτίας γνωστέον εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μζ'.

Διὸ προσεκτέον τῷ ἰωμένῳ, ὅκως μή σε διαλήσεταί τις τῶν προφασίων.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐμάθομεν, ὅτι τὰς φανερὰς αἰτίας ὀνομάζει προφάσεις· ἀλλὰ καὶ νῦν εὔδηλός ἐστιν ἐπὶ τούτου φέρων τὴν προσηγορίαν. ἐπιφέρει γοῦν·

Τῶν αἰτιῶν τῶν φανερῶν τὰς μὲν κατὰ τὸν λογισμὸν τεχνικὸν, τὰς δὲ μὴ εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μη'.

Μήτε τῶν κατὰ λογισμὸν, μήτε ὁκόσας εἰς ἀριθμὸν ἄρτιον ἢ περιττὸν δεῖ φανῆναι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὡς τῶν αἰτιῶν, τὰς μὲν φανερὰς ἁπάντων γινωσκόντων ἄνευ τεχνικοῦ λογισμοῦ, τὰς δὲ μόνων τῶν χρωμένων τῷ τεχνικῷ λογισμῷ· προσέχειν δὲ δεῖ, φησι, κἀκείναις, ἃς ἐς ἄρτιον ἢ περιττὸν φανῆναι δεῖ.

A Vrinæ verò superueniũt aliàs aliæ, & sæpenumerò ter quaterque interdiu & noctu meiere contingit, dissimilésque inter se apparent vrinæ. Ideam ergo talis febris inconstantem esse ait, quod idem significatione est ac quæ planè ideam vnam non seruat. Exposui tibi exquisitas febrium ideas, & in commentariis de febrium differentiis, & in secundo de crisibus. In huiusmodi itaque febribus non in principio victu vti præcipit, sed sinere, donec B qualis sit febris cognoscamus, & tunc victûs formam præfinire.

Multas esse ægrotantium facies.

TEXTVS HIPPOCRATIS 46.

SVnt autem facies ægrotantium multæ.

COMMENTARIVS GALENI.

C *FAcies* dixit, quasi differentias, vel modos, vel species; *ægrotantium* verò, pro iis, qui ægrotantibus oriuntur, morbis. Iam enim sæpiùs demonstratum est, eam esse antiquis omnibus consuetudinem, vt ab affectibus ad affectos, & ab affectis ad affectus, transferant appellationes; quasi febrium, vel febrientium differentias dicere nihil referat; sic & pleuriticorum vel anginâ laborantium, aut pleuritidis vel anginæ. Facies ergo dixit laborantium, quoniam eos oculis contemplantes, reperimus differentias.

D

Causas febrium manifestas non ignorandas esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS 47.

QVare medenti animaduertendum est, ne aliqua ipsum manifesta causa lateat.

COMMENTARIVS GALENI.

QVòd manifestas causas occasiones appellet, didicimus; sed & nunc eam de his appellationem ferre constat. Infert igitur;

E

Causarum manifestarum alias esse cum ratiocinatione artificiali, alias verò minimè.

TEXTVS HIPPOCRATIS 48.

F *NEque earum quæ ratiocinatione cognoscuntur, neq; earum quas die pari aut impari apparere oportet.*

COMMENTARIVS GALENI.

QVasi causarum alias quidem manifestas absque ratiocinatione artificiosâ cognoscant omnes; alias verò soli qui ratiocinatione artificiosâ vtuntur. His quoque & attendẽdum, ait, quas in numerum parem, vel imparem apparere oportet.

Numerum

Numerum dierum imparem verendum esse, & qui sint dies impares.

TEXTVS HIPPOCRATIS 49.

Maximè igitur numerus impar verendus est. Quòd hi dies in alterutram partem ægrotos procumbere faciant.

COMMENTARIVS GALENI.

Dies impares multâ pollere virtute, non simpliciter, sed in acutis morbis, est intelligendum, quòd insignes in vtranque, tum salutem, tum mortem mutationes efficiant; id enim significat in alterutrã partem procumbentes. In acutis quidem *hi sunt*, tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimusquartus, & decimus septimus. In longis, sexagesimus, & octogesimus. Medii horum sunt, vigesimus, trigesimusquartus, & quadragesimus. Impares autem & hi.

Tredecim in ægro consideranda, primus morbi dies, principium, causæ, tempus; caput, hypochondria, latera aluus, respiratio, deiectiones, dolores, lipothymia, febris exacerbationes.

TEXTVS HIPPOCRATIS 50.

Obseruare itaque oportet primum diem, quo æger debilis esse cœpit, cognito vndè & quando, principio; id enim nosse præcipuum existimatur. Quum autem ipsum ægrum interrogaueris, etiam omnia consideraueris, in primis quidem, quomodò caput habeat, an dolore vacet, neque grauitatem in se habeat; deinde an hypochondria, lateráque dolore careant. Si videlicet hypochondrium doleat, aut attollatur, aut obliquitatẽ aliquam habeat, aut satietatẽ, aut lateris dolor affuerit, simulq; cum dolore aut tussicula aut tormina aut ventris dolor; quũ autem horũ quicquã hypochondrio adfuerit, aluũ potissimùm clysmis soluere oportet. Bibat autẽ mulsã calidã coctã. At & perdiscendum, an in exurrectionibus defectu animi corripiatur, & an spiritûs ducẽdi facilitas ipsũ habeat. Inspicienda verò quoq; deiectio, nũ vehementer atro colore prodierit, vel sincera, quales sũt sanorũ deiectiones, & an tertio die exacerbetur febris. Vbi autẽ huiusmodi tertianos circuitus in his morbis probè admodũ inspexeris, prætereà iã & alia considerãda sũt; & si quartus dies tertio quicquã his in ipsis simile habuerit, æger in periculo versatur. Ex signis autẽ, nigra deiectio mortẽ significat; quę verò sani deiectioni similis est, vbi per omnes dies apparuerit, salutaris.

COMMENTARIVS GALENI.

Obseruandum in primis ait primum esse diem, in quo morbi causam cognosci iubet; nam *vnde & quando*, quisnam sit morbus indicat. Interrogari autem præcipit in primis quidem quo modo habeat caput, mox hypochondria, & latera. Hypochondrium quidem, siquis dolor sit, aut tollatur, aut

A

Τὸν περιττὸν τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸν εὐλαβεῖσθαι δεῖν, καὶ τίνες αἱ περιτταὶ ἡμέραι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ μθʹ.

Μάλιστα μὲν οὖν δεῖ τὸν περιττὸν ἀριθμὸν εὐλαβέεσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἑτερορρεπέας ποιοῦσι τοὺς κάμνοντας.

B

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Οὐχ ἁπλῶς ἀκουστέον ἐστὶν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, μέγα δύνασθαι τὰς περιττὰς ἡμέρας, ὡς μεταβολὰς ἑκατέρως ἀξιολόγους ἐμποιούσας εἰς ὑγείαν τε καὶ θάνατον· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἑτερορρεπέας. ἐπὶ μὲν τῶν ὀξέων ἡ γʹ. καὶ ἡ εʹ. καὶ ζʹ. καὶ θʹ. καὶ ιαʹ. καὶ ιδʹ. καὶ ιζʹ. ἐπὶ δὲ τῶν χρονίων ξʹ. καὶ πʹ. μέσαι δ' αὐτῶν εἰσι κʹ. καὶ λδʹ. καὶ μʹ. περιτταὶ δὲ καὶ αὗται.

C

Τρεισκαίδεκα ἐν τῷ κάμνοντι σκεπτέα, ἡ πρώτη τοῦ νοσήματος ἡμέρα, ἀρχὴ, αἰτίαι, ὁ χρόνος· ἡ κεφαλὴ, καὶ ὑποχόνδρια, τὰ πλευρὰ, ἡ κοιλία, ἡ ἀναπνοὴ, τὰ διαχωρήματα, τὰ ἀλγήματα, καὶ ἡ λειποθυμία, καὶ οἱ τῶν πυρετῶν παροξυσμοί.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νʹ.

Φυλάττεσθαι οὖν δεῖ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἐν ᾗ ἤρξατο ἀσθενέειν ὁ κάμνων, ἰδόντα τὴν ἀρχὴν ἐξ ὅτου καὶ ὅτε· ἡγέεται γὰρ τοῦτο τὸ πρῶτον εἰδῆσαι. Ὁκόταν δὲ ἔρῃ αὐτὸν, καὶ διασκέψῃ πάντα, πρῶτον μὲν
D κεφαλὴν ὅπως ἔχῃ, εἰ ἀνάλγητος, καὶ μὴ βάρος ἔχῃ ἐν ἑωυτῇ· ἔπειτα ὑποχόνδρια, καὶ τὰ πλευρὰ, [60] εἰ ἀνάλγητα. ὑποχόνδριον μὲν γὰρ εἰ ἐπίπονόν ἐστιν ἢ ἐπηρμένον (ἐπηγόμενον), ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα, ἢ κόρον, ἢ πλευροῦ ἀλγηδὼν ἐνείη, καὶ ἅμα τῷ ἀλγήματι ἢ βηχίον, ἢ στρόφος, ἢ πόνος κοιλίης. ὁκόταν δέ τι τούτων πάρῃ ἐν ὑποχονδρίῳ, μάλιστα λύειν τὴν κοιλίην κλυσμοῖσι· πινέτω δὲ μελίκρητον θερμὸν ἀφηψημένον. Καταμανθάνειν δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἐξαναστάσεσιν, εἰ λειποθυμέει, καὶ εἰ τοῦ πνεύ-
E ματος εὐφορίη αὐτὸν ἔχει. ἰδεῖν δὲ καὶ διαχώρησιν, μήτε μέλαν ἰσχυρῶς διεχώρησεν χρῶμα, [61] ἢ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα· καὶ ὁ πυρετὸς εἰ τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος. κατιδὼν δὲ εὖ μάλα τοὺς τοιούσδε ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι τριταίους, πρὸς ταῦτα ἤδη καὶ τὰ ἄλλα σκωρῆν· καὶ ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὅμοιον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίγνεται. τὰ δὲ σημεῖα, ἡ μὲν μελαίνη διαχώρησις θάνατον σημαίνει· [62] ἡ δὲ ὁμοίη τῷ ὑγιαίνοντι, [63] ὁκόταν διὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται, σω-
F τήριον.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Φυλάττεσθαί φησι χρῆναι, πρῶτον μὲν τὴν πρώτην ἡμέραν, ἐν ᾗ γνῶναι κελεύει τὴν αἰτίαν τοῦ νοσήματος· τὸ γὰρ ἐξ ὅτου καὶ ὅτε, τὸ, τί ποτ' ἐστὶ τὸ νόσημα, δηλοῖ. πυνθάνεσθαι δὲ κελεύει, πρῶτον μὲν τὴν κεφαλὴν ὅπως ἔχει, ἔπειτα ὑποχόνδρια, καὶ πλευράς. ὑποχόνδριον μὲν, εἴ τις ἐστὶν ὀδύνη, ἢ ἐξήρτηται, ἢ τινὰ ἔχει σκολιό-

τητα, τουτέστιν ἀνωμαλίαν· ὅπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἔγραψεν, εἰ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ, καὶ τὰ ἀριστερά. ἢ εἰ κόρον ἔχει, φησὶ, τοῦτο δέ μοι δοκεῖ τὴν πλήρωσιν τῶν σιτίων εἶναι. ἐρωτᾶν δὲ ἀξιοῖ καὶ τὰ ἄλλα περὶ τὴν ἑξῆς λέξιν· κἄπειτα κελεύει, τῶν μὲν ὑποχονδρίων πεπονθότων, λύειν τὴν κοιλίαν κλυσμοῖς, πίνειν δὲ μελίκρατον θερμὸν ἀφηψημένον. ἀδιορίστως δὲ ταῦτ᾽ εἰπὼν, ἐφεξῆς γράφει· καταμανθάνειν δὲ χρὴ καὶ τὰ ἐν ταῖς ἐξαναστάσεσιν, εἰ λειποθυμεῖ, καὶ εὐφορεῖν αὐτὸν ἔχει· τοῦτο δ᾽ ἀντίκειται τῷ λειποθυμοῦντι. ὁρᾶν δ᾽ ἀξιοῖ καὶ τὸ διαχώρημα, πότερον μέλαν ἐστὶν, ἢ καθαρὸν καὶ ἄμεμπτον, ὁποῖον τῶν ὑγιαινόντων, ὥσπερ καὶ εἰ ὁ πυρετὸς εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐπιπαροξύνεται. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐὰν ἡ δ΄. τῇ γ΄. παραπλήσιον ἔχει τι κατὰ τὸν παροξυσμὸν, κινδυνώδη δηλονότι ταύτην φησί. τὸ γὰρ καὶ τὴν δ΄. ἡμέραν ἐπίδηλον οὖσαν τῆς ζ΄. νεωτερίσαι τι, τῶν χαλεπῶν ἐστι σημείων· ὁ δὲ νεωτερισμὸς δηλοῖ· εἰ γὰρ τῇ α΄. τῶν ἡμερῶν καὶ τῇ γ΄. παροξυσμὸς ἐγένετο, τῇ β΄. δὲ οὐκ ἐγένετο, προσῆκον ἦν τὴν ε΄. ἔχειν παροξυσμὸν, τὴν δὲ δ΄. μὴ ἔχειν· ἔχουσα τοίνυν καὶ αὕτη, κακοῦ τινος ἑτέρου γένεσιν ἐνδείκνυται. εἰ δὲ καὶ μέλανα διαχωρήσειε, θάνατον ἔσεσθαι δηλοῖ. μέμνησο δὴ τούτου, παραλιπὼν τὰ πολλὰ τῶν εἰρημένων. εἰ γὰρ τῇ α΄. τῶν ἡμερῶν, ἢ γ΄. τὸν ἀνάλογον ἤνεγκε παροξυσμὸν, νεώτερον μὲν, εἰ καὶ ἡ δ΄. παρώξυνεν· εἰ δὲ καὶ μέλανα διεχώρησεν, ὀλέθριόν ἐστι τὸ σημεῖον· ἐὰν δὲ πάλιν ὅμοια τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας διαχωρῇ, σωτηρίαν ἔλπιζε τοῦ κάμνοντος ἔσεσθαι.

A quandam habeat obliquitatem, hoc est, inæqualitatem, quòd in prognostico his verbis scripsit; *Si inæqualiter affecta dextrà ac sinistrà parte. Vel si satietatem habeant*, inquit; quod ciborum repletionem esse arbitror. Interrogari quoque & alia, quæ in dictione sequenti habentur, iubet. Deinde hypochondriis ita affectis, soluere aluum clysteribus imperat, mulsamque bibere calidam & coctam. Sed indistinctè hæc loquutus, deinceps scribit. *Sed & perdiscendum, si quum exurgit, defectu animi corripiatur: & si*, inquit, *ipse facilem spiritum ducat*, quod defectu animi correpto opponitur. B Inspiciendam præterea iubet deiectionem, vtrum nigra sit, aut sincera & inculpata, qualis sanorum est, quemadmodùm & si febris tertio exacerbetur die. His ita se habentibus, si quartus dies tertio quicquam simile in accessione habuerit, periculosum eum esse asseuerat; nam quartum diem, qui septimi index est, rem nouam edere ex periculosis est signis. Rei autem nouæ editio manifesta. Nam si primo die & tertio C accessio fiat, & secundo facta haudquaquàm fuerit, quòd quintus accessionem habiturus sit par est, & non quartus; quapropter si quartus habuerit, mali cuiuspiam alterius generationem demonstrat. Si autem & nigra deiecerit, mortem indicat fore. Tu autem multa ex dictis prætermittens, memoriam rei huius habe. Nam si primo & tertio die consentaneam attulerit accessionem febris, recentius quidem si & quartus paroxysmum fecerit; sed si & *æger* nigra deiecerit, signum est lethiferum. Quòd si rursùm diebus omnibus, sanis D similia deiecerit, salutem ægro futuram spera.

Παραφροσύνης πρόγνωσις τῷ Γαληνῷ ἀποδοκιμασθεῖσα.

Delirii prænotio à Galeno improbata.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ να΄.

Ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, ἐνῇ δὲ τοῦ πνεύματος εὐφορεῖν, διανασταὶς ἐπὶ τὸν δίφρον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ ἢν ἀψυχίη ἐνῇ· ταῦτα δὲ ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι, ἢ τῇ καμνούσῃ κατ᾽ ἀρχὰς, παραφροσύνην [14] προσδέχου ἐσομένην.

TEXTVS HIPPOCRATIS 51.

Qvum autem aluus glandi subditæ non cesserit, & facilis spiratio affuerit, surgensque æger ad sedem, aut in ipsius lecto animi defectu corripiatur; quum hæc ægro, aut ægræ inter initia affuerint, delirium affore expecta.

E

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Συγκέχυται τῆς ῥήσεως ταύτης ἡ διάνοια. τὸ γὰρ ὅταν βάλανος μηδὲν ἀνύῃ, δοκῇ δ᾽ εὐφόρως ἔχειν ὁ κάμνων, εἴ γε κἂν ταῖς διαναστάσεσι λειποψυχεῖ, παραφροσύνην προσδέχεσθαι, κακῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, μήτε τῆς ἐμπειρίας μαρτυρούσης αὐτῷ, μήτε τοῦ λογισμοῦ. γένοιτο γὰρ ἄν ποτε καὶ τοιοῦτόν τι· αἱ δὲ προγνώσεις εἰσὶν οὐ τῶν σπανίως γιγνομένων, ἀλλὰ τῶν διὰ παντὸς, ἢ ὡς τὸ πολύ.

COMMENTARIVS GALENI.

Confusa est huius textûs intelligentia. Nam vbi glans nihil profecerit, videaturque æger facilè ferre, si vtique & quum exurgit, defectu animi corripiatur, delirium expectandum, malè dictum esse mihi videtur, quum rei huic neque experientia, neque ratio patrocinentur; quanquàm tale quicquam aliquando fiat. Prænotiones tamen non eorum sunt, quæ rarò accidunt, sed eorum, quæ semper aut magna ex parte.

F

Φυλακτέον τὰς χεῖρας εἶναι, καὶ τὰς τρομερὰς αἱμοῤῥαγίαν ἐσομένην προσημαίνειν.

Manus obseruandas esse, ac tremulas hæmorrhagiam prædicere.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νβ΄.

Προσέχειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσίν· ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε [15] ἀπόσταξιν αἵματος διὰ ῥινῶν ἐσομένην.

TEXTVS HIPPOCRATIS 52.

Mens verò manibus quoque adhibenda est. Nam si tremulæ fuerint, huic sanguinis è naribus destillationem futuram expecta.

COMMENTARIVS GALENI.

HIc quoque sermo neque quod continuum sit, neque quod plerúnque, sed quòd rarò accidat, docet.

Conuulsionis futuræ signum ac prognosticum.

TEXTVS HIPPOCRATIS 53.

INspicere verò ipsas quoque nares oportet, an per vtrasq; spiritus æqualiter trahatur; & si multus è naribus feratur, conuulsio fieri assolet; si verò conuulsio fiat, huic mors expectanda est, quam prædicere pulchrum fuerit.

COMMENTARIVS GALENI.

QVum tremulæ sunt manus, nam ita dicere consentaneum est, si spiritus multus per vtrasque nares feratur, conuulsionem superuenire ait. Consueuit autem ita appellare conuulsiuam affectionem, quæ in musculis naris pinnas mouentibus fit.

Febris hyberna periculosa, eiusque causæ, symptomata, signa, prognostica, & therapeutica.

TEXTVS HIPPOCRATIS 54.

AT si in febre hyberna, lingua aspera fiat, adsintque animi deliquia, huic remissio febris contingere consueuit. Verumtamen eum summâ inediâ curare oportet, & aquæ ac mulsæ potione, ptisanæque cremore. Neque febris remissioni fidendum est, quòd huiusmodi signa habentes, in mortis periculis versentur. Quum autem hæc cognoueris, optiméque contemplatus fueris, ita fore, si lubeat tibi, prædicendum.

COMMENTARIVS GALENI.

NOnnulli febrem hybernam simpliciter intelligunt eam quæ hyeme fit; alii eam quæ hyemi peculiaris sit. Ea autem ex pituita est, veluti æstiua ex ipsa bile. Si ergo, inquit, in huiusmodi febre lingua aspera fuerit; atque animi defectus, eam periculosam esse est fatendum; ob idque febrium remissioni fidendum non est, si cum prauis fiant tum symptomatis, tum signis, veluti nunc cum animi defectu, & linguæ asperitate. Non negligenter itaque ait regendos ægros; aquamque & mulsam, & ptisanæ cremorem exhibendum. Sed sanè hæc pugnare videntur aduersus id quòd summâ inediâ eos macerandos esse dixerit. Nam summa inedia maximè quidem abstinentiam integram significat; aut si non, saltem eam quæ in potibus solis fit, victûs rationem. Sic sanè & mulsam, & ptisanæ cremorem dare permisit. Videtur ergo mihi eos ob id fame integrâ macerandos dicere, quòd qui remissiones huiusmodi quietissimas habent, longo ita tempore in his morētur protrahantque, vt falsi circunuentique nonnulli validiorem ministrauerint alimoniam, & potissimùm ob animi defectionem. Quò fit vt ad hunc victum, qui per mulsam atq; ptisanæ cremorem multis fit diebus, is rectè dictus sit limoctonia, *quod integra inedia est.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑὶ ἔστι ὁ λόγος, οὐ τὸ διηνεκὲς, οὐδ' ὡς τὸ πολὺ τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ τὸ σπάνιον διδάσκει.

Σπασμοῦ σημεῖον καὶ προγνωστικόν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΓ'.

B ΟΡῆν δὲ χρὴ αὐτοὺς τοὺς μυκτῆρας, ἢν ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἕλκηται· καὶ ἢν πολὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων, φιλέει γίνεσθαι σπασμός· ἢν δὲ σπασμὸς γένηται, τῷ τοιῷδε [66] θάνατος προσδόκιμος, καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥσῶν τῶν χειρῶν τρομωδῶν, οὕτω γὰρ προσῆκον εἰπεῖν, εἰ τὸ πνεῦμα πολὺ φέρεται δι' ἀμφοτέρων τῶν μυκτήρων, σπασμὸν ἐπιγίνεσθαί φησιν. εἴωθε δ' οὕτω καλεῖν τὴν σπασμώδη διάθεσιν, γινομένην κατὰ τοὺς τὰ πτερύγια τῆς ῥινὸς κινούντων μυῶν. C

Ὁ χειμερινὸς πυρετὸς ἐπικίνδυνος, καὶ αἱ τούτου αἰτίαι, καὶ τὰ συμπτώματα, καὶ σημεῖα, καὶ προγνωστικὰ, καὶ θεραπευτικά.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΔ'.

ΗΝ δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ, ἡ γλῶσσα τραχεῖα γένηται, καὶ ἀψυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπανέσεις εἶναι τοῦ πυρετοῦ· ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε διαφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ, καὶ ὑδατοποσίῃ, D καὶ μελικρήτου πόσει, καὶ χυλοῖσι [67] διαφυλάσσειν· μηδὲ πιστεύων τῇ ἀνέσει τοῦ πυρετοῦ, [68] ὡς οἱ τὰ τοιάδε ἔχοντες σημεῖα, ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν. ὁκόταν δὲ ταῦτα συνιδῇς, οὕτω προλέγειν, ἤν σοι ἀρέσκῃ, θεωρήσας εὖ μάλα.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΧΕιμερινὸν πυρετὸν ἔνιοι μὲν ἁπλῶς ἀκούουσι τὸν ἐν χειμῶνι γινόμενον, ἔνιοι δὲ τὸν οἰκεῖον φύσει χειμῶνι, εἴη δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπὶ φλέγματι, καθάπερ ὁ θερινὸς E ἐπὶ χολῇ. ἐὰν οὖν, φησιν, ἐπὶ τῷ τοιῷδε πυρετῷ γλῶσσα γένηται τραχεῖα, καὶ λειποθυμίαι, συγγινώσκειν αὐτὸν ὄντα κινδυνώδη, καὶ διὰ τοῦτο μὴ πιστεύειν ταῖς ἐπανέσεσι τῶν πυρετῶν, ὅταν μετὰ συμπτωμάτων, ἢ σημείων μοχθηρῶν γίγνωνται, καθάπερ νῦν ἅμα τῇ λειποθυμίᾳ τε καὶ τῇ τῆς γλώττης τραχύτητι. μὴ τοίνυν, φησὶν, ἀμελῶς διαιτᾷν τοὺς κάμνοντας, ἀλλ' ὕδωρ τε, καὶ μελίκρατον, καὶ χυλὸν πτισάνης ῥοφεῖν δίδου. δόξει δὲ ταῦτα μάχεσθαι τῷ χρῆναι λιμοκτονεῖν· ἡ γὰρ λιμοκτονία, μάλιστα μὲν ἀσιτίαν παντελῆ σημαίνει· εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ τήν γε ἐπὶ τοῖς πόμασι μόνοις δίαιταν· F οὕτως δὲ καὶ μελίκρατον καὶ χυλὸν πτισάνης συνεχώρησεν δίδοσθαι. δοκεῖ δέ μοι διὰ τοῦτο λιμοκτονεῖν λέγειν αὐτοὺς, ὅτι χρονίζουσι τὰς ἐπανέσεις τῶν πυρετῶν ἴσχοντες εὐφορωτάτας, ὡς ἐξαπατηθέντας τινὰς, τροφὴν ἰσχυροτέραν δοῦναι, καὶ μάλιστα διὰ τὴν λειποθυμίαν· ὡς πρὸς τὴν τοιαύτην οὖν δίαιταν, ἣ διὰ τοῦ μελικράτου τε καὶ τοῦ χυλοῦ γινομένη ἐν πολλαῖς ἡμέραις, εἴρηται ὀρθῶς λιμοκτονία.

A

Τίνα συμπτώματα τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς ἐν τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἐπιγινόμενα τοῦ τάχεος θανάτου προγνωστικά ἐστι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ νε´.

Ὁκόταν δ᾽ ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι γίνηται πεμπταίοισιν ἐοῦσιν, [69] ἢ κοιλίη τε ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσῃ, καὶ ἀψυχίη γίνηται, ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ, ἢ σπασμώδης γίνηται, ἢ λυγμώδης, ἐπὶ τούτεισιν καὶ ἀσώδης φιλέει γίνεσθαι, καὶ περὶ [70] ὑπορείνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες, καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες, θνήσκουσι πνευματωθέντες οὐκ ἐς μακρὰν.

ὑποφρίνιον

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

hi dies *recrudeſcentias*, vt ipſe pronuntiat, *potiſsimùm pariunt, tum quæ ad inflammationem ac immunditiam incitant, tum quæ ad febres tendunt, & quæ ægrotos periclitantes faciunt; ac magni admodum momenti, perinde ac quoduis aliud, hoc documentum eſt. Nam quæ ſunt in arte medendi opportuniſsima, quibus id non ſit commune? Non enim ad vlcera ſolùm, verùm etiam ad alios morbos complures pertinet, niſi quis & cæteros morbos vlcera eſſe protulerit; habet enim quandam etiam æquitatem hæc oratio.* Videamus ergo quæ ſequuntur, per quæ patrocinatur ijs, qui cibandi tempus in plures dies prorogant. *Atque fortaſsis aliquid etiam conſentaneum ipſis eſſe videtur, magna corpori oborta mutatione, aliquam quoque admodùm magnam mutationem contra obijci. Verùm commutare quidem non parùm benè habet; rectè tamen mutatio transferenda, & ex mutatione ciborum exhibitio etiamnùm magis.* Rectè ergo cum mutatio in corpore facta eſt, dilationem in tres vſque dies facientem laudat. Sed rectè ex arte hoc facit quum affectionis genus, & magnitudinem, anni tempeſtatem, regionem, & ætatem, ac præcedentis diætæ ideam cõſiderare ſubijcit, quæ certæ ac firmiſſimæ ſunt mutationis diætæ indicationes. Illud enim in mutatione obſeruandum eſt, non ita primis diebus alimenti exhibitiones ſubducendas eſſe, quũ æger & id aſſumere valeat, & natura quod aſſumptum eſt appetat & concoquat, vt poſtea per ſtatũ, vbi vires propè exolutas vides, mutationem aggrediaris, pugnaréque adhuc magis facultatẽ cogas, quo tempore ſorbitiones quidem confici ab ægrotante nequeunt, ſiquando illi ſuaſeris, eúmque alimentis ſuffocaueris. Videre nanque licet verbo quidem methodicos, ſed re aut opere à mothodo alienos Medicos vinum & carnes dare, ac tanquam in vas inanimum alimenta infundere. At qui rectè in principijs protrahit, ipſi quidem in vigore etiam vires conſtantes perſeuerant; qui verò non idoneis prorogationibus vſus fuerit, ei circa principia etiam vires debilitantur, partim quidem morbi, partim verò imperitiæ artificis violentiâ. Eiuſmodi quoque Medicos alijs in locis hiſce verbis loquutus arguerat; *Quid enim mali contingeret, ſi manuariam intercedem ij auferrent, qui artis opera malè admiſtrant? At nunc citra cauſam ægrotis non ſatis eſſe vis morbi viſa eſt, niſi etiam Medici accederet imperitia.* Itaque per morborum initia ſemper ita *alimenti* dilationibus vti oportet, vt ne quidem cogitandum ſit circa vigores morbos fore mitiores, etiamſi poſt dilationes, eáſque maximè quæ plurium dierum ſunt, cibus exhibeatur. Didicimus autem & ex ijs quæ intulit; rationem enim connexuit. *Verùm commutare quidem non parùm benè habet, rectè tamen mutatio transferenda, & ex mutatione ciborum exhibitio etiamnùm magis.* A communi ratiocinatione, ſi rectè fiat commutatio, hoc certè ſequi quoque auxilium oportet. Malum ſanè eſt in alterutro peccare, peius tamen eſt in additione. Audiamus & quæ deinceps dicat; *Ad hæc autem & virium robur coniectandum eſt, & morbi cuiuſque modus, & hominis natura, & ægrotantis in victu conſuetudo, non in cibis ſolùm, verùm etiam in potionibus. Multò autem minùs ad ciborum additionem procedendum, quandoquidem ipſos detractione omninò ſubducere ſæpenumerò conducit, vbi ſuffecturus eſt æger, donec morbi vigor miteſcat.* Non enim vires hîc conſiderandę ſunt, an phlebotomiam, aut alui vacuationem, aut quicquam aliud validum præſidium

A ται γὰρ αἱ ἡμέραι, ὥς αὐτός φησι, μάλιστα [20] τίκτουσι τὰς παλισκοτήσιας, καὶ ὅσα ἐς φλεγμονὴν, καὶ ἀκαθαρσίην ὁρμᾷ, καὶ ὅσα αὖ ἐς πυρετοὺς εἶσι, καὶ ἑτεροῤῥεπέας ποιεῖ τοὺς κάμνοντας. καὶ μάλα πολλοῦ ἄξιον τοῦτο μάθημα, εἴπερ τι καὶ ἄλλο. τίνι γὰρ οὐκ ἐπικοινωνεῖ τῶν ἐπικαιροτάτων ἐν ἰητρικῇ; οὐ κατὰ τὰ ἕλκεα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλα πολλὰ νουσήματα, εἰ μή τις φήσειε καὶ τ' ἄλλα νουσήματα ἕλκεα εἶναι· ἔχει γάρ τινα καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν. ἴδωμεν οὖν καὶ τὰ ἑξῆς δι' ὧν συνηγορεῖ τοῖς διατείνουσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας. [21] Καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτέοισιν εἶναι, μεγάλης τῆς μεταβολῆς γινομένης

B τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν. τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον, ὀρθῶς μέντοιγε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολὴ, καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ προσάρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. Ορθῶς γὰρ τῆς μεταβολῆς γινομένης τῷ σώματι τὸν διατείνοντα καὶ μέχρι τρίτης ἡμέρας ἐπαινεῖ. ἀλλ' ὀρθῶς τεχνικῶς τοῦτο ποιεῖ ὅταν τὸ μὲν γένος, καὶ τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως, καὶ τὴν ὥραν, καὶ χώραν, καὶ ἡλικίαν, καὶ τῆς προηγησαμένης διαίτης ἰδέαν σκοπεῖν ὑποβάλλῃ· καὶ αἱ δῆλαι τῆς διαίτης μεταβολῆς

C καὶ βεβαιόταταί εἰσιν ἐνδείξεις. τῇ μεταβολῇ τηρείσθω τοῦτο, τὸ μὴ παρὰ τὰς πρώτας ἡμέρας οὕτως ἀφελεῖν τὰς προσφοράς· ὅτε καὶ ὁ κάμνων λαμβάνειν ἠδύνατο, καὶ ἡ φύσις διώκειν καὶ συμπέττειν τὰ ληφθέντα, ὥστε περὶ τὴν ἀκμὴν μεταβολῇ ἐγχειρεῖν, καταλυομένην ὁρῶντα τὴν δύναμιν· εἶτα μαχομένην αὐτὴν ποιεῖν ὅτι μὴ δύναται μηδὲ ῥοφήματα διώκειν ὁ κάμνων, εἴ ποτε πείσαντος αὐτοῦ καὶ πνίγοντος τροφαῖς. ἰδεῖν γοῦν ἔστι τοὺς λόγῳ μὲν μεθοδικοὺς, ἔργῳ δὲ ἀμεθόδους τῶν ἰατρῶν τὸν οἶνον τότε καὶ τὰ κρέα

D διδόντας, καὶ ὥσπερ εἰς ἄψυχον ἄγγος ἐκχέοντας τὰς τροφάς. τῷ μὲν οὖν καλῶς κατὰ τὴν ἀρχὴν διατείνοντι, μένει καὶ κατὰ τὴν ἀκμὴν ἡ δύναμις ἐρρωμένη· τῷ δὲ παρὰ τὸ δέον ταῖς ἀνατάσεσι χρησαμένῳ περὶ τὴν ἀρχὴν κάμνουσι, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς νόσου, τὰ δ' ὑπὸ τῆς ἀτεχνίας βιασθεῖσα. ἐμέμψατο καὶ ἐν ἄλλοις τοὺς τοιούτους τῶν ἰατρῶν εἰπών· [22] Τί γὰρ ἂν ἦν κακὸν, ἢν τὰ ἐπιχείρια τῆς ἀμαθίας ἐκομίζοντο οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες; νῦν δὲ τοῖσιν ἀναιτίοισιν ἐοῦσι τῶν καμνόντων, ὁκόσοισιν οὐχ ἱκανὴ ἐφαίνετο ἐοῦσα τοῦ νοσέειν βίη, εἰ μὴ ξυνέλθοι ἡ τοῦ ἰητροῦ ἀπειρίη.

E χρὴ οὖν οὕτως ἀεὶ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ταῖς διατάσεσι χρῆσθαι, ὡς μὴ μὲν νοεῖν περὶ τὰς ἀκμὰς εἶναι ἐπιεικεστάτας νόσους, κἂν μετὰ τὰς διατάσεις προσφοραῖς, καὶ μάλιστα ταῖς πολυημέροις χρᾶται. ἐμάθομεν δὲ κἀκ τῶν ἐπιφερομένων· καὶ γὰρ συνῆψε τὸν λόγον. [23] τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον, ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολὴ, καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ προσάρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον. ἀπὸ κοινοῦ τοῦ λογισμοῦ, ὀρθῶς τῆς μεταβολῆς γινομένης, καὶ τὸ βεβαίως ὠφέλημα γίνεσθαι χρή. κακὸν μὲν γὰρ τὸ ἐν ὁποτέρῳ διαμαρτάνειν, κάκιον

F δὲ ἐν τῇ προσθέσει. ἀκούωμεν τὰ ἀπὸ τοῦ λέγοντος καθ' ἑξῆς. [24] προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τοῦ νουσήματος ἑκάστου, καὶ τῆς φύσιος τοῦ τε ἀνθρώπου, καὶ τοῦ ἔθεος, καὶ τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων, ἀλλὰ καὶ ποτῶν. πολλῷ δὲ ἧττον ἐπὶ τὴν πρόσθεσιν ἰτέον, ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελές, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις ἂν τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ. οὐ γὰρ ἐνταῦθα σκεπτέον τὴν δύναμιν οἵα τε φέρειν φλεβοτομίαν, ἢ λάπαξιν, ἢ ἄλλο τι

ἰσχυρὸν βοήθημα παντάπασι. ἀλλὰ καὶ προσβλέπειν, εἰ ἐκ τούτων προφθέντων ἐκ τῆς διαίτης ὑποθέσεως εἰ ὑπομένειν ἱκανή, καὶ βαστάζειν τῆς νόσου τὴν ἀκμήν. ὥστε μή μοι λέγε, κἀγὼ βλέπω τὴν δύναμιν. οὐ γὰρ οὕτως βλέπεις ὡς ἐχρῆν. ὅπως τ᾽ ἂν ἐπιβλέπῃς, πρὸς τῷ μηδὲν λέγειν καινόν, ἀνατρέπεις καὶ αὐτοῦ τὰ καθολικὰ θεωρήματα. τίς οὖν ὁ τεχνικὸς λόγος; [25] συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Περὶ τῶν σημείων ἢ γνωρισμάτων τῶν νόσων ταχέως τε καὶ βραδέως πρὸς τὴν ἀκμὴν παραγενησομένων.

Ἐπιστάμενος δ᾽ ὡς οὐ τοῦ τυχόντος ἰατροῦ ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς τῶν νοσημάτων εἰδέναι, τίνα μὲν ταχέως, τίνα δὲ βραδέως ἀκμάζει, πολλὰς ἔδωκε τὰς εἰς τοῦτο ἀφορμὰς διὰ πάσης μὲν τῆς συντάξεως, μάλιστα καὶ διὰ τῆς δευτέρας ἐπιδημίας, εἰπών· [26] πρὸς τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων σκεπτέον, εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ· δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει. γνώσῃ, φησί, τὴν αὐτὴν ἀκμὴν ἐγγὺς οὖσαν, ἢ εἰς μακράν, ἐὰν καλῶς ἐπισκέψῃς τὴν ἐπίδοσιν. τὰ μὲν γὰρ βραδέως καὶ κατὰ μικρὸν ἐπιδιδόντα, βραδεῖαν, τὰ δὲ ταχέως ἐπαναβαίνοντα, ταχεῖαν διδάσκει τὴν ἀκμήν· [27] αἱ δὲ τῶν νοσημάτων ἐπιδόσεις τῇσι περιόδοισι, καὶ αἱ κρίσεις ἐντεῦθεν δῆλαι. διὰ μὲν τῆς ἐπιδόσεως γνωρίσεις τὴν ἀκμήν, τὴν δ᾽ ἐπίδοσιν διὰ τῶν περιόδων. ἄλλο γὰρ τὸ καθ᾽ ἡμέραν ἐπισημαίνεσθαι, καὶ ἄλλο τὸ παρὰ μίαν, ἢ δύο. καὶ τοῦτο μόνον οὐκ ἠρκέσθη, προσέθηκε δὲ τὰ τεχνικώτερα. [28] καὶ τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσι σκεπτέον, εἰ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ· καὶ εἰ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ· καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ οὔ. βούλεται καὶ πρὸς τὴν ταχύνουσαν ἢ βραδύνουσαν ἀκμὴν προδιαγνῶναι, παρατηρεῖν μὲν καὶ τὰ προειρημένα, τουτέστι πότερον ἠπειγμένη ἢ σχεδὸν πρόεισιν ἡ ἐπίδοσις· καὶ πότερον ὁ τρόπος ἐγγὺς συνεχείας ἢ μακράν. σὺν δὲ τούτοις καὶ οἱ ἐν ταῖς περιόδοις παροξυσμοὶ εἰ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ, τουτέστι, εἰ ταχύτερον προλαμβάνωσιν, ἢ βραδύτερον ἐπακολουθῶσι. οἱ μὲν γὰρ προληπτικοί, τῆς ταχύτητος, οἱ δ᾽ ἐφυστερητικοί, τῆς βραδύτητος μᾶλλόν ἐστι σημεῖα. ἐπεὶ δ᾽ ἐδύνατο προλαβὼν ὁ παροξυσμός, καὶ προκαταλῆξαι, προσέθηκε, καὶ εἰ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ. ἔτι δ᾽ ἐπιστάμενος ὡς οὐκ ἐν τῷ μήκει μόνον τῶν παροξυσμῶν καὶ τῇ βραδύτητί ἐστιν ἡ διαφορά, ἀλλ᾽ ἅμα καὶ ἐν τῇ σφοδρότητι καὶ ἀμυδρότητι· καὶ δυνατὸν ἐν ἴσῳ τῆς ἐπισημασίας διαστήματι χαλεπώτερόν τινα ἢ κουφότερον παροξυνθῆναι, διὰ τοῦτο προσέθηκε, καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ οὔ. ὅταν ἴδῃς μεγάλην διαβαίνουσαν τὴν ἐπίδοσιν, καὶ τὸν ἑξῆς παροξυσμὸν ἀεὶ τοῦ προηγησαμένου πολλῷ μὲν ἐπιμηκέστερον, πολλῷ δὲ χαλεπώτερον, γίνωσκε ὅτι αὐτίκα ἀνθεῖ. [29] καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων, ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ ξυνεχέες, καὶ ἰσχυροί. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων τὸ ἐναντίον. ἴσως δὲ καὶ ἄλλων πρηγμάτων κοινῶν, τὰ μὲν θᾶσσον βραχύτερα, τὰ δὲ βραδύτερον μακρότερα. οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐπιδημίοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς δίδωσι τὰς ἐφόδους, δι᾽ ὧν τήν τε ἐγγὺς οὖσαν ἀκμήν, τήν τε πόῤῥω προκαταλήψῃ. [30] τοὺς δὲ παροξυσμούς, καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, (καὶ γὰρ τούτων αἱ μὲν ὀξεῖαι φύσει, αἱ δὲ φύσει χρόνιαι) καὶ ὧραι τοῦ ἔτεος. ὅσαι

A omninò ferre queant. Imò an ex victus dilatione his neglectis perdurare, ac morbi vigorem subire valeat. Quare mihi ne dicas, & ego vires inspicio. Non enim ita inspicis, vt oporteret. Quocunque autem modo eas inspicis, præterquam quòd nihil noui dicis, etiam vniuersalia ipsius *Hippocratis* præcepta subuertis. Quæ igitur artificialis ratio est? *Coniectandum est, an ægrotus ex diæta adusque morbi vigorem perdurabit, & vtrum ille priùs deficiet, & ex diæta non perdurabit, vel morbus priùs deficiet ac obtundetur.*

B

CAPVT V.

De signis aut indicijs morborum tum celeriter, tum tardè ad statum seu vigorem accessurorum.

QVum autem sciret *Hippocrates* non cuiusuis esse Medici, à primo morborum insultu nosse, qui citò, & qui tardè vigorem subeant, multas ad hoc præcepta dedit in omni suorum operum constructione, præcipuè verò in secundo Epidemiorum, dicens; *Per initia morborum, an statim ipsi vigeant, considerandum; patet autem ex incremento.* C Deprehendes, inquit, ipsum vigorem propè, aut procul esse, si probè incrementum consideraueris. Qui nanque morbi lentè paulatimque increscunt, tardum; qui celeriter ascendunt, celerem vigorem denotant. *Morborum autem incrementa ex circuitibus, & crises quoque hinc manifestæ fiunt.* Per incrementa quidem vigorem agnosces, incrementa verò per circuitus Aliud enim est singulis diebus præsultum habere, & aliud alternis diebus, aut duobus interiectis. Neque verò hoc tantùm satis fuit, sed & artificiosiora adiecit. D *Et in accessionibus per circuitus perpendendum est, si celeriùs accedant, aut non; si diuturniori tempore, aut non; & num vexent magis aut non.* Vult enim ad præcelerantis aut immorantis vigoris præcognitionem prædicta obseruari, hoc est vtrum acceleratum sit incrementum, an propè dimiserit; & vtrum morbi modus ad continuitatẽ propiùs accedat, an longiùs absit à continuitate. Ad hæc & accessiones quæ per circuitus fiunt, *an celeriùs an non*, hoc est, an celeriùs anticipent aut subsequantur tardiùs. Quæ nanq; anticipant, celeritatem, quæ subsequuntur, tarditatatem magis significãt. E Verùm quoniã quæ anticipat accessio, priùs etiam desinere potest, ob id addidit, *Et si longiori tempore, an non.* Præterea quum sciret non tantùm in accessionum longitudine ac breuitate differentiam esse verùm & in vehementia, ac lenitate; fierique posse, vt in æquali inuasionis dimensione vehementiùs aut leniùs aliquis exacerbetur, idcirco addidit, *Et num magis, aut non.* Quum videris magnum adoriri incrementum, ac sequi paroxysmum præcedenti semper tum multò longiorem, tum multò grauiorem, scias F vigorem statim affuturum. *Etenim qui derepentè intereunt, celeriores sunt eorum crises, quòd celeres sint dolores, & continui, & vehementes.* Ex contrarijs, autem contrarium. *Fortassis autem & ex cæteris rebus communibus, quæ quidem celeriùs fiunt, breuiores sunt, quæ verò tardiùs longiores.* At non solùm in Epidemijs, verùm etiam in Aphorismis dat rationes, quibus præscire poteris vigorem propè, vel procul esse. *Accessiones autem & status indicabunt morbi* (horum enim alij natura acuti, alij natura diuturni) *& anni tempestates.* Quæcúnque enim ipsis

sis analoga, morbis auxiliantur; quum nihil pugnent, tum incrementa, tum vigores accelerant. Quocirca *accuratè perdiscendum est bonum id esse, quod in statu ac morbo commune est*, ac circuituum inter se incrementa. Sed hæc *quidem cum ijs quæ* in Epidemiis *dicuntur*, communia sunt. *Præterea* verò & aliam quandam rationem adiiciet, qua vigorem noueris. *Sed & ex ijs mox apparentibus, vt in pleuriticis sputum, si statim initio appareat, breuem fore denunciat; si verò post appareat, longum. Concoctiones enim crisis celeritatem, sanitatisque securitatem significant. Vrinæ quoque, & deiectiones, & sudores, & iudicatu faciles, ac difficiles, & breues, & longos morbos fore, quum apparuerint, demonstrant.* Habes, inquit, rationum vbertatem, si *nostris* in operibus versatus fueris; nec solùm celerem vel tardum vigorem, verùm etiam alia multa eorum quæ futura sunt, prænosces. Hoc duntaxat priùs accipe, ac tutò crede, *optimum esse, vt Medicus prouidentiam adhibeat*, non ad gloriam solùm, sed & multò magis ad curationis *rationem*. His priùs constitutis, ad *artis* opera orationem deducit.

CAPVT VI.

De victu ægris exhibendo pro totius morbi ratione documenta, ac regulæ.

AT enim, *Quibus statim vigor futurus est, ijs statim tenuis victus exhibendus.* Non enim virium dissolutionem metuas, vbi vigor statim affuturus est, quemadmodum in angina deprehenditur. Licet enim te totum in morbum euertendum incumbere de viribus nihil verentem. *Quibus autem posteriùs vigor futurus est, ijs, sub ipsum vigoris tempus, & paulò ante illud, cibus substrahendus est, anteà verò pleniùs alendum, quò ægrotus satis habuerit.* Hic autem de vtrisque simul, affectu scilicet & viribus, coniectandum est. Pleniùs autem cibari, est paulò solidiùs nutrire quàm fiat in extremè tenui diæta. *In exacerbationibus cibus subducendus est.* His verbis documentum valdè curatiuum, & ad artem maximè spectans tradit, hoc est, incumbente grauiori paroxysmo nihil nutrimenti apponendum esse. Siue enim per incrementa semper fiant vehementiores paroxysmi, pulchrum sanè est viribus suadentibus ad ciborum detractiones accedere; siue etamnum quidē leuiores, rursus autem grauiores fiant insultus, ex arte rursum est ante grauiorem paroxysmum non nutrire, sed semper post grauiorem inuasionem. Imò per insultum exacerbari inquies morbum, dato primis diebus alimento, atque ita quem ægrum curandum suscepi, lædam. At magis profueris si vires seruaueris. Omni præsidio documentum coniunctum est. Quod enim iuuat, id etiam nocet. Si ergo eum in principio nutriuero cui futurum est vires circa vigorem dissolui, morbum quidem aliquantulùm augebo, at vires magnoperè roborabo. Qui verò opinatur vires non refici, sed morbum exacerbari, is ęgrotanti ex professo mortem allaturus est. *Qui autem errores per initia committuntur, non his peræque suut immedicabiles, sed multò faciliùs emendantur.* Patet ergo quod non lubens in primis diebus ad alimenti exhibitionem accedat, sed tanquam in angustia quadam detentus, tempus commodissimum eligat. Quod si nihil ipse de viribus vereatur, ar-

A γὰρ αὐτοῖς ἀνάλογοι, συλλαμβάνονται τοῖς νοσήμασιν· οὐδαμῶς μαχόμεναι, ταχέως ποιήσουσι καὶ τὰς ἐπιδόσεις, καὶ τὰς ἀκμάς. 31 διόπερ δεῖ καταμανθάνειν ἀκριβῶς ἀγαθὸν εἶναι, ὅ,τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νούσῳ ἐστὶ, καὶ τὰς τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσεις. ταῦτα κοινὰ ταῖς ἐπιδημίοις. προσθήσει δέ σοι καὶ ἄλλην τινὰ περιουσίαν δι' ἧς ἐπιστήσῃ τὴν ἀκμήν. 32 ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσιν πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει· ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. 33 πεπασμοὶ γὰρ ταχυτῆτα κρίσεως, καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείης σημαίνουσι. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκριτα, καὶ B βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ. ἔχεις, φησὶ, λόγων ἀφθονίαν ἐντυγχανόμενος ταῖς συντάξεσι· καὶ οὐ μόνον ὀξεῖαν καὶ ἀναβεβλημένην ἀκμὴν, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν μελλόντων προσεπιγνώσῃ. μόνον παράλαβε καὶ πιστοῦ ὅτι 34 τὸν ἰητρὸν ἄριστόν ἐστι τὴν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν, οὐ μόνον εἰς τὴν δόξαν, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλέον εἰς θεραπείαν. ταῦτα προκαταστησάμενος οἴσει τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἔργα.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Τὰ περὶ διαιτήματος τοῖς κάμνουσι κατὰ τὸν ὅλου τοῦ νοσήματος καιρὸν παρεχομένου δόγματα, καὶ οἱ κανόνες.

35 ΟΚόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾶν. οὐ γὰρ δέδοικας τὴν τῆς δυνάμεως κατάλυσιν ἐντεῦθεν τῆς ἀκμῆς ἐπιπεσούσης, ὥσπερ ἐπὶ συνάγχῃ ἔτυχεν. ἐξὸν γὰρ τὸν ὅλως τῇ τοῦ πάθους ἀναστατώσει ἐπικεῖσθαι μηδὲν περὶ τῆς δυνάμεως εὐλαβούμενον. 36 ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο τὸ τῆς ἀκμῆς, καὶ πρὸ D ἐκείνου μικρὸν ἀφαιρετέον· ἔμπροσθεν δὲ πιοτέρως διαιτᾶν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων. ἐνταῦθα γὰρ ἀμφοτέρων ἅμα καὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς δυνάμεως χρὴ στοχάζεσθαι. τὸ δὲ πιοτέρως διαιτᾶν ἐστι τῆς ἐσχάτης λεπτῆς μικρὸν ἁδροτέρως τρέφειν. 37 ἐν δὲ τοῖς παροξυσμοῖς ὑποστέλλεσθαι χρή. διὰ ταύτης τῆς λέξεως πάνυ διδάσκει θεραπευτικὸν καὶ τεχνικὸν, τὸ, ἐπικειμένου βαρυτέρου παροξυσμοῦ μὴ δεῖν παρατιθέναι τροφήν. εἴτε γὰρ κατ' ἐπανάβασιν ἀεὶ γίγνοιντο σφοδρότεροι παροξυσμοὶ, καλὸν τῆς δυνάμεως παρερεθισμένης ἐπὶ τὰς ἀφαιρέσεις παραγίνεσθαι· εἴτε πάλιν μὲν κουφότερον, E πάλιν δὲ βραδύτερον ἐπισημαίνοιντο, πάλιν τεχνικὸν τὸ μὴ τρέφειν πρὸ τοῦ χαλεπωτέρου παροξυσμοῦ, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ τὴν βαρυτέραν ἐπισημασίαν. ἀλλὰ παροξυνεῖται φήσεις σημασίαν τὸ νόσημα διὰ τὰς πρώτας ἡμέρας τὴν τροφήν· καὶ οὕτως ὃν ἄρρωστον θεραπεύσειν ὑπεδεξάμην, βλάψω. ἀλλὰ πλέον ὠφελεῖς σώσας τὴν δύναμιν. παντὶ δὲ τῷ βοηθήματι βλάβη συνέζευκται. ὃ γὰρ ὠφελεῖ, καὶ βλάπτει. θρέψας οὖν ἐν ἀρχῇ τὸν μέλλοντα καταλύεσθαι περὶ τὴν ἀκμὴν, ἐπ' ὀλίγον μὲν αὐξήσω τὸ νόσημα, ἐπὶ πολὺ δ' ἀναρρώσω τὴν F δύναμιν. ὁ δεδοξασμένος τὴν οὔτε δύναμιν ἀνακτήσασθαι, παρεξῦναί τε τὸ νόσημα, ἄντικρυς θάνατον οἴσει. 38 αἱ δὲ καταρχὰς ἁμαρτάδες, οὐχ ὁμοίως ταύτῃσιν ἀνήκεστοί εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραί εἰσι. φανερὸν οὖν ὡς οὐχ ἑκὼν ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐπὶ τὴν δόσιν ἔρχεται τῆς τροφῆς, ἀλλ' ὥσπερ ἐν στενοχωρίᾳ τινὶ ἀποληφθεὶς τὸν ἐπιτηδειότατον ἐκλέγεται καιρόν. εἰ δὲ μηδὲν εὐλαβοῖ τεχνικώτατον ἡγεῖ-

ται δὲ μέχρι τρίτης καὶ τετάρτης ἡμέρας, ποτὲ δὲ πέμπτης, καὶ πρὸς μακρότερον χρόνον, σιτίων χρῆσθαι ταῖς ἀνατάσεσιν, ὅταν ἡ τῆς δυνάμεως ἰσχὺς παρῇ, καὶ ὁ τρόπος συναναγκάζῃ, καὶ ἡ πολλή τις χυμῶν ὑπόκειται περιουσία, καὶ ἀντὶ φλεβοτομίας, καὶ ἄλλων κενωτικῶν μακροτέραν ἐκκρίνομεν ἀνάτασιν. τοῖς μὲν γὰρ ἐν διατρείτῃ, τοῖς δὲ πρὸ διατρείτης, τοῖς δὲ μετὰ τὴν διατρείτην καλῶς ἡ πρώτη δέδοται τροφή. καὶ καθόλου μὲν δεῖ τυγχάνειν τῆς συμμετρείας. εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατὸν, ἐπὶ τὴν πολυήμερον ῥέπειν μᾶλλον ἀνάτασιν, ἤπερ ἐπὶ τὴν ταχίονα τῆς τροφῆς παράθεσιν, τῆς δυνάμεως μηδὲν κωλυούσης.

A tis maximè esse autumat ad tertium & ad quartum vsque diem, nonnunquam etiam ad quintum, etiam ad longius tempus ciborum prorogationibus vti, quum & virium robur adsit, & morbi mores cogant, multáque subsit humorum redundantia; & loco phlebotomiæ, vel aliorum vacuantium *præsidiorum*, longiorem cibi exhibendi prorogationem eligimus. Quibusdam enim in diatrito, quibusdam ante diatriton, nonnullis post diatriton probè primum alimentum exhibitum est. Atque in vniuersum quidem
B symmetriam attingere oportet. Si autem hoc fieri nequeat, ad plurium dierum dilationem magis propendendum est, quàm ad celeriorem ciborum exhibitionem si vires nihil dehortentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ τῆς τῶν δυνάμεων ἰσχύος καὶ τῆς ἀσθενείας, καὶ τῶν τῆς ἀσθενείας σημείων διὰ τὴν κενότητα, καὶ τὴν τοῦ νόσου ὀξύτητα, καὶ διὰ τὸν ἐρεθισμόν τινα, τῷ τοῦ φλογὸς λαμπάδος παραδείγματι.

CAPVT VII.

De virium robore ac imbecillitate, ac de imbecillitatis signis ob inanitionem, morbi acumen, & irritamentum aliquod, exemplo flammæ lucernæ.

Ἀλλά τις φήσει τῶν παραχαραττόντων τὴν μέθοδον· κἀγὼ τῇ δυνάμει προσέχω· πρὸς ὃν ἔστιν εἰπεῖν· καὶ πῶς βλέπεις τὴν δύναμιν; μὴ γὰρ φαίνεται. ὁ γὰρ πολλάκις δοκῶν ἰσχυρός τις κατὰ τὴν πρόχειρον φαντασίαν ἀσθενής ἐστι, καὶ εὐδιάλυεται. ὁ γὰρ δοκῶν ἰσχυρὸς, μὴ δι' ὧν ἡ δύναμις γνωρίζεται· παραλαμβάνεις ἡλικίαν, ἐνιαυτοῦ ὥραν, χώραν, καὶ τὰ παραπλήσια. μὴ γὰρ ἔξεστί σοι τοῦ σφυγμοῦ ἅψασθαι; ἀλλὰ μηδ' ἂν σφυγμοῦ ἅψῃ γνωρίσεις, πότερον ἐν πνεύμασιν ἡ δύναμις, ἢ ἐν ὑγροῖς, ἢ ἐν τοῖς στερεοῖς μέρεσιν. προσέχεις τὸν νοῦν ταῖς φυσικαῖς ἐνεργείαις, ἵνα μὲν μανθάνῃς ἐπὶ πόσον ἡ δύναμις ἐμποδίζηται. εἰ δὲ νῦν μὲν ἐπιτρέπει, ὕστερον δὲ διαλυθήσεται, δύνασαι προβλέψαι εἴ τι σκοποῖς τοῦ φύσεως τὰ κράματα, καὶ προγιγνώσκειν τὰς ἀκμάς. ἐὰν εἴδῃς τινὶ μὲν μόνιμον, ἔν τινι δ' εὐκέρατον τὴν δύναμιν, διακρινεῖς τὸν ἀπὸ τοῦ μεσημβρίας, ἢ τὸν ἀπὸ τοῦ ἄρκτου. ποσάκις δ' ἀσθενὴς ἐδόκει μένειν ἡ δύναμις, διὰ δὲ τοῦ ἀφαιρέσεως ποσάκις ἀναρρώννυται; Ἄκουσον Ἱπποκράτην οὕτω διελέγχοντα τοὺς εἰκαιοτέρους τῶν ἰατρῶν· [39] οὐδὲ γὰρ τοιουτέων ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς, ὡς χρὴ διαγινώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισιν, αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀποτελοῦνται, αἵ τε δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον, καὶ ὑπὸ ὀξύτητος τοῦ νούσου. ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις, καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα, καὶ εἴδεα παντοῖα, καί τοι σωτηρίην, ἢ θάνατον φέρει γινωσκόμενα, ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ μικρὸν δὲ κινδύνευμα ἀγνοηθέντα πότερον μὲν ἡ δύναμις δι' ἔνδειαν καταλύεται, ὥστε προσθεῖναι τροφὴν δέωνται; πότερον διὰ μέγεθος φλεγμονῆς αὔξεται, ὥστε ἀφελεῖν, πότερον δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, τουτέστι τροπὴν καὶ διαφθορὰν τῶν παρακειμένων. ὡς γὰρ ἡ λυχναία φλὸξ καὶ δι' ἔλλειψιν τοῦ λίπους ἀποσβέννυται, καὶ διὰ πολλὴν καὶ ἀθρόαν ἐπίχυσιν, καὶ ὅτε μὴ καθαρὸν καὶ ἀργιλλῶδες ᾖ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν ἡ φύσις οὖσα παραπλήσιος τῇ φλογὶ, καὶ ἐνδείᾳ, καὶ περιουσίᾳ, καὶ κακίᾳ τροφῆς διαφθείρεται. [40] ὁκόσα τε ἡ φύσις ἡμέων, καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν, ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα. οἱ μὲν γὰρ φύσει λιμώδεες, οἱ δ' εὐπαθῆ ἔχοντες στόμαχον, καὶ λειποθυμέοντες, ἀπὸ τοῦ

C Verùm qui methodum adulterant eorum aliquis dicturus est; ego verò vires obseruo; cui respondere licet; & quomodo vires spectas? non enim conspicuæ sunt. Sæpiùs enim qui primo aspectu robustus conspicitur, imbecillus est, ac viribus facilè exoluitur. Nam qui robustus conspicitur, non certè per ea, quibus vires, dignoscitur. Assumis ætatem, anni tempestatem, regionem, & similia. Nonne tibi licet pulsum tangere? At neque si pulsum tetigeris, cognosces, vtrum in spiritibus, aut in humoribus, aut in so-
D lidis partibus sint vires. Naturalibus actionibus mentem adhibes, quò scias à quot rebus vires prohibeantur. Si autem nunc quidem valeant, posteriùs autem dissoluantur, præuidere poteris, si naturæ temperamenta consideraueris, vigores quoque prænoscere. Quod si noueris alicui firmas quidem esse vires, alicui verò facilè mutabiles, diiudicabis alterum Septentrionalem, alterum meridionalem esse. quoties autem imbecillæ vires deprehenduntur, an toties per alimenti detractionem roborantur? Audi Hippocratem ignaros medicos ita arguentem; *Non*
E *enim video medicos talium rerum esse ita peritos, qui vt oportet dignoscant in morbis imbecillitates: & quæ ob vasorum vacuationem, & quæ ob aliud quoddam, irritamentum, & quæ ob dolorem, & ab acumine morbi oboriantur; & quos affectus, ac diuersas eorum species natura nostra, & habitus singulis pariat, quamuis hæc cognita aut ignorata salutem aut mortem adferant.* Non enim paruum periculum est, si ignoretur vtrum vires per indigentiam dissoluantur, ita vt cibi exhibitione indigeant; an ob inflammationis magnitudinem æger suffocetur, an ob aliud quoddam irritamentum, hoc est, ob eorum quæ
F assumuntur, tum mutationem, tum corruptionem. Quemadmodum enim lucernæ flamma & ob pinguedinis defectum, & ob copiosam confertámque effusionem, extinguitur, quúmque purum non est & argillosum: sic & qui nobis innatus est calor, quum naturâ existat flammæ similis, & alimenti penuria, & copia, & prauitate corrumpitur. *Et quos affectus, & diuersas eorum species nostra natura, & habitus singulis pariat.* Quidam enim natura famelici sunt; quidam stomachum habent qui facilè afficitur, *facileque* animo delinquunt

delinquunt, & à minimis affectionibus magnoperè læduntur, & alimenti appositione semper indigent. Atque aliæ sunt priuatim in singulis constitutiones. Quare animaduertendum est ne, quum in huiusmodi habitus incidimus, *aliquem* errorem committamus. *Maius siquidem malum est siquis ob laborem & morbi acumen debilitato potum, aut sorbitionem copiosiorem, aut cibum exhibeat, ob vasorum vacuationem imbecillum esse arbitratus. Indecorum autem est & ob vasorum vacuationem debilitatum non cognoscere, ac victu eum opprimere. Periculum enim quoddam adfert & hic error, multò tamen minus altero. Sed multò magis altero risu dignior hic error est. Si nanque alius Medicus, aut etiam plebeius accesserit, & quæ contingerunt cognouerit, dederitque tum cibos, tum potus quos alter prohibuit, apertè auxilium attulisse existimabitur. Talia artificum instituta maximè ab hominibus vituperantur. Videtur enim ipsis qui accessit medicus, aut plebeius, tanquam mortuum suscitasse. Horum igitur etiam signa, quibus singula dignoscere oporteat, scribentur.* De vniuersalibus igitur morborum temporibus, & de prima alimenti exhibitione hæc satis sint.

CAPVT VIII.

De cibandis ægris pro particularium paroxysmorum ratione, præcepta.

IAm videamus quæ de particularibus paroxysmis, ac quæ de diæta in his præscribenda decernuntur. *Quibus per statos circuitus accessiones oboriuntur, nihil dare, neque cogere, sed de ciborum oblatione detrahere ante crises oportet.* Atque hoc, *in ipsis paroxysmis cibum subtrahere oportet, exhibere enim noxium. Et quæcunque per circuitus exacerbantur, in paroxysmis subtrahere cibum oportet.* In morbis sanè per circuitus vexantibus, siue continui sint, nullásque habeant intermissiones, siue ex quibusdam interuallis exacerbentur ac planè recrudescant; in paroxysmis tandem neque esculenta, neque poculenta, neque diaclysmata danda sunt. Quandoquidem quicquid tunc offertur, id morbi, non corporis alimentum futurum est. *Siquis enim febricitanti alimentũ dederit, sano quidem robur, ægrotanti verò morbus. Neque cogere*; hoc est, nulla re cogente vti. Solatio nanque potiùs quàm violentiâ in paroxysmis opus est, ac remissionis tempus expectãdum est, in eóque vehementia cogentiáq; remedia assumenda sunt; vbi verò paroxysmi inciderint, lenientia. Quemadmodum enim feræ etiã valdè agrestes si quis ipsas placidè adeat, blandéque demulceat, mansuetæ redduntur; si verò contrà, ipsis irascatur, violentérq; adoriatur, agrestiores efficiuntur: ita & morbi quodammodo agrestiores facti, siquis eos in paroxysmis soletur ac mitiget, leniores ac mansuetos efficit; siquis verò reluctetur ipsísque violentias inferat, excitantur exacerbantúrq; ac *difficiliores redduntur*. Propter has & alias huiusmodi causas neq; rebus cogentibus, neq; alimentis vult vti in paroxysmis cogentibus, partim quidem ob adiectionẽ alimenti, partim verò ob perturbationem quæ in distrbutionibus oboritur. *Et quæcunque per circuitus exacerbantur, in ipsis exacerbationibus cibum subtrahere oportet; exhibere enim noxium.* Non solùm autem dum adsunt paroxysmi, nulla re quę mouere aut addere possit, vtendum esse censet, verùm etiam neque dum mox futuri *sunt*, sed dum deorsum inclinat morbus. Hócque sapienter admodum in libro de morbis, ac præterea in alijs his

A ἐλαχίστων διαθέσεων μεγάλως κακούμενοι, καὶ ὥσπερ ἕρματα ἀεὶ δεόμενοι τῆς τροφῆς· καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶν ἰδίως συγκρίσιες πᾶσι. διότι βλέπειν ὅπως μήτε πράξωμεν ἁμαρτήματα εἴ γε τοιαύταις χρέσεσι περιπίπτωμεν. [41] Μεῖζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προσφέρῃ τις ποτὸν, ἢ ῥόφημα πλεῖον, ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. ἀεικὲς δὲ, καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι, καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ. φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἧσσον τῆς ἑτέρης. Καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. B εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς, ἢ καὶ ἰδιώτης ἐσελθὼν, καὶ γνοὺς ξυμβεβηκότα, δοίη καὶ φαγεῖν, καὶ πιεῖν ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκέῃ ὠφεληκέναι. τὰ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐσελθὼν ἰητρὸς, ἢ ἰδιώτης, ὥσπερ εἰ καὶ τεθνεῶτα ἀναστῆσαι. Γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τούτων σημεῖα, οἷσι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν: περὶ μὲν τῶν καθόλου καιρῶν τοσαῦτα, καὶ περὶ τῆς προσδόσεως τῆς τροφῆς.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Τὰ περὶ τοῦ διαιτᾶν τοὺς κάμνοντας κατὰ τὸν ἑκάστου παροξυσμοῦ λόγον δόγματα.

ΙΔωμεν δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν μερικῶν παροξυσμῶν, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς προσγραφθησομένης διαίτης ἐπικρινόμενα. [42] τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων. καὶ τὸ, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάπτει. D καὶ, ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή. ἐν τοῖς μὲν νοσήμασι τοῖς κατὰ περίοδον ἐνοχλέουσιν, εἴτε τοῖς συνεχέσι, καὶ τοῖς μηδένα διαλείμματα ἔχουσιν, εἴτε τοῖς ἔκ τινων διαστημάτων παροξυνομένοις καὶ ἁπλῶς ἐπανανεάζουσιν· τοῖς δήποτε παροξυνομένοις μηδὲν διδόναι, μήτε σιτία, μήτε ποτὰ, μήτε διακλύσματα. ὅπου γὰρ τότε τὸ προσφερόμενον τοῦ νοσήματος, οὐ τοῦ σώματος ἔσται τροφή. [43] ἤν τις γὰρ τῷ πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς αὕτη, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος. μὴ δ' ἀναγκάζειν· τουτέστι μηδ' ἀναγκαστικῷ μηδενὶ χρῆσθαι. E παρηγορίας μᾶλλον μὲν οὖν δεῖται ἢ βίας ἐν τοῖς παροξυσμοῖς, ἔχειν δὲ χρὴ τὸν τῆς ἀνέσεως καιρὸν, ἐν ἐκείνῳ τὰ σφοδρὰ καὶ ἀναγκαστικὰ παραλαμβάνειν τὰ βοηθήματα· ἀφ' οὗ δ' ἂν ἐπιπέσωσιν οἱ παροξυσμοὶ, τὰ παρηγορικά. ὅνπερ γὰρ τρόπον τὰ σφόδρα ἀγριαίνοντα τῶν θηρίων ὁ μὲν ἠρέμα προσιὼν, καὶ φιλοφρονούμενος, ἡμεροῦσι· ὁ δ' αὖ ὀργιζόμενος, καὶ μετὰ βίας ἐπιὼν, προσαγριαίνει· ὡσαύτως καὶ τὰ νοσήματα τρόπον τινὰ ἠγριωμένα κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς παραμυθούμενος καὶ πραΰνων ἐλαφρύνει καὶ τιθασεύει· ὁ δὲ ἀντιτείνων καὶ τὰς βίας προσφέρων, ἐπεγείρει καὶ ποιεῖ χαλεπώτερα. διὰ ταῦτα καὶ F τὰ τοιαῦτα οὔτε τοῖς ἀναγκαστικοῖς βούλεται χρήσασθαι κατὰ τοὺς ἀναγκαστικοὺς παροξυσμοὺς, οὔτε ταῖς τροφαῖς, ἅμα μὲν διὰ τὴν πρόσθεσιν, ἅμα δὲ διὰ τὴν ἐν τῇ οἰκονομίᾳ ταραχήν. [44] καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή· τὸ γὰρ προστιθέναι βλάπτει. [45] οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς παροξυσμοῖς ἀξιοῖ μηδενὶ χρῆσθαι κινητικῷ ἢ προσθετικῷ μηδὲ οὖσι, μηδὲ μέλλουσιν, ἀλλὰ ἐν καταρρόπῳ καὶ τῆς νόσου. καὶ τοῦτο μεγαφρονιμώτερον ἐν τῷ περὶ νούσων, ἔτι δὲ ἐν ἄλλοις εἰπὼν

ἀποδείκνυται. 46 ὁκόταν δὲ καταιγίζωσιν αἱ νοῦσοι, ἡσυχάζειν καὶ τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ἰητρὸν τῇσι θεραπείῃσιν, ὅκως μὴ κατεργάσηταί τι κακόν. πάντων δὲ σαφέστερον καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας ὅτε φησί. 47 Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τόνδε μάλιστα φυλάττεσθαι κατ' ἀρχάς, καὶ διὰ παντὸς τοῦ νουσήματος. Ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι. 48 Ὅταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι, καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ἁπάσῃσι τῇσι νούσοισιν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τῇσιν ὀξείῃσιν, μάλιστα δ' ἐν τοῖσι μᾶλλον πυρετώδεσι καὶ ἐπικινδυνωτάτοισιν. ἴσως ἄλλα τις φήσει ὁ μηδὲ λέξεως Ἑλληνικῆς ἐπαΐειν δυνάμενος, ἐν ἀκμῇ παρατιθέναι τὸν Ἱπποκράτην τοῖς πυρέσσουσι τὰς τροφάς. ὅταν γὰρ μὴ καταβήσηται εἰς τοὺς πόδας, τότε ἀκμάζειν τὸν πυρετόν, ἅπαντος ἴσως καὶ ὁμοίως τοῦ σώματος τεθερμασμένου. ἀλλά τι ἀσυνέσεως καὶ τῆς ἄκρας ἀπαιδευσίας παρέχει ὁ τοῖς ἀρχαίοις τολμῶν ἀντιλέγειν, οὐδέ, τὸ καταβαίνειν, οἶδε τί ποτ' ἐστίν. μαθέτωσαν οὖν οἱ τὰ ἐκείνου ζηλοῦντες ὅτι οὐκ ἐν ἀκμῇ, ἀλλ' ἐν ἀνέσει τοῦ πυρετοῦ δίδωσιν Ἱπποκράτης τὴν τροφήν. τί γάρ φησι; ὅταν δ' ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι. πᾶν δὲ τὸ καταβὰν ἐκλέλοιπε μὲν τὰ ἄνω, ἐν δὲ τοῖς κάτω γεγένηται οὐκ ἐκταθείσης ἀλλὰ μεταστάσης τῆς θερμασίας εἰς κάτω χωρία. καὶ τοῦτο αὐτὸς εἰς τόσον ἐκδιδάσκει σαφῶς, ὥστε τοὺς ἠλιθίους ἂν τοῦτο νοῆσαι. λέγει δὲ οὕτως. 48 ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτόν, μήτε ῥόφημα, μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγοῦ τοῦτ' εἶναι διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν διαθερμανθῇ σφόδρα, εἶθ' οὕτως τὸ ξυμφέρον προσφέρειν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν. Εἰ δὲ ἐν τοιούτῳ καιρῷ τι προσοίσεις, ἅπαντα τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. Ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγει, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώματος. Αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας, ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρακος εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. Συνδεδραμηκότος δὲ ἄλεος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω, καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλήν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται, ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόντες· ἔτι δὲ καὶ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων, ψύχονται, συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρακα. Καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ, καὶ κατακερματιζομένου, εἰς τοὺς πόδας καταβαίνει. Κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον ἡ κεφαλή, καὶ θώραξ κατέψυκται. ἄρα οὐκ ἔστιν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ἡ θερμασία, οὐδ' ἐπιτέταται, ἀλλ' ὥσπερ ἐπεὶ ἐγίνετο παροξυσμὸς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὰ περὶ τὸν θώρακά τε καὶ τὴν κεφαλὴν μέρη καταχόρως ὑφῆπτεν· οὕτω καὶ νῦν ἐπείπερ ἐστὶν ἄνεσις, ἐκλέλοιπε μὲν θερμασία τὰ κυριώτατα μέρη, περὶ δὲ τοὺς πόδας ἄκρους ἐνδιατρίβει, καὶ τοῦτο γίνεται φύσει. λογικώτατον γὰρ ἰσχυρῶς προκαταψυχθέντα, ταῦτα καὶ ἰσχυρῶς τὸ θερμὸν καταλαμβάνειν, τῆς φύσεως δήπου τὴν ἀμοιβαίαν τῶν ἐναντίων αὐτοῖς ἐπιτυχίαν ἀποδιδούσης. ὅθεν καὶ διὰ ψυχρῶν τις ὁδεύσας χωρίων, ὅταν εἰς ἀλέαν ἔλθῃ, διαπύρους ἴσχει τοὺς πόδας· ἐπεὶ καὶ ὅσῳ μᾶλλον ἐψύχησαν, τοσούτῳ καὶ τοῖς μᾶλλον ὡς ἐπίπαν καὶ σφοδρότερον δικαίως ἐπιθερμαίνονται. διὸ καὶ ἐν τοῖς χαλεπωτάτοις τῶν πυρετῶν ὅταν ἡ εἰσβολὴ μετὰ καταψύξεως γένηται ποδῶν, διά τε ἀνέσεως μετὰ τοῦ σφόδρα θερμανθῆναι τοὺς πόδας συμβαίνει. διὸ καὶ ἐξεργαζόμενος τὸν τόπον φησί. 49 τουτέων ἕνεκεν ῥόφημα προσοιστέον, ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, θερμὴν ἀνάγκη τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι, καὶ πολλῆς ἄσης μεστήν, καὶ

A verbis demonstrat; *Quum autem impetu feruntur, morbi, tum laborantem, tum medicum à curationibus quiescere oportet, nequid mali inducatur* Sed hæc omnibus dilucidiora & ampliora in libro aduersus Cnidias sententias edidit. *Occasionem autem sorbitionis exhibendæ tum per initia, tum per vniuersum morbum hanc maximè obseruare oportet. Quum pedes quidem frigidi fuerint, sorbitionis exhibitionem prohibere oportet, maximè verò & à potu temperandum est. Quum vero calor ad pedes descenderit, tunc dare conuenit, reputaréque cùm in morbis omnibus, tùm haud* B *minimè in acutis, ac potissimùm in magis febrilibus ac periculosissimis morbis hancce occasionem plurimum posse.* Fortassis alia aliquis dictionis græcanicæ imperitus dixerit, Hippocratem febricitantibus in morbi vigore alimentum exhibere. Quum enim ad pedes descenderit, tum febrem vigere, corpore vniuerso æquè ac similiter calefacto. Verùm qui hæc in veteres audet dicere, stoliditatem summámque inscitiam præ se fert, nec quid sit, *descendere*, intelligit. Qui ergo *Hippocratis* præcepta æmulantur, discant eum non in vigore sed remissione febris alimentum dare. Quid enim ait? C *Quum calor in pedes descenderit, tum dare conuenit.* Quicquid autem iam descendit, superiores partes reliquit, ac inferiores adijt calore non extenso, sed ad inferiores regiones translato. Illúdque adeo clarè ipse edocet, vt à stolidis etiam queat intelligi. Sic autem loquitur; *Frigentibus autem pedibus neque potum, neque sorbitionem, neque aliud quicquam huiusmodi dato. Verùm id maximum esse ducito, si expectaueris; quousque valde incaluerint; deinde ita quod conferat exhibe. Pedum enim frigus plerunque febris accessuræ signum existit. At eo tempore siquid exhibueris, in omnibus maximè peccaueris; morbum nanque non parùm auxeris. At quum* D *febris desinit, vice versa pedes reliquo corpore calidiores euadunt. Quum enim pedes refrigerat febris, augetur, & accensa ex thorace ad caput flammam emittit. At feruido calore vniuerso sursum concurrente, atque ad caput exhalante, pedes meritò refrigerantur, quum naturà ex carnes ac neruesi sint. Præterea & à calidissimis locis multùm distantes refrigerantur, sese colligente ad thoracem calore. Atque rursum eàdem ratione quum febris soluitur & minutas in partes distribuitur, ad pedes calor descen-* E *dit. Hoc igitur tempore caput, & thorax perfrigerata sunt.* In vniuerso itaque corpore calor non est, neque intensus est; sed vt vigente vltra principium paroxysmo partes circa thoracem capútque affatim incendebantur; ita & nunc quum adest remissio, calor nobiliores quidem partes reliquit, extremos verò pedes occupat, quod natura fit. Nam rationi maximè consentaneum est, vt quæ partes priùs vehementer perfrixerunt, eas calor etiam ingens prehendat, naturâ nimirum mutuam ipsis contrariorum successionem tribuente. Vnde F quum quis perfrigidas regiones iter fecerit, vbi in æstuosam peruenerit, ignitos pedes obtinet; quandoquidem quò magis frixerint, eò magis etiam ac vehementiùs iure incalescunt. Quamobrem & in grauissimis febribus, quum inuasio cum pedum perfrigeratione sit, in remissione pedes vehementer calefieri contingit. Quare quum locum absolueret *Hippocrates* inquit; *Eas ob causas sorbitio exhibenda, quòd quum pedes frigidi fuerint, ventriculum calidum esse necesse est, multóque fastidio plenum, intendique hypochondrium,* &

& corporis iactationē propter internam turbationē, mentis defectum, & dolores, æger vellicatur, vomere vult, & si praua vomuerit, dolore afficitur. At quum calor ad pedes descenderit, vrinaque prodierit, etiamsi non sudauerit, omnia cessant. Eo igitur tempore sorbitio exhibenda est, tum autem pernicies; ac maximè propter nocumentum ex intempestiua exhibitione concitatum, in morbis acutis morbiferum esse pronuncians sub paroxysmum nutrire. Apertè igitur hęc imperat. Oportuerat igitur satis iam hæc te edoctum fuisse; si quid tamen ampliùs discere cupias, audias hæc luculenter præcipientem Hippocratem. *Quum autem medicamento purgaueris sorbitionibus vtere, obseruatis febrium paroxysmis, vt nequaquam dum adsunt, neque quum futuri sunt, exhibeas, sed quum cessant, aut cessarunt, & quàm longissimè à principio, aut quum nuper cessauerit paroxysmus.* Alimenta verò exhibenda sunt, non expectata omninò febris declinatione, vbi nimirum æger fame intolerabili premitur, aut à longis ciborum dilationibus malè admodùm affectus est, aut aliqua pars stomachi obriguit & valdè exoluta est. Tunc sanè in *febrium* remissionibus, corporibus adhuc calidis existentibus, alimenta exhibenda sunt, ac potissimùm quum remissionis interuallum angustum fuerit. Quinanque paulò antequam desierit paroxysmus cibum exhibet, is longiùs à futura assignatione cibum dat. Quòd autem interdum sedata iam inuasione cibus offerri debeat, clarè ipse ostendit his verbis; *Et quam longissimè à principio.* Vt enim assignatio febrilis alimentum distributioni ineptum, sed probè concoctum, ac iam corpori familiare redditum suscipiat, sedata inuasione alimenta præbet; quod tempus à futuro paraxysmo plurimùm abest. Præterea verò & in libro aduersus Cnidias sententias ea adiungit quæ tum prędictis, tum artis operibus consentiant. *Diætetices maximum est, febrium tum intensiones tum remissiones, vt in acutis, sic & in longis morbis obseruare & cauere, ita vt tempora quando cibi offerendi non sint, & quando tutò offerendi sint, obseruare scias; atque etiam quando plurimum ab intensione absuerint.* Atque hæc rursus fatebitur qui in artis operibus fuerit exercitatus.

A ὑποχόνδριον ἐντεταμένον, καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδον ταραχήν, καὶ μετεωρισμὸν γνώμης, καὶ ἀλγήματα, καὶ ἕλκεται, καὶ ἐμέειν ἐθέλει, καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ ὀδυνᾶται. θέρμης δὲ καταβάσης εἰς τοὺς πόδας, καὶ οὔρου διελθόντος, καὶ ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ. κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι, τότε δὲ ὄλεθρος· καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀκαιρίας βλάβην ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ὁ ἐπιθάνατον εἰπὼν τὸ τρέφειν ὑπὸ παροξυσμόν· διαῤῥήδην γοῦν καὶ ταῦτα προστάττει. ἔδει μὲν οὖν αὐτάρκως ἤδη σε διδάχθαι· εἰ δ' ἔτι ποθεῖς μανθάνειν ἄκουε διαῤῥήδην καὶ ταῦτα προστάττοντα Ἱπποκράτην. [50] ὁκόταν B δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι χρῶ, διαφυλάττων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων, μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ πεπαυμένων παροξυσμῶν, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἢ ἄρτι παυσαμένου παροξυσμοῦ. Διδόναι τὰς τροφὰς τὴν παντελῶς παρακμὴν μὴ περιμείναντες πυρετοῦ, ἐπὰν δήπου νοσοῦντες τῷ βουλίμῳ πιέζωνται, ἢ κακούμενοι σφοδρῶς πρὸς τῆς μακρᾶς ἀναθέσεως, ἢ τοι ἀπὸ στομάχου τι κατεῤῥιγημένον, καὶ σφόδρα ἐκλελυμένον ἐστί. τότε δὴ κατὰ τὰς ἀνέσεις, ἐν θερμοῖς ἔτι τοῖς C σώμασι, παραθετέον τροφήν, τὸ δὲ κυριώτατα ὅταν ἐστενοχωρημένον ᾖ τὸ διάστημα τῆς ἀνέσεως. ὁ γὰρ μικρὸν προσβάλλων τὴν τροφὴν πρὸ τῆς προκαταλήξεως παροξυσμοῦ, πορρωτέρω δίδωσι τῆς μελλούσης ἐπισημασίας· ὅτι δέ ποτε ἄρτι παυσαμένης ἐπισημασίας ἡ τροφὴ προσφέρεσθαι ὀφείλῃ αὐτὸς ἐσαφήνισεν εἰπών, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ὅπως γὰρ μὴ περικαταλάβῃ ἀδιοίκητον τὴν τροφήν, ἀλλὰ σαφῆ πεμφθεῖσαν καὶ ἐξοικειωθεῖσαν τῷ σώματι, παυσαμένης τῆς ἐπισημασίας δίδωσι τὰς τροφάς· ὁ δὲ καιρὸς πλεῖστον ἀπέχει τοῦ μέλλοντος παD ροξυσμοῦ. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας προστίθησιν ὁμολογοῦντα μὲν τοῖς προλελεγμένοις, συμφωνοῦντα δὲ τοῖς ἔργοις τῆς διαίτης. [51] ὁ τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον παρατηρεῖν, καὶ φυλάσσειν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν ἀῤῥωστήμασι καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν, καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαφυλάττειν, ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν, καὶ ἀσφαλέως ὁκότε δέῃ προσενεγκεῖν, εἰδέναι· ἔτι δὲ ὁκότε πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσεως. καὶ ταῦτα συμφήσει πάλιν τοῖς ἔργοις συγγεγυμνασμένος.

CAPVT IX.

Quomodo diuturnis in morbis sint obseruanda tempora.

MAximum enim est diuturnis in morbis obseruare tempora; quia in ijs *obscuri* ac latentes sunt paroxysmi, qui per symbola ex vigilijs, grauitate, motus difficultate, insomniorum perturbatione, decoloratione, inappetentia, ac similibus deprehenduntur. In acutis enim morbis (quibus potissimùm febres continuæ subiacent) magna sunt inter paroxysmos & remissiones discrimina; ita vt & ab Idiotis etiam sæpenumerò dignoscantur. In diuturnis autem exiles quidem ac lentæ sunt febres, vìxque deprehenduntur, & earum occulti sunt paroxysmi, ac potissimùm vbi plurimum processerunt, vt & ipsos ægros multoties lateant. Vnde vel exquisitum omninò signum erit illi qui aliquantulùm ipsorum differentias possit dignoscere.

E

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Τίνα τρόπον ἐν τοῖς μακροῖς ἀῤῥωστήμασι τοὺς καιροὺς διαφυλάττειν χρή.

ΜΕγιστον γὰρ οὖν τὸ ἐν τοῖς χρονίοις νοσήμασι παρατηρεῖν τοὺς καιρούς· διότι λεληθότες οἱ παροξυσμοὶ καὶ διὰ συμβόλων καταλαμβανόμενοι, οἱ ἐξ ἀγρυπνίας, βάρους, δυσκινησίας, ὀνειρωγμοῦ, ἀχροίας, ἀνορεξίας, καὶ τῶν ὁμοίων. ἐπὶ γὰρ τῶν ὀξέων (οἷς μέγιστα ὑποκείμενοι συνεχεῖς πυρετοί) F μεγάλα τὰ διαφέροντα τῶν παροξυσμῶν τὰ τῶν ἀνέσεών ἐστι· ὥστε καὶ τοῖς ἰδιώταις πολλάκις ὑποπίπτειν. ἐπὶ δὲ τῶν χρονίων, βληχροὶ μὲν οἱ πυρετοί, καὶ μόλις καταλαμβανόμενοι, κεκρυμμένοι δὲ οἱ παροξυσμοί, καὶ μάλιστα κατὰ πλεῖστον ἐπιφερόμενοι, ὡς καὶ αὐτοὺς διαλανθάνειν τοὺς νοσοῦντας. ὅθεν ἀκριβὲς πάλιν σημεῖον τοῦτο ἔσται δυναμένῳ πρὸς ὀλίγον αὐτῶν ἐπιγινώσκειν διαφοράς.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Ἐν τοῖς συνόχοις πυρετοῖς τὴν τροφὴν πρωῒ δοτέον τοῖς κάμνουσι.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀνενδότων πυρετῶν, οὓς καὶ συνόχους καλοῦμεν, ἀκόλουθόν ἐστι κατὰ τὸν ὄρθρον διδόναι τροφήν. πολλαχοῦ γὰρ ἄλλοθι καὶ ἐν ἐπιδημίᾳ ἑτέρᾳ ὁμοίως "ἐνιαυτῷ τὴν ἡμέραν φησὶν ὑπάρχειν, ὡς ἐοικέναι τὸν ὄρθρον ἔαρι, τὸ δὲ μέσον ἡμέρας θέρει, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου φθινοπώρῳ, τὸ δὲ πρὸς νύκτα χειμῶνι." ὅθεν ὡς δείλης ὁ καιρὸς τῷ φθινοπώρῳ ἀνάλογος εἰρημένος εἰ τῷ ὄρθρῳ τῷ ἔαρι ὁμοίῳ λελεγμένῳ παραβάλληται, θανατωδέστερον ἔσται, ὡς καὶ ὄρθρος ὑγιεινότατον. οὕτως ἡ δείλη μὲν ὀχληρὸς καὶ παροξυντικός, ὄρθρος δὲ φιλανθρωπίας καὶ ῥαστώνης ποιητικόν. "ὡς τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδον ἔχοντος τῶν νούσων· οἵη ἡ ἡμέρη τῆς νούσου, οἵη τὸ δείλης παροξύνεσθαι, τοιοῦτον τῆς νόσου καὶ ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας." Διόπερ εἰ μηδὲν ἴχνος εἴη τῆς ἐνδόσεως, καιρὸν ἴσθι τῷ ἔαρος εὐκρασίᾳ προσεοικότα. ἔστι δὲ οὗτος ὁ περὶ τὸν ὄρθρον, ἐπιτηδειότατον ἂν εἴη πρὸς τὰς ἄλλας βοηθείας, καὶ πρὸς τὰς τροφάς. αὐτὰ ἱκανὰ μὲν πρὸς τὸ παραστῆσαι τὸ προκείμενον. καὶ γὰρ ἐξελὼν ἀπόμοιραν ἐκ τῶν παρ' Ἱπποκράτει μυρίων σχεδὸν ἀπείρων εἰρημένων. ἀλλὰ τεχνικῶς ἔσται ταμιεύεσθαί τινα τῶν ῥητῶν, τὰ μὲν εἰς τὸ περὶ ἔθους γραφησόμενον ἡμῖν, τὰ δὲ εἰς τὸ περὶ ποσότητος καὶ ποιότητος. ποσοῦτο γὰρ ἐκεῖ κειμένων ἀπαθῶν παρὰ τῷ ἀνδρὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ τῇ σιγῇ παραλειπομένων, καὶ τῆς τοιαύτης περιουσίας καὶ δαψιλέως καθ' ἓν, ἕκαστον θεώρημα συγγραφησομένων.

CAPVT X.

In synochis febribus ægros manè cibandos esse.

IN febribus autē non remittētibus (quas & cō-tinentes vocamus) manè laborantibus alimentū exhibere consentaneum est. Sæpiùs enim tum alibi, tum in Epidemiorum secundo, diem anno comparauit, ita vt tempus matutinum veri assimilatum sit, meridies æstati, pomeridianum tempus antumno, nocturnum *denique* hyemi. Vnde
B vt pomeridianum tempus, quod autumno analogum esse tradidimus, si matutino, quod veri simile esse diximus comparetur, exitialissimum erit, sicuti matutinum, saluberrimum. Ita sanè crepusculum verspertinum conturbans, & exacerbans est, matutinum verò tempus benignitatis ac remissionis efficiens; *tanquam annus circuitum habeat morborum, quale dies morbi est, quale est vespertinum tempus ad exacerbationem, tale est morbi & vniuscuiusque constitutionis inter se inuicem.* Quare si nullum sit remissionis vestigium, tempus veris temperamento assimilatum eligas. Id autem exi-
C stit quod circa matutinum crepusculum est, idque tùm cæteris remedijs, tum cibis exhibendis maximè idoneum esse, deprehenditur. Hæc quidem satis sint ad id suadendum quod à nobis propositum est. Portionem enim selegi ex infinitis propè quæ apud Hippocratem leguntur, ex arte tamen erit quæ enuncianda sunt, eorum quædam in librum de consuetudine à nobis conscribendum; quædam verò in librum de quantitate & qualitate reponere. Illic ergo ex Hippocrate quàm plurima ponuntur quæ in præsenti libro si-
D lentio prætermisimus, largâque copia in vnoquoque theoremate scriptis tradentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Ὥσπερ οἱ πρὸς ἥλιον ὀφθαλμοί, οὕτω καὶ τὰς τῶν ἀπείρων ἀνδρῶν γνώμας εἰς τὴν τοῦ Ἱπποκράτους γραφὴν ἔχειν.

